CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

CONTINUATA.

LIBRARY OF UNIV. OF CALIFORNIA

PARS XX.

CANTACUZENUS.

VOLUMEN III.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXII.

IOANNIS
CANTACUZENI
EXIMPERATORIS
HISTORIARUM
LIBRI IV.

GRAECE ET LATINE.

CURA

LUDOVICI SCHOPENI.

LIBRARY
UNIVERSITY
OF CALIFORNIA

VOLUMEN III.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXII.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Δ.

Cantacuzenus III.

89284

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Δ.

IOANNIS CANTACUZENI

HISTORIARUM LIBER IV.

PERIOCHA.

Testificatur historicus, se, quae gesta sint, fideliter narraturum. Imperatrix cum filiis ante imaginem Dei genitricis consistens sic tacite victoris misericordiam implorat. Iurat ibidem Cantacuzenus, se a crimine alienum. Filiam Helenam Ioanni imperatori adolescenti despondet. Iuramentum subditis defertur. Nobiles refragantes utrique imperatori sacramentum dicere coguntur: de bonis mobilibus per bellum alienatis sanctio. Helena imperatrix salutatur. Nuptiae apparantur. In imperio a seditionibus et armis summa tranquillitas. Marchio e Lombardia Byzantium, Thessalonicam, Aenum, ut sibi iure paterno debitas, occupare cogitat (Cap. 1). *Bartholomaei legati duae epistolae, una ad Clementem VI., Romanum pontificem, altera ad Delphinum Viennensem, de laudibus Cantacuzeni imperatoris* (2). *Ioannem patriarcham conveniens, ei scelera praeterita in se et rem publicam cum dogmatum impietate obiectat: Patriarcha a Synodo damnatur, cuius locum Isidorus capessit. Eius laus. Monachi de ambitione patriarchatus reprehenduntur. Ab Isidoro imperator publice anathemate absolvitur* (3). *Ab Orchane et eius familia visitur. Iterum in Blachernis iustas ob causas coronatur. Ioanni imperatori uxor iungitur. De collapsa magnam partem aede Sophiae illiusque instauratione. Crales semel et iterum appellatus, urbes post ictum foedus ablatas restituturum negat. Contra eum copiae cum Persicis auxiliis. Oppida imperatoris, quoniam a Triballis tenebantur, depraedati Persae, in sedes suas revertuntur, cum Triballos devastare ac diripere debuissent* (4). *Imperator utrumque filium et fratres uxoris muneribus ornat. Pecuniae viritim exigendae consilium capit: denuo se in concione contra sycophantas tuetur, de quibus graviter conqueritur: de barbaris subsidio vocatis se purgat: culpam in adversarios reiicit: de tuenda re publica sententias poscit* (5). *Civium primariorum responsum, quo suum, imperatoris, militis, mercatoris, opificis officium declarant. Causa exactionis pecuniariae. In imperatorem inimicorum malignitas et criminatio. Cur illis pepercerit negotiumque deseruerit. Insidiae novae quorumdam procerum et cogitationes belli reparandi. Dantur in custodiam, ignoscitur, pristinis functionibus redduntur* (6). *Que-*

rimonia procerum, quod Annae et filio fidem adstringere coacti sint: ambos defendit imperator, et illos excusat, qui se utrique fidelem futurum non putabant. Necessario se ad imperium accessisse et imperatrici ac filiis eius infensum non esse. Seditiosi etiam ab Irene uxore repelluntur: filium Matthaeum ad defectionem a patre, et ad principatum, aliquot urbibus in potestatem redactis, sibi condendum principes sollicitant. Cur ad illum desciverint (7). *Matthaeus quaedam oppida sibi subdit. Mater filium ad sanitatem revocat. Eius feminae laus. Andronicus, minimus natu filius e tribus, pestilentia moritur: eius pestilentiae elegans descriptio. Quas utilitates in hominum animis illa lues effecerit. Imperator cum genero Thraciae urbes obit, eiusque ad militiam habilitate laetatur* (8). *Ad Clementem papam legatio, qua se de barbaris in auxilium adscitis excusat: opem suam spondet, si cum principibus Christianis in barbaros bellum suscipere velit. Laudatur a papa. Legati dicta Cantacuzeni in ephemeridem referunt. Papa de cura erga adolescentem imperatorem et matrem ei gratias agit: ad ecclesiarum concordiam conciliandam eundem hortatur. Petit ab eo imperator Concilium: promittitur: sed bello Italico res differtur* (9). *Interea pontifex vita defungitur: ita ex re parata imparata evadit. Tomprotizas urbem tradit. Persae populatores caesi, capti: reliquiae in collem confugiunt. Nicephori despotae periculosa temeritas. Persae donati domum remittuntur. Matthaei filii generosus animus in conflictu. Victoriarum nuntii utrinque. Calculus imperatoris et in morbo virtus* (10). *Quare Galataei bellum imperatori fecerint: spatium regionis supra urbem vafre petunt, nec impetrant: asinis comparantur. Damna ab iis per incendium illata Byzantiis. In tumulo turrim excitant: spatium muro intercipiunt. Mercatores et opifices se de Galataeis vindicari orant. Eorum lapidum iaculatrix machina. Saxa Constantinopoli Galatam per tormenta displosa. Oneraria cum machina depressa. Genuensium oneraria intercepta. Bellum navale. Imperator victus animum excelsum retinet, classem reparat. Victores triumphant: eorum in victis contemnendis insolentia. Locum reddunt, quem eis imperator donat* (11). *De nimia exactione calumnia. Causae insolitorum tributorum. Chium Genuenses tandem restituunt. Calothetus Phocaeam praefectus mittitur* (12). *Status Peloponnesi miserandus. Manuel filius imperatricis praetor designatus quid ibi gesserit. Vincit hostes et ignoscit. Latini Achaiam tenentes amici ac socii fiunt. Laus eiusdem Manuelis a placidis et integris moribus* (13). *Lazarus Hierosolymitanus accusatus, gradu pellitur: fame affligitur: a Galataeis ad fidei communionem invitatus recusat: iniurias contemnit: hostibus suis traditur. Patriarchae in eum et humanitas et inhumanitas. A Cantacuzeno legatus ad Sultanum Aegypti pro Christianis et sua restitutione mittitur. Epistola Sultani responsoria: in extrema Cantacuzeni laus* (14). *Gerasimus iterum Lazarum apud Sultanum accusare parans, in via moritur. Successor Sultani Sichuntis archisatrapae impulsu in Christianos saevit. Cur Iacobitis haereticis Sichun pepercerit. Lazarus flagellatur: Christiani damnantur infamia, ceteroqui a suppliciis immunes. Palamas Thessalonicae creatus episcopus, a praefectis repudiatur, qui urbem suam facere conantur. Andreae Palaeologi in imperatorem audacia* (15). *Callistus Isidoro patriarchae succedit. Imperator cum uxore monachismum meditatur. Thessalonicenses opem rogitant suppliciter. Palaeologum urbe exigunt, quam Zelotae Crali tradere student. Barbarorum mos in aemulis imperii*

occidendis. Merzianes ad imperatorem iuvenem iugulandum ab Orchane subornatus deprehenditur. Imperatrix Anna filium Thessalonicae relinqui non vult (16). *Cavetur a Macedoniae direptionibus. Praefectus Anactoropolis urbem sibi vindicat, locis aliis infestus. Imperator eius naves incendit. Orchanes filium cum sociis revocat: revertentes Moesiam depopulantur. Praefecti Amphipolitani in imperatorem humanitas. Thessalonicae intestinae discordiae: res feliciter gesta* (17). *Veneti opem adversus Genuenses nullam impetrant. Cum principe pastorum, pro filio captivo liberando rogante, pactum init imperator. Qua ratione Berrhoeam Crales muniverit. De navibus in transitu fluminis impeditis et maris aestu expeditis. Berrhoea capitur. Persis diripiendi Cralis regionem fit potestas* (18). *Movet Edessam imperator et spe sua frustratur. Oppidula plura se dedunt. Expeditio in Servios. Oppidi descriptio. Suburbanorum transitio. Urbs oppugnatur. Urbes egregiae et ipsa Scopia, sedes Cralis, imperatorem expetunt. A dynastis item Triballicis accersitur. Duo transfugiunt. Reditus imperatoris Thessalonicam* (19). *Profectio Gynaecocastrum. Perfidia praefecti eiusdem loci. Ante Thessalonicam inter Cralem et imperatorem colloquium: ubi se imperator defendit, ipsumque periurum et causam belli ostendit: nihilo minus eius in se et uxoris beneficentiam et humanitatem laudat* (20). *Crales perfidiam confitetur: ablata non reddit; Imperatorem incredibiliter timet. Curnam urbes occupatas retinere cupiat. Imperator ei improbitatem rursus obiicit. Urbium partitio. Pax et epulatio* (21). *De Cralis perfidia. Copiae utrinque eductae et citra proelium reductae. Imperator iuniorem imperatorem, Ioannem nempe, de Crale cavendo monet, qui proditione Edessam capit. Lysici praefecti poena et obitus. Edessae eversio. Purgat se Moesorum regi imperator de impressione barbarorum in eius regnum: consilium dat de illis Moesia et Thracia prohibendis. Prodigium, quo Alexander contra Cralem erigitur. Navale purgatur. Moesi inconstantia, quem frustra revocare conatur imperator* (22). *Synodus propter haeresin Barlaami et Acindyni. Cur se occultarit Acindynus. Quatriduum in disceptatione ponitur. Ephesi et Gani episcopi exauctorantur. De tribus tomis conscriptis. Barlaamitis et Acindyanis silentium indicitur: in custodiis habentur* (23). *De Nicephoro Gregora, ut seditioso, mendace et in ecclesiam Byzantinam, in imperatorem et monachos maledico. Fabella Atlantis ad sanctos monachos accommodata. Cur imperator ad montem Atho profectus: cur inde reversus: cur imperium susceperit. Eius in curanda ecclesiae pace sedulitas* (24). *Iterum contra Gregoram disseritur. Veneti contra Genuenses auxilium petunt. Temporarium foedus Venetorum cum imperatore unde ortum* (25). *Galataeorum superbia cum arrogantia Lacedaemoniorum confertur. Saxum Byzantium bis iaciunt: bellum eis indicitur. Cum Venetis imperator contra Genuenses societatem init. Cur mutuum hae duae res publicae infestae. Galatae obsessio. Venetae classis praefecti audacia. Tres machinae frustra comparatae. De septuaginta triremibus Genuensium nuntius. Populi Genuensis contra optimates turbae, quorum sumptibus eae naves constructae. Veneti ducis ignavia. Galata frustra oppugnatur. Tarchaniotae brachium graviter vulneratur. Venetus domum renavigans Genuenses vix effugit* (26). *Imperator iunior malevolorum sermunculis in socerum incenditur. Iidem Andronicum callidissime decipiunt, quo eius discessu liberius sint nequam. Ad filium reconciliandum Anna imperatrix a Cantacuzeno mittitur, cui*

res succedit. Cralem cum uxore obiurgat (27). Genuenses Euboeae oppidum incassum oppugnant. De munitione Byzantii et stolido consilio cuiusdam Martini eius oppugnandi (28). Ad urbes iuxta Pontum imperator mittit subsidia. Sozopolis superbe reiicit et a Latinis capitur. Eius eversionem optimates pecunia redimunt. Philotheus, Heracleensium episcopus, a Galataeis captivos suos liberat. Nicolai, ducis Venetae classis, timiditas. Genuenses vincuntur. Galataeorum in Catalanos impostura (29). Genuensium, Venetorum, Catalanorum clades. Ducis Genuensium magnus animus. Nicolaus victoriam foedat. Imperatoris et Catalanorum ducis in eum ira. Byzantiorum in Catalanis aegrotis curandis memoranda caritas (30). Genuenses ab Orchane auxilium implorant. Cur ille Venetis infensus. Nicolaus denuo reprehenditur. Catalanorum dux prae dolore animi moritur: cui sufficitur Monean, quem imperator ad pugnam frustra incitat. Nicolaus, ut stultus, relinquitur (31). Classem reparat. Grimoaldus, Pagani, ducis Genuensium, successor, apud Sardiniam vincitur. A Venetis Genuenses afflicti, se principi Mediolanensium cum conditione subiiciunt. A Pagano apud Methonen Veneti expugnantur. Pax inter utrosque. Pagani et optimatium exilium. Genuensium status restitutus. Palaeologus cum uxore et altero filiorum Didymotichum abit: eodem Irene cum episcopis Matthaeum illi conciliatura proficiscitur (32). Palaeologus Matthaeo absolutam gubernationem scripto firmare abnuit, et contra socerum arma capit. Matthaeum Adrianopoli obsidet: Zernomianum timore supervenientis soceri concedit. Adrianopolitani Cantacuzeno resistentes vincuntur et diripiuntur. Zernomianenses, ut temerarii, incursantur. Palaeologus pro auxilio Crali fratrem dat obsidem: eidem Moesus subsidium mittit. Cantacuzenus ab Orchane auxilium contendit (33). Moesi Persas fugiunt, a quibus Triballi et Romani partim caeduntur, partim capiuntur. Persae, Moesorum agris illata vastitate, in Asiam redeunt. Cantacuzenus, pace a Palaeologo obtenta, eius oppidis infestus. Chalcidicen propter Morrhaeos incursat. Ad Palaeologum pacem petentem scita similitudo, cui malos consiliarios pacem impedientes detrahere nititur. Palaeologus desperans in Tenedum cum uxore fugit. Eius feminae laus eximia (34). Urbes eius Cantacuzenum accipiunt dominum. Irene Byzantium sedulo tuetur. Palaeologus ad moenia veniens et spe lapsus, Galatam divertit: inde in Tenedum renavigans, maledicta vectorum in Cantacuzenum dissimulat. Tumultus nobilitatis Byzantii et cum Cantacuzeno expostulatio et de Matthaeo imperatore designando petitio (35). Callistus patriarcha obsistit, et quasi aliena locutus reprehenditur. Longa oratione, ut saepe, imperator suspicionem tyrannidis a se depellit, iustitiaeque et integritatis laudem aucupatur. Palaeologum de aliquot capitibus accusat, inde probans Matthaeum filium non iniuria imperatorem nominari. Palaeologus se de duobus capitibus purgat (36). Matthaeus imperator declaratus, Adrianopolin mittitur. Callisti in sede non repetenda pertinacia. De successore eius deliberatio. Citati Canones. Imperator peccatum suum fatetur. Philotheus fit patriarcha. Callistus Galata in Tenedum profugit (37). Coronatio Matthaei et uxoris. Pergamenus Tenedius seditiosus et auctor defectionis, vinctus Thessalonicam mittitur. De Persis pecunia e Thracia educendis. Terrae motus ingens urbes prosternit, quas barbari, ut desertas, occupant. Sulimani perfidia. Ab Orchane imperator urbes reposcit, et ille filium ad reddendum inducit. Causa, cur Cantacuzenus ad generum in Tenedum vel-

la proficisci. Duas Galataeorum urbes in Scythia Sulimanus expugnat. Palaeologus Byzantium venit, populus tumultuatur. Cantacuzenus cum uxore de monastica vita complectenda agit (38). Pugna cum Palaeologo. Philothei monitio de barbaris ad auxilium non vocandis: paret imperator (39). Redaccensus populi furor. Philotheus se occulit: certis conditionibus iuratur. Propugnaculum ad portam auream describitur. De barbaris Thracia pellendis, in quos bellum dissuadet Cantacuzenus. Diversum de eius oratione iudicium. Iuniorum obtrectatio (40). Custodes ad portam auream dedere se Palaeologo abhorrent: astus Italicorum militum. Minae Cantacuzeni. Veniam petunt, arcem dedunt. Palaeologus in palatium invitatur: ad epulas socerum ipse invitat. Plebis tumultus propter Cantacuzenum sedatur (41). Socer genero voluntatem profitendi monachismi detegit, et cum uxore fit monachus: mutantque ambo nomina. Petit Palaeologus, ut inter ipsum et filium Matthaeum resarciat concordiam. Redditur throno Callistus. Nicephorus despota fidem fallit. Foedus inter imperatores. Optimates Ioannis impostores: propter eos bellum recrudescit: Matthaeo se purgat (42). Obitus Cralis. Helena Cralaena imperat. Factiones nobilium. Nicephorus dux Thessaliam obtinet. Famuli eius scelera. Regina uxor Nicephori Byzantium, deinde ad virum se confert: in Peloponnesum ad fratrem perfugit. Maritus in certamine ab Albanis interficitur: ipsa Byzantii cum matre monacham agit (43). Orchanis filium a piratis captum, persoluta grandi pecunia, liberat Palaeologus. Triballorum principum amicitia cum Cantacuzeno et eius filio. In quantas angustias redactus Matthaeus (44). Urbis Philipporum descriptio. Capitur Matthaeus a Philippensibus in palude. Gratianopolim cum eius uxore et liberis capit Palaeologus. A Boichna Triballo Matthaeus pecunia Palaeologo venditur. Utrum oculi ei effodiendi. Laudatur Palaeologi in eundem misericordia: libertas captivo promittitur (45). Cantacuzenus gratias agit et eum e custodia studet impetrare (46). Ziani in Eugeniam monacham, Cantacuzeni antea coniugem, pestifera calumnia. Quiddam a Matthaeo liberando postulatur: ambitiosius respondet (47). Prudentissima oratio, qua pater filium a cupiditate imperii detorquere nititur (48). Obtemperat Matthaeus et iurat. Palaeologus amice cum eo versatur. Cantacuzenus cum eodem totaque eius familia ad novum dissidium inter illum et generum fugiendum Peloponnesum petit, ibique eum fratri Manueli praefecto commendat: et tandem Manuelem in se a calumniatoribus irritatum placat (49). Callistus patriarcha ad Cralaenam legatus imperatoris cum sociis ibidem obit. Eius corpus monachis ab Atho monte negatur: Mesembria obsidetur. Pax. Philotheus in patriarchatum redit. Historiae totius epilogus (50). Notatu imprimis digna in hoc extremo libro sunt: Secunda Cantacuzeni coronatio Constantinopoli; prior enim Adrianopoli contigit. Templi Sophiae laus, collapsio, instauratio. Nuptiae imperatoris Palaeologi cum Helena, Cantacuzeni filia. Litterae et legationes inter Clementem VI. pontificem et Cantacuzenum super barbaris oppugnandis et concordia ecclesiarum. Bellum navale cum Galataeis. Chius insula a Genuensibus recepta. Res gestae in Peloponneso. Legatio Cantacuzeni ad Sultanum Aegypti et eius responsio. Res Thessalonicenses. Contra Barlaamum et Acindynum synodus. Nicephori Gregorae insectatio. Inter socerum et generum repullulans bellum, prudentia et auctoritate imperatricis Annae repressum. In Catalanos vulneratos et aegros Byzantiorum civium laudabilis cari-

tas. Inter Matthaeum et Palaeologum propter Adrianopolim finitimasque urbes controversia. De Matthaeo in imperatorem flagitato. Pax et foedus inter imperatores. Res inter Palaeologum et Matthaeum gestae. Matthaei infelix exitus. Cantacuzeni et coniugis monachatus.

A. C. 1347 α΄. Τοιοῦτος μὲν ὁ πρὸς ἀλλήλους τῶν Ῥωμαίων πό-
P. 705 λεμος ἐπὶ πέντε ἔτεσιν ἀνεῤῥιπίσθη, καὶ οὕτως ἐκάκωσαν ἀλ-
V. 566 λήλους πολλὰ καὶ χαλεπὰ, ἐξ ὧν ὀλίγου δεῖν ἀνατραπῆναι συνέβη τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν. ἃ καὶ ὡς ἐγένετο πάντα ἐξεθέμεθα μετὰ ἀκριβείας, μηδὲν παραλιπόντες, ἀλλὰ τὴν ἀρχαίαν φυλάξαντες ἐπαγγελίαν, ὥστε μήτε πρὸς χάριν, μήτε πρὸς ἀπέχθειαν μηδὲν εἰπεῖν, ἀλλὰ τὰ ὄντα ἀκριβῶς. λοιπὸν δὲ ἤδη καὶ τὰ Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ μοναρχοῦντι πεπραγμένα διηγήσασθαι, καὶ ὅσα ἐν διαφορᾷ κατέστη αὖθις πρὸς Παλαιολόγον βασιλέα τὸν γαμβρόν. ἐπεὶ γὰρ μετὰ τοὺς ὅρκους ἐγένετο ἐν βασιλείοις, βασιλίδα μὲν μετὰ τῶν τέκνων πρὸς τὴν τῆς θεομήτορος εἰκόνα τῆς Ὁδηγητρίας εὗρεν ἱσταμένην, ἵνα μᾶλλον κάμπτῃ βασιλέα καὶ πείθῃ μηδενὸς ἀναμιμνήσκεσθαι τῶν κατὰ τὸν πόλεμον συμβεβηκότων
P. 706 δυσχερῶν. ὁ δὲ πρῶτα μὲν τὴν τῆς θεομήτορος εἰκόνα προσεκύνει, ἔπειτα ὤμνυε κατὰ τῆς εἰκόνος εἰς ἐπήκοον πάντων, ὡς οὔτε βουλεύσαιτο, οὔτε πράξαι τὸ τυχὸν κατὰ βασιλίδος καὶ τῶν παίδων, πρὶν τὸν πόλεμον κινηθῆναι παρ' αὐτῶν, οὐδὲ βουλεύσαιτο κατ' οὐδένα τρόπον αὐτὴν καὶ βασιλέα τὸν

1. Istiusmodi bellum inter Romanos ipsos accensum quinquennio duravit: adeoque multas ac saevas clades invicem intulerunt, ut iis imperium Romanum paene funditus eversum ac deletum sit. Quae omnia sicut acciderunt, ita nos, nihil praetermittentes, accurate explanavimus, et quod iam pridem facturos spopondimus, nec ad gratiam quidquam, nec ad odium scripsimus. Reliquum est igitur ea quoque hominum memoriae commendare, quae in monarchia Cantacuzenus gesserit: et quae illi rursum controversia atque dissidium cum genero, Palaeologo imperatore, intercesserit. Postquam enim iureiurando functus, palatium introivit, Augustam ante Deiparae Hodegetriae imaginem cum filiis stantem invenit, quo magis imperatorem ad misericordiam permoveret efficeretque, ut recordationem omnium, quae per bellum gravia sibi et odiosa accidissent, deponeret. Ille primum Dei matris iconem supplex veneratus, deinde super ea, universis audientibus, iuravit, se nec meditatum esse, nec fecisse quidquam qualecumque contra ipsam et filios, priusquam ab

υἱὸν τῆς ἀρχῆς ἀποστερεῖν, ἀλλὰ πάντα συκοφαντίας εἶναι A.C. 1347
καὶ διαβολὰς πλασθείσας ὑπὸ τῶν εἰπόντων. ἐκεῖνον δὲ τοι-
αύτην γνώμην ἐξαρχῆς ἔχειν, ὡς πάντα πόνον ὑπομενοῦντα,
καὶ σύμπαντα ὅσα προσῆν χρήματα καταναλώσοντα ὑπὲρ τῆς
ὠφελείας τῶν κοινῶν καὶ αὐτῆς τῆς βασιλίδος καὶ τῶν παί-
δων καὶ σφετέρας εὐδοξίας, μένων ἐπὶ σχήματος. ἔπειτα B
πολλὰς εὐχαριστίας ἀπεδίδου θεῷ, ὅτι ζῶν εἰς ταύτην ἧκε
τὴν ἡμέραν, ἥτις ἀπαλλάξειε σαφέστατα τῶν συκοφαντιῶν
καὶ τῶν ἀδίκων ἐγκλημάτων, ἔργοις αὐτοῖς ποιήσαντα κατα-
φανῆ τήν τε τῶν εἰπόντων μοχθηρίαν καὶ τὴν ἐπιείκειαν αὐ-
τοῦ. ἔπειτα εἰσῄεσαν ἅμα βασιλίδι καὶ βασιλεῖ τῷ υἱῷ εἰς
τὴν οἰκίαν, ἣ παρεσκεύαστο πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ὑποδοχήν.
καὶ ἄλλα τε διειλέχθησαν περὶ τῶν πραγμάτων, καὶ Ἑλένην
τὴν αὐτοῦ θυγατέρα τῷ νέῳ κατηγγύησαν βασιλεῖ. ἑάλω γὰρ
αὐτοῦ κατάκρας εὐθὺς ὁ πρεσβύτερος βασιλεύς, οὐ μόνον
διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα εὔνοιαν, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτὸν ἑώρα
δοχεῖον ἄν τις εἶπε χαρίτων παντοδαπῶν. οὐ μόνον γὰρ εἶ- C
δος ἄξιον ἐπεδείκνυτο τυραννίδος, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνδρίαν καὶ
σύνεσιν οὐκ ἀγεννεῖς ὑπέφαινεν ἐλπίδας· ἃ καὶ εἰς ὕστερον
ἐξέβη κατ' ἐλπίδας. συνέσει τε γὰρ οὐδενὸς ἀπολείπεται τῶν
προγόνων βασιλέων, καὶ τὴν εὐψυχίαν καὶ τὴν τόλμαν οὐχ V.567
ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἐπεδείξατο τοῖς πολεμίοις. εἰς τὴν
ὑστεραίαν δὲ ἐκέλευεν ὁ βασιλεὺς τούς τε αὐτῷ συνόντας ἔξω

3. ἔχειν om. P. 9. καταφανὲς P.

illis bellum moveretur: neque eam cum filio imperatore imperio spoliare ullo modo cogitavisse, sed omnia meras esse fabulantium criminationes confictasque calumnias. Sibi inde ab initio fuisse propositum quemvis laborem subire, et quantum quantum haberet opum, ad communem imperatricis filiorumque fructum ac suam denique gloriam in privato habitu manentem impendere. Postea Deo exquisitas agit gratias, cum vivus ad illum diem pervenerit, ex quo manifestissime obtrectationibus et iniustis accusationibus liber futurus sit, cum rebus ipsis obtrectatorum nequitiam modestiamque suam palam declararit. Tum una cum Augusta et filio imperatore in conclave sibi paratum ingressus est. Ibi sermo inductus de re publica et adolescenti desponsa Helena filia. Coepit enim statim vehementissime iuvenem diligere, non solum ob amorem, quo in patrem eius fuerat, sed etiam quod videbat esse Gratiarum omnigenarum, ut ita dicam, domicilium. Nec enim forma dumtaxat ei inerat digna imperio, verum etiam fortitudinis atque prudentiae non vulgarem prae se ferebat indolem: quae virtutes postea quoque, ut sperabatur, in eo eluxerunt. Nulli quippe maiorum suorum imperatorum intelligentia secundus est et generosam saepenumero audendi fiduciam hostibus demonstravit. Postridie edixit imperator, ut qui secum es-

A.C. 1347 Βυζαντίου καὶ τοὺς βασιλίδι προσκειμένους συγκλητικούς τε ἅμα καὶ στρατιώτας καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ἐπιφανῶν πίστεις ἀμφοτέροις δι' ὅρκων διδόναι τοῖς βασιλεῦσι, καὶ μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν, μηδὲ διάστασιν, ἀλλ' ὑπὸ μίαν βασιλείαν ἅπαντας τετάχθαι. ὅσοι μὲν οὖν ἔνδον ἦσαν μετὰ βασιλίδος, D καὶ χάριν προσωμολόγουν βασιλεῖ καὶ τοὺς ὅρκους παρείχοντο προθύμως· τῶν ἔξω δὲ οἱ πλείους οὐκ ἠνείχοντο τῶν μάλιστα ἐπιφανῶν, ἀλλὰ Καντακουζηνῷ μόνον ἔφασαν τῷ βασιλεῖ δουλεύσειν, ἑτέρῳ δὲ μηδενί. δεινὸν γὰρ εἶναι, εἰ τοσαῦτα ὑπομείναντες κατὰ τὸν πόλεμον καὶ χρήματα προέμενοι καὶ οἰκείους καὶ σφᾶς αὐτοὺς ὑπὲρ τοῦ νικᾷν τοὺς πολεμίους, ἔπειτα ὅτε ἔδοξαν κεκρατηκέναι, ἀθρόον φαίνεσθαι κατάκρας ἡττημένους καὶ δουλεύοντας ἐκείνοις, οἷς ἐξῆν καὶ πρότερον δουλεύειν, εἰ ἐβούλοντο, τῶν πολλῶν ἐκείνων δυσ- P. 707 χερῶν ἀπαλλαγέντας. ἐπὶ τρισὶ μὲν οὖν ἡμέραις ἐφιλονείκουν, μὴ ταὐτὰ ποιεῖν τοῖς ἄλλοις, μηδὲ ὑπάγειν ἑαυτοὺς τῇ ὑπὸ τὸν βασιλέα τὸν νέον δουλείᾳ. Καντακουζηνὸς δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν ἔνστασιν ὁρῶν, σύντομόν τινα τὴν ἀπόφασιν καὶ αὐστηρίας ἐξήνεγκε μεστήν. τοὺς γὰρ μὴ βουλομένους τῷ γαμβρῷ ὑπείκειν ἐκέλευε καὶ αὐτοῦ ἀναχωρεῖν. βιάζεσθαι γὰρ οὐκ ἐθέλειν ἔφασκέ τινα αὐτῷ δουλεύειν, ὥσπερ οὐδὲ πρότερον, ἀλλ' εἰ μέν τις βούλοιτο τετάχθαι ὑπ' αὐτῷ, ἀνάγκη πᾶσα καὶ βασιλέα τὸν γαμβρὸν ἡγεῖσθαι κύριον· εἰ δ' ἐκείνῳ μὴ βούλοιτο ὑπείκειν, καὶ αὐτοῦ ἀφίστασθαι,

sent extra urbem morantes, et qui ab imperatrice essent optimates, milites aliique nobiles sacramento concepto fidem utrisque imperatoribus adstringerent, et universis uni se imperio subiicientibus, cessaret omnis dissensio et omnes discordiae aliquando tandem finirentur. Quotcumque igitur in urbe cum imperatrice erant, et gratias imperatori agere et sacramentum libenter dicere. Foris autem plures, et quidem nobilissimi, repugnare ac profiteri, Cantacuzeno soli se parituros, praeterea nemini. Esse enim perabsurdum, cum tot tantosque labores bello exantlaverint facultatesque, propinquos, semet ipsos pro nihilo habuerint, ut hostes debellarent, iam cum debellaverint, repente ipsosmet debellatos superatosque videri et subesse illis, quibus et ante, tam multarum molestiarum adhuc expertes, subesse poterant, si voluissent. Sic per triduum, ne idem, quod ceteri, facerent, neu iunioris imperatoris iugum acciperent, renitebantur. Cantacuzenus imperator contumaciam videns, paucis ac summa severitate edixit, qui genero parere nollent, a se quoque discederent. Nolle cuiquam sibi parendi necessitatem imponere, quemadmodum nec antehac imposuisset: sed si quis sibi subdere se cupiat, eum et imperatorem generum oportere dominum agnoscere: aliter enim lites et dissidia nunquam sublatum iri. Haec imperator, non sine

ὡς οὐκ ἐνὸν ἄλλως, ἢ τοῦτον τὸν τρόπον, τὰς διχοστασίας καὶ A.C.1347 τὴν ἔριν ἐκ μέσου γίνεσθαι. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς τοιαῦτα B εἶπε πρὸς ὀργήν. ἐκεῖνοι δὲ οἱ πρότερον ἀνθιστάμενοι, δείσαντες τὴν βασιλέως ἀπειλὴν, εἶχόν τε καὶ τοὺς ὅρκους ἀπεδίδοσαν ᾗ ἐκέλευεν ὁ βασιλεύς. μετὰ τοῦτο δὲ ἐθέσπιζε μηδένα μηδενὶ παρενοχλεῖν περὶ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἡρπασμένων πλὴν τῶν κτήσεων· ταύτας γὰρ τοὺς ἔχοντας ἀποδιδόναι τοῖς κυρίοις. εἰ δέ τινες ἀπέδοντο ἢ διέφθειραν, μήτε τὴν ὠνὴν ἀποδιδόναι, μήτε μὴν εἰς τὸ ἀρχαῖον σχῆμα ἀναγκάζεσθαι καθιστᾶν. τοῖς μὲν οὖν ἀδικήσασι καὶ ἡρπακόσιν ὁ βασιλεὺς τοιαύτην παρείχετο φιλοτιμίαν, τοῖς δὲ ἀδικηθεῖσι καὶ ἀποστερουμένοις τῶν οἰκείων ἑτέροις τρόποις ἐθεράπευσε τὴν ἔνδειαν. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἐν ὀλίγῳ C χρόνῳ πᾶσαν ἀμφισβήτησιν περιεῖλε καὶ πρόφασιν θορύβου, καὶ ἐν εὐταξίᾳ πάλιν καὶ εἰρήνῃ τὰ Ῥωμαίων ἦν. ἔπειτα ἐκ τῆς Ἀδριανοῦ βασιλίδα τὴν γαμετὴν μετὰ τῶν θυγατέρων μετεκαλεῖτο πέμψας. ἐπεὶ δὲ παρῆσαν ἐν τῷ πρὸ τῆς πόλεως τῆς θεομήτορος τεμένει, ὃ πηγή τέ ἐστιν ἀφθόνων ἰαμάτων καὶ καλεῖται, βασιλίδος Ἄννης ἐξελθούσης καὶ τῶν βασιλέων συμπαρόντων καὶ τῶν ἐν τέλει πάντων καὶ ἐπιφανῶν, Ἑλένη ἡ τῷ νέῳ μέλλουσα βασιλεῖ συνοικεῖν, προστεταχότος τοῦ πατρὸς καὶ Ἄννης τῆς βασιλίδος, ἐπισήμοις ἐκοσμεῖτο βασιλικοῖς καὶ Ῥωμαίων βασιλὶς προσηγορεύετο. ἔπειτα εἰς τὰ βασίλεια πάντων ἅμα βασιλέων γενομένων, οἱ γάμοι

19. ναμάτων M. mg. Vid. p. 874. P.

bile: cuius minis rebelles illi conterriti cesserunt, atque ut iussum erat, iuraverunt. Praeterea sanxit, ne quis ulli ob rapta bello negotium facesseret; res tamen soli ad antiquos possessores redirent. Si quae emptae aut vitiatae essent, neque redhiberentur, neque in veterem formam habitumque restituerentur. Iniuriosis itaque et invasoribus talem honorem habuit. Qui autem iniuriam perpessi et fortunis suis nudati essent, eorum inopiae aliis rationibus medebatur. Sic brevi spatio omnes disceptationes et turbarum occasiones amputavit, rursumque bene ordinata re publica, pacem ac tranquillitatem agitabat. His actis Adrianopoli uxorem cum filiabus evocat. Quae ut affuerunt in templo Deiparae ante urbem, (quod ut nomine πηγή, id est fons, dicitur, sic re ipsa curationum plurimarum fons est,) Anna imperatrice egressa obviam, et praesentibus imperatoribus cum magistratibus et nobilitate universa, Helena adolescenti Ioanni nuptura, patre et Anna Augusta iubentibus, imperatorio cultu exornata et imperatrix salutata est. Deinde omnibus simul cum imperatoribus in palatio congregatis, nuptiae apparabantur, et universi a bellicis miseriis relevati, meliora ominabantur. Quippe non tantum Romani contentionibus et factionibus mutuis desistebant, verum

[redacted]

A.C. 1347 τοῦ νέου βασιλέως παρεσκευάζοντο, καὶ πάντες ἐν ἐλπίσι χρη-
D στοτέραις ἦσαν, ἀναπνεύσαντες ἀπὸ τῶν τοῦ πολέμου δυσχερῶν. οὐ μόνον γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τῆς πρὸς ἀλλήλους ἐπαύοντο διαφορᾶς καὶ στάσεως, ἀλλὰ καὶ οἱ ἔξωθεν πολέμιοι πυθόμενοι, ὡς ὑπὸ βασιλέα τὸν Καντακουζηνὸν ἅπασα ἡ Ῥωμαίων γένοιτο ἡγεμονία, ἐπαύοντο πολεμεῖν. οὐ μόνον γὰρ οἱ ὅμοροι δυνάσται παρασπᾶν τι τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐπεχείρουν, ἀλλὰ καὶ μαρκέσης ὁ Λουμπαρδίας ἄρχων, υἱωνὸς ὢν τοῦ πρώτου βασιλέως Ἀνδρονίκου καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρ-
V. 568 χὴν αὐτῷ προσήκειν τῶν ἄλλων μᾶλλον ἀξιῶν, (καὶ γὰρ καὶ ὁ πατὴρ αὐτῷ Θεόδωρος Ἀνδρονίκῳ τῷ νέῳ βασιλεῖ περὶ
P. 708 τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἠμφισβήτει,) πυθόμενος, ὡς βασιλεύσειε παρὰ Ῥωμαίοις ὁ Καντακουζηνὸς καὶ τὴν μὲν ἄλλην ἅπασαν ἀρχὴν ἀφέλοιτο τῶν βασιλέως παίδων, Βυζάντιον δὲ μόνον καὶ Θεσσαλονίκη καὶ Αἶνος ὑπολείποιτο, ἐσκέπτετο, ὡς καὶ αὐτὸς ἐπελθὼν δυνάμει ναυτικῇ τῶν ὑπολελειμμένων τουτωνὶ πόλεων κρατήσειε μᾶλλον αὐτῷ προσηκουσῶν ἐκ κλήρου πατρῴου, ἢ Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα ἔχειν. ἐνήγετο δὲ μάλιστα πρὸς τοῦτο καὶ παρὰ τοῦ γυναικὸς ἀδελφοῦ Κουμίντζη, προσαγορευομένου Καρδιναλίου, χρήματά τε πολλὰ πρὸς τὸν στόλον παρεχομένου καὶ ἄλλην συντέλειαν πολλὴν πρὸς τὴν παρασκευήν. καὶ ἤδη παρεσκεύαστο, ὡς ἅμα ἦρι
B τοῦ ἔτους ἐκείνου μεγάλῃ δυνάμει ναυτικῇ ἐπιπλεύσων Βυζαντίοις.

β'. Πυθόμενος δὲ παρὰ Βαρθολομαίου τινὸς, ὡς Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς Βυζάντιόν τε ἤδη καὶ τὴν ἄλλην ἅπα-

etiam exteri hostes sub Cantacuzeni auctoritatem totum imperium Romanum subiectum esse audientes, arma inhibebant: siquidem antea et vicini dynastae aliquid ab eo abradere laborabant: et Marchio e Lombardia princeps, imperatoris Andronici senioris ex filio nepos, qui prae ceteris omnibus sibi imperium, tamquam debitum, vindicabat, (cuius etiam pater Theodorus cum Andronico iuniore de eodem litigaverat,) certior factus, Romanis Cantacuzenum imperare, ac praeter Byzantium, Thessalonicam et Aenum reliquum omne imperium filiis defuncti imperatoris abstulisse, considerabat, quomodo et ipse adducta classe harum trium urbium sibi potius ex paterna hereditate, quam Cantacuzeno, debitarum potiretur: ad quod eum mirifice Cumintzes cardinalis, uxoris eius frater, sollicitabat: qui etiam navibus aedificandis non exiguam pecuniam, et alioqui ad apparatum bellicum impensam non modicam conferebat. Iamque instructus erat, ut illius anni vere ineunte Byzantios magna potentia navali aggressurus.

2. Verumenimvero ex Bartholomaeo quodam intelligens, Can

σαν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὑποποιήσαιτο, ἀπέσχετο τοῦ ἔργου. A.C.1347
Βαρθολομαῖος γὰρ οὑτοσίν, ἐκ Δελφίνου Ντεβιάνα πρὸς Ἄν-
ναν τὴν βασιλίδα ἥκων πρεσβευτής, ἐπεὶ μεταξὺ πρεσβευον- C
τος Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς ἐκράτει Βυζαντίου, εἰς λό-
γους ἐλθὼν καὶ τὴν βασιλέως σύνεσιν θαυμάσας, πάπᾳ τε τῷ
Κλήμεντι καὶ τῷ πέμψαντι Δελφίνῳ ἔγραφεν ἐπιστολάς, ἃς
ὥσπερ εἶχον προσεθήκαμεν τῇ διηγήσει. εἶχεν οὖν ἡ πρὸς
μὲν πάπαν οὕτως. „ἀγαλλιάσθωσαν πᾶς ὁ λαὸς τῆς τῶν Ῥω-
μαίων ἀρχῆς, καὶ τῆς νίκης ἕνεκεν τοῦ τοσούτου βασιλέως εὐ-
φρανθήτωσαν σύμπας ὁ κόσμος. ἡγιασμένη γὰρ ἡμέρα πᾶ-
σι Χριστιανοῖς ἀνατέταλκε κατὰ τὴν τρίτην τοῦ Φεβρουαρίου,
ἐν ᾗ δὴ ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ ἄγγελον κατασκευά-
σοντα τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ τῷ οἰκείῳ διαυ- D
γεστάτῳ φωτὶ πόῤῥω ποιησόμενον τὸ τῆς μάχης σκότος, ἀγα-
γόντα καθάπερ κλάδος χλοαζούσης ἐλαίας τὴν εἰρήνην. οὗ-
τος γάρ ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς εἰρήνης, ὁ δεύτερος Σολομών,
οὗ τὸ πρόσωπον ἐπιθυμεῖ βλέπειν πᾶσα κτίσις. ἰδοὺ γάρ, ἵνα
δείξῃ κύριος, ὡς οὐκ ἐν ἰσχύϊ ἵππου, οὐκ ἐν δυναστείᾳ ἀν-
θρώπου, ἀλλ᾽ ἐν δυνάμει θεοῦ γέγονε τὸ τρόπαιον τουτὶ πα-
ρὰ τοῦ ὑψηλοτάτου καὶ νικητικωτάτου βασιλέως καὶ αὐτοκρά-
τορος κυρίου Ἰωάννου τοῦ Καντακουζηνοῦ, ἀνέῳξε τοὺς τῆς
ἑαυτοῦ δυνάμεως θησαυρούς, ἐγχέας ἐπ᾽ αὐτὸν τὰ δῶρα τῶν
ἑαυτοῦ χαρισμάτων, τὴν βασιλίδα δηλαδὴ ταύτην τῶν πόλεων, P. 709
τὴν Κωνσταντίνου φημί, καὶ παρασχὼν ὁλόκληρον αὐτῷ βα-

8. ἀγαλλιάσθω P.

tacuzenum iam Byzantium atque imperium universum sub se redegisse, ab instituto quievit. Hic namque Bartholomaeus a Delfino Viennensi ad Annam imperatricem legatus, cum interea, dum ipse legationem obit, Cantacuzenus Constantinopolim occupasset, congressus cum eo eiusque prudentiam admiratus, Clementi papae et Delfino, a quo missus fuerat, scripsit. Eas epistolas in historiam hanc ad verbum illigavimus. Quae quidem ad papam est, sic habet. „Universus populus exultet, victoriaque tanti imperatoris totus terrarum orbis gratuletur. Dies enim sanctificatus Christianis illuxit tertio Nonas Februarii, quo nimirum Deus emisit angelum suum praeparare viam suam ante illum et lumine suo splendidissimo belli tenebras procul dispellere: qui pacem, tamquam virentis olivae ramusculum, attulit. Hic enim est rex pacis, alter Salomon, cuius faciem omnis terra videre desiderat. Ecce enim, ut ostenderet dominus, non in equi robore, aut in potentia hominis, sed divina virtute erectum hoc trophaeum a praecellentissimo et invictissimo Domino Ioanne Cantacuzeno Augusto imperatore, potestatis suae thesauros aperuit, et in illum suorum charismatum dona

A. C. 1347 σιλείαν τῇ θείᾳ αὐτοῦ δυνάμει ἐν δυναστείᾳ ὅπλων καὶ ἐκ-
τεταμένῳ βραχίονι, ἵν' ἐν αὐτῷ μᾶλλον φανῶσιν οἱ διὰ παν-
τὸς ῥέοντες ποταμοὶ τῶν αὐτοῦ χαρισμάτων καὶ τοῦ ἐλέους.
αὐτὸς γάρ ἐστι, περὶ οὗ γέγραπται, ὅτι ἠδυνήθη παραβῆναι,
καὶ οὐ παρέβη, καὶ κακὸν ποιῆσαι, καὶ οὐκ ἐποίησε· μᾶλ-
λον δὲ ἑπόμενος τῷ Χριστῷ ἀνταπέδωκεν ἀγαθὸν ἀντὶ κακοῦ,
V. 569 μνησθεὶς ἐλέους καὶ ἐπιλαθόμενος ἀνομίας. ὅς γε καὶ γέγο-
νεν ἀγαθὸς στρατιώτης κατὰ τὸν πρώτως ἀθλήσαντα Στέφα-
νον, ὑπὲρ τῶν λίθοις βαλλόντων αὐτὸν διωκτῶν προσευξά-
μενον, καὶ „μὴ στήσῃς αὐτοῖς," εἰρηκότα, „δέσποτα, τὴν ἁμαρ-
B τίαν ταύτην· οὐ γὰρ οἴδασι, τί ἐποίησαν." οὐδέποτ' ἀπ' αἰ-
ῶνος ἤκουσται τοσαύτην ἀνδρὸς ἀρετὴν γεγονέναι, οὔτ' Ὀκτα-
βιανῷ τῷ βασιλεῖ, οὔτε Θεοδοσίῳ, οὔτε μὴν Αὐγούστῳ τῷ
Καίσαρι, ὡς οὓς ἠδυνήθη τῇ τῶν ὅπλων δυνάμει καταστρων-
νύναι εἰς γῆν, τούτοις δοῦναι τὸν ἑαυτοῦ χρηστὸν ἔλεον, ἐπι-
λαθόμενος τῶν εἰς αὐτὸν πάντων κακῶν. ταῦτά τοι καὶ χαῖ-
ρε, ἁγιώτατε δέσποτα, τῇ οὕτως εὐτυχεῖ, οὕτω νικητικωτάτῃ
εἰσόδῳ ἀναιμάκτῳ τε καὶ ἀζημίῳ τοῦ Χριστιανικοῦ λαοῦ.
καὶ αὖθις χαῖρε, ὅτι ἡ ἀλήθεια δι' ἀληθείας ἐδείχθη. ἡ
γὰρ τοῦ Χριστοῦ ἀλήθεια ἔδειξε τὴν τοῦ ἀθώου τούτου
βασιλέως ἀλήθειαν ἐπὶ τῷ ἀπαντῆσαι τὴν ἀλήθειαν αὐτῷ
C καὶ τὸν ἔλεον καὶ καταφιλῆσαι εἰρήνην τε καὶ δικαιοσύ-
νην. ἐγὼ δὴ πέποιθα τοῦτ' εἶναι μᾶλλον ὑπὲρ εἰρήνης καὶ

3. ἑαυτοῦ P. 13. ἐν add. P. ante Αὐγ. Vid. Annot. 23. δὲ M.

effudit, dum videlicet illi hanc reginam urbium, Constantinopolim inquam, et quantumcumque est imperium, coelesti virtute in potentia armorum et brachio extento tradidit, ut in ipso donorum eius et misericordiae fluvii perennes clarius apparerent. Hic enim est, de quo scriptura: „Qui potuit transgredi, et non est transgressus, facere mala, et non fecit." Immo profecto Christum imitatus, bonum pro malo reddidit, memor miserationis et immemor iniquitatis. Qui etiam fuit bonus miles, secundum exemplar primi athletae Stephani, orantis pro persecutoribus se lapidantibus dicentisque: „Domine, ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt, quid faciunt." Nunquam post homines natos ullius tam singularis incredibilisque virtus audita est, neque Octaviani, neque Theodosii: ut quos vi armorum humi prosternere potuit, illis, omnium in se commissorum oblitus, pie misericordiam suam impertiret. Laetare igitur, sanctissime Domine, adeo felici, adeo triumphali incruentoque et Christiano populo minime noxio ingressu. Iterum gaude, quoniam veritas per veritatem suscepta est. Christi enim veritas huius insontis imperatoris veritatem ostendit: propterea quod veritas et misericordia illi obviaverunt, iustitiaque et pax inter se osculatae sunt. Equidem hoc ad pacem potius et optimum uni-

καταστάσεως τοῦ σύμπαντος Χριστιανικοῦ λαοῦ καὶ εἰς ἐπί- A.C. 1347
δοσιν τοῦ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τοῦ σταυροῦ τροπαίου, ὥσπερ οὐ μικρὰν τὴν ζημίαν εἰργάσατο τοῖς βασιλεῦσι Ῥωμανίας ἡ χρόνον ἐπὶ πλεῖστον αὐξηθεῖσα διχόνοια. τοίνυν εἰ καί τινα δεδήλωται τῇ σῇ ἁγιότητι ἀῤῥητουργήματα κατὰ τοῦ προῤῥηθέντος γαληνοτάτου βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων κυρίου Ἰωάννου τοῦ Καντακουζηνοῦ, τοῦ καὶ πατρὸς D
νῦν τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων κυρίου Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου, ἀλλ' οὖν μηδαμῶς εἶεν δεκτέα ἢ πιστευτέα κατά τινα τρόπον. οἶμαι γὰρ, ὡς ἐν τούτῳ θήσεται ἡ σὴ ἁγιότης περὶ τούτων καλῶς παρὰ τῶν προῤῥηθέντων τούτων κυρίων καὶ βασιλέων, ἢ διὰ πρέσβεων, ἢ διὰ γραμμάτων ἀληθέστερόν τε καὶ καθαρώτερον." τοιαῦτα μὲν οὖν πρὸς πάπαν Κλήμεντα ἕκτον ὁ Βαρθολομαῖος ἔγραψε περὶ τῶν βασιλέων. Ἰνιμπέρτῳ δὲ Δελφίνῳ Ντεβιάνα, παρ' οὗ καὶ πρεσβευτὴς πρὸς Ἄνναν ἧκε τὴν βασιλίδα, οὕτως. „ἀλλαλαξάτωσαν ἄσμενοι τῶν πιστῶν ἅπας ὁ δῆμος· ψαλάτωσαν ὁ χορὸς τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως· ἀνακαι- P. 710
νιζέσθωσαν ἐν ταῖς ἱεραῖς καὶ ἁγίαις ἐκκλησίαις περιφανεῖς ἑορταί· ἠχείτωσαν εἰς τὸ ὕψος αἱ ψαλμῳδίαι· τὰ τῶν μοναχῶν ὄργανα πληττέτωσαν τὸν ἀέρα, καὶ διὰ στόματος ἴτωσαν πάντων, καὶ πᾶσαν τὴν περίχωρον διατρεχέτωσαν αἱ προσηνεῖς αὗται πανηγύρεις, ὅπως ἡ τῶν χαιρόντων κραυγὴ μὴ

11. ἁγιώτης P. et M. μαθήσεται M. mg.

versi populi Christiani statum et ad incrementum trophaei contra inimicos crucis Christi pertinere confido: quemadmodum non mediocri detrimento fuit Romanorum imperatoribus longissimo tempore amplificata discordia. Proinde etsi quaedam nefanda facinora de nominato a me serenissimo imperatore et Augusto domino Ioanne Cantacuzeno (qui etiam pater nunc est serenissimi imperatoris et Augusti Romanorum, Ioannis Palaeologi,) sanctitati tuae narrata sunt, certe nequaquam admittenda nec ullo modo credenda sunt. Arbitror enim beatitudinem tuam de his ab ipsis dominis imperatoribusque nostris sive per legatos, sive per litteras probe et verius atque liquidius nihilo minus cognituram." Haec ad papam Clementem VI. Bartholomaeus de imperatoribus. Ad Imbertum autem, Delfinum Viennensem, a quo etiam legatus ad Annam imperatricem venit, in haec verba litteras dedit. „Totus fidelium populus iubilet hilariter: psallat Christianorum chorus: in sacrosanctis ecclesiis illustrissimi dies festi renoventur: feriant sidera psalmodiae: eant coelo monachorum organa: volvantur per omnium ora, omnemque circumcirca regionem pervagentur hae iucundae panegyres, ut gaudentium clamor non a terrestribus solum, sed etiam a coelestibus civibus exaudiatur. Audite igitur coeli quae loquar, et audiat terra

A.C. 1347 μόνον παρὰ τῶν ἐπιγείων, ἀλλ' ἔτι καὶ παρὰ τῶν οὐρανίων
ἀκούηται πολιτῶν. ἀκούσατε τοίνυν οὐρανοὶ, καὶ λαλήσω· καὶ
ἀκουέτω γῆ ῥήματα ἐκ στόματός μου. ἀλλὰ τίς οὐκ ἂν ἀσμένως
ἀκοῦσαι, τίς οὐκ ἠκριβωμένως προσέξοι τοῖς λεγομένοις, ὅτι χεὶρ
κυρίου ἐγένετο ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων, ἐπὶ τῷ τὴν ἡμέραν
B καταφωτίσαι τὴν νύκτα, καὶ τὴν λαμπρότητα πόῤῥω τὸ σκότος
ποιήσασθαι, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν σκότει καὶ σκιᾷ τοῦ θανά-
του φῶς ἐξ οὐρανῶν ἀνατεταλκέναι; ὁρᾶτε γοῦν, ὅπως τουτὶ
τὸ φῶς ἀνατέταλκεν ἄνωθεν, ὡς οὐ τῇ μεγάλῃ τῶν ὅπλων κα-
τασκευῇ τὸν ἐπὶ πάντας καθήμενον ὕψιστον, τῇ οἰκείᾳ δυνά-
μει παρεσχηκέναι τῷ μεγάλῳ περιφανεστάτῳ βασιλεῖ κυρίῳ
Ἰωάννῃ τῷ Καντακουζηνῷ, τῷ καὶ τῆς βασιλείας καὶ τοῦ βα-
σιλέως πατρὶ, τὴν ἁπασῶν βασιλεύουσαν ταυτηνὶ πόλιν, καὶ
μέχρι καὶ εἰς δεῦρο διατηρεῖσθαι τὸν τοῦ δικαίου κριτὴν τῷ
τοιούτῳ βασιλεῖ τὸ παρὸν τῆς ἀρχῆς δώρημα, ἵνα γνῶσι σα-
C φῶς ἅπαντες τοῦτο παρὰ κυρίου τοῦ θεοῦ γεγονὸς, καὶ οὐ
V. 570 παρὰ ἀνθρώπου. φησὶ γὰρ ὁ σοφώτατος Σολομών· „καιρὸς
τῷ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν παντὶ πράγματι, καὶ πάντα καλὰ ἐν και-
ρῷ αὐτῶν. καιρὸς θρήνου καὶ καιρὸς χαρμονῆς." οὕτως εἴ-
ρηκέ ποτε καὶ ὁ Χριστός· „οὐκέτι ἦλθεν ἡ ὥρα μου." καὶ ἀλ-
λαχοῦ λέγει· „πάτερ, ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἔστιν, ἵνα δοξασθῇ
ὁ υἱός σου·" καὶ παραχρῆμα ἡ πατρικὴ φωνὴ τῷ υἱῷ ἀπε-
κρίνατο· „καὶ ἐδόξασα καὶ πάλιν δοξάσω." οὐχὶ δὲ καὶ ἐν τῷ
εὐαγγελίῳ ἀνέγνωμεν, ὁπηνίκα ὁ Ἰωάννης εἴρηκε τῷ Χριστῷ

9. οὐ om. P. et. M. 10. οἰκίᾳ P. 16. ὑπὸ M. mg.

verba oris mei. At enim quis non libenter audiat, quis non sollicite dictis adhibeat animum, factam esse scilicet manum domini super Romanum imperium, quia dies illuminavit noctem, et splendor fugavit tenebras, sedentibusque in tenebris et umbra mortis lux de coelis orta est? Videte, quomodo lux haec desuper orta sit, ut qui sedet super omnes excelsissimus, non apparatu bellico eximio, sed sua ipsius virtute magno et inclitissimo imperatori, domino Ioanni Cantacuzeno, eidemque imperii et imperatoris parenti, hanc omnium urbium reginam traderet, et huc usque iustus iudex hoc ei imperium pro munere servaret: ut omnibus hoc a domino Deo, non ab homine factum plane constaret. Ait enim sapientissimus Salomon: „Tempus cuique rei sub coelo: et omnia bona in tempore suo. Tempus flendi, et tempus laetandi." Sic aliquando et Christus: „Nondum venit hora mea." Et alibi: „Pater, venit hora, et nunc est, ut clarificetur filius tuus:" statimque paterna vox ad filium: „Et clarificavi, et iterum clarificabo." Etiam in evangelio legimus, Ioanni Christo nostro ad Iordanem dicenti: „Ego a te baptizari debeo, et tu venis ad me?" respondisse Christum: „Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam." Verba illa „sine modo"

ἡμῶν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ· „ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με;" τί Χριστὸς ἀπεκρίνατο; „ἄφες γάρ," φησιν, „ὦ Ἰωάννη, ἄφες ἄρτι. οὕτω γὰρ δεῖ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην·" τοιγαροῦν „ἄφες ἄρτι" δηλοῦντος τοῦ λόγου, ὡς οὔπω καιρὸς ὑψώσεως, οὐδὲ δόξης, ὡς οὔπω ἐληλύθει ἡ τῆς εὐλογίας καὶ τῆς χάριτος ὥρα. αὕτη τοίνυν ἡ τοῦ φωτὸς ὥρα ἡ τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων τηρηθεῖσα, ἵνα μὴ ἀθρόον ἐπιστὰν τοῖς πιστοῖς τὸ δῶρον εὐτελὲς νομισθῇ· οὗτός ἐστιν ὁ μετὰ τὸ νέφος αἰθρίαν δούς· οὗτός ἐστιν ὁ μετὰ τὸν ὀδυρμὸν καὶ τοὺς θρήνους ἀγαλλίαμα ἐγχέων. τίνα γὰρ τῶν ἁγίων πατέρων ὕψωσεν ἐν δόξῃ, μὴ προτέρων θλίψεων ἡγησαμένων, καθὰ καὶ ἡ γραφὴ διαῤῥήδην βοᾷ· „πᾶς υἱὸς ὑψούμενος παρὰ κυρίου πρῶτον παιδεύεται." καὶ ὁ θεὸς λέγει· „οὓς ἀγαπῶ, διορθοῦμαί τε καὶ παιδεύω." οὕτω καὶ ὁ ψαλμῳδὸς καὶ κιθαρῳδὸς οὐράνιος ἐκεῖνος Δαβὶδ ᾖσε· „παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ κύριος, τῷ δὲ θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με." καὶ ἀλλαχοῦ· „ὁ πατήρ μου καὶ ἡ μήτηρ μου καὶ πάντες οἱ γνωστοί μου ἐγκατέλιπόν με, ὁ δὲ κύριος προσελάβετό με." προσλαμβάνου τοίνυν καὶ αὐτὸς, ἐρασμιώτατε δοὺξ, τὸν ῥηθέντα τουτονὶ βασιλέα, ὅνπερ ὁ θεὸς προσελάβετο εἰς τὴν τῆς βασιλείας κατάστασιν, καὶ τοῦτον ἐν τοῖς μάλιστα τάττε, ὃν ὁ θεὸς διετήρησεν εἰς τὴν βασιλείαν. πᾶσα γὰρ ἐξουσία εἰς ἀγαθὸν παρὰ κυρίου τοῦ θεοῦ ἐστιν· ὁ δὲ τῇ τοῦ βασιλεύοντος ἀνθισταμένος ἐξουσίᾳ κατὰ τὸν ἀπόστολον τῇ τοῦ θε-

A. C. 1347 D P. 711 B

14. καὶ post ψαλμῳδὸς om. M.

nondum adesse tempus significabant exaltationis et gloriae, quoniam nondum venerat hora benedictionis et gratiae. Haec igitur luminis hora Romanorum servata est imperio: ne, si repente et improviso munus hoc fidelibus exhiberetur, vili penderetur. Hic est, qui coelum ac tempestates serenat, hic ille, qui post lamentationem et lacrimas laetitiam infundit. Quem enim sanctorum patrum exaltavit in gloria tribulationibus prius non exercitum? sicut et scriptura perspicue clamat: „Flagellat autem omnem filium, quem recipit." Et Deus dicit: „Quos diligo, arguo et castigo." Sic et psalmicen, coelestis ille citharoedus David, cecinit: „Castigans castigavit me dominus, sed morti non tradidit me." Et alio loco: „Pater meus et mater mea et omnes noti mei dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me." Tu quoque, amabilissime dux, hunc, de quo loquor, imperatorem admitte, quem Deus ad imperium temperandum delegit: et hunc inter praecipuos numera, quem Deus imperio custodivit. Omnis namque potestas a Domino ad bonum aliquem finem instituta est: et qui potestati imperantis resistit, secundum Apostolum divinae ordinationi resistit. Et cave, ne quando unus de illorum ordine experiare, qui a iusto

A. C. 1347 οὗ βουλήσει ἀνθίσταται. ὅρα δὲ, μή ποτε ᾖς καὶ αὐτὸς εἷς ἐκείνων τῶν παρὰ τοῦ δικαίου Ἰὼβ ἐλεγχομένων, λέγοντος· „οὗτοί εἰσιν οἱ ἀνθιστάμενοι τῷ φωτὶ, οὗτοί εἰσιν οἱ τοῦ φωτὸς ἀποστάται, ὅπερ ἐν τῷ σκότει φαῖνον οὐ φέρει αἰτίαν· εἴγε ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν." ἐν μέντοι γε διηνεκοῦς μνήμης ἄξιον ὑπόδειγμα τοῖς τῷ Χριστῷ λατρεύουσι δῆλον, ὡς ὁ μέγας οὑτοσὶ βασιλεὺς τὴν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἐν ἑαυτῷ φέρει χρηστότητα, ἥτινι φονευθῆναι τοὺς παῖδας ἀπεῖρξεν, ὧν ἐν τῷ αἵματι θεραπεύεσθαι ἔμελλεν ἀπὸ τῆς λέπρας. τὸ τοῦ μετὰ Ἰούλιον Καίσαρα βεβασιλευκότος Ὀκτα-
C βιανοῦ φιλάνθρωπον, ᾧτινι καὶ φιλανθρωπότητος ἐκεῖνος κέκληται βασιλεὺς, ὁ παρὼν βασιλεὺς ὑπερήλασεν· ἴσος, εἰ μὴ καὶ μείζων, ἐστὶν εἰς θεοσέβειαν τῷ καλῶς ἄρξαντι Θεοδοσίῳ· ὑπερέβη τὴν ἐπιείκειάν τε καὶ χρηστότητα τοῦ Ἀφρικανοῦ Σκηπίωνος τοῦ τοῖς ἡμετέροις Ἰταλοῖς τὴν Ἀφρικὴν ὑποτάξαντος. πολλῶν γὰρ ἀνθρώπων καὶ κατὰ διαφόρους τρόπους τῷ τοιούτῳ βασιλεῖ προσκεκρουκότων, οἵ γε καὶ εἰκότως ὤφειλον τὸν τοῦ θανάτου κίνδυνον δειλιᾶν, ἐπείπερ ἐν ὅπλων δυνάμει ἐντὸς γένοιτο, οὐδενὶ κακόν τι ἐπαγαγὼν ἐλυμήνατο· πάντας δ' εὐεργετεῖν βούλεται ἀγαθούς τε καὶ πο-
D νηρούς, ζηλῶν ἐπὶ τούτῳ θεὸν τὸν ἀνατέλλειν ποιοῦντα ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς. πῶς οὖν οὐκ ἂν ἀγαθὸν βουλοίμην τοῖς Χριστιανοῖς τούτοις; πῶς τὸ τῶν Ῥωμαίων γένος τὸ τὸν ἐσταυρωμένον Χριστὸν προσκυνοῦν, ᾧ γε καὶ ἡ παλαιὰ καὶ

5. ὅτι pro εἴγε M. mg.

Iob reprehenduntur, istis verbis: „Hi sunt, qui resistunt luci. Hi sunt desertores luminis, quod in tenebris sine crimine lucet: siquidem tenebrae id non comprehenderunt." Et exemplum aeterna dignum memoria Christi cultoribus exhibeto, quomodo magnus iste imperator magni Constantini clementiae in se ipso fert imaginem, qua infantes, in quorum cruore a lepra curandus erat, iugulari vetuit. Et humanitatem illius, qui post Iulium Caesarem imperavit, Octaviani (propter quam et humanitatis rex vocatus est) noster imperator superavit: aequalis, si non etiam maior, pietate optimo imperatori Theodosio. Vicit aequitatem ac bonitatem Scipionis Africani, qui Africam nobis Italis tributariam fecit. Nam cum multi diversisque moribus et ingeniis mortales imperatorem talem offendissent meritoque capitis poenam timere potuissent, simulatque vi bellica intra moenia fuit, nulli malo aliquo inflicto nocuit: de omnibus autem bonis et malis bene mereri cupit, Deum in hoc imitando, qui solem suum super bonos et malos oriri facit. Quonam igitur modo Christianis istis bonum non velim? Quomodo Romanorum genus, quod Christum in crucem actum adorat, (quem

νέα διαθήκη καὶ ἀναγινώσκει καὶ ἕπεται, οὐκ ἂν θείην ἐν A. C. 1347 μέσῳ τῆς καρδίας μου; δι᾽ ὃν οὔθ᾽ αἵματι ἀνθρωπίνῳ λυ- V. 571 θροῦται μάχαιρα, οὔτε μὴν κακὸν ἀντὶ κακοῦ, μᾶλλον δ᾽ ἀγαθὸν ἀντὶ πονηροῦ ἀποδίδοται. διὰ τοῦτο παρακαλῶ τὴν σὴν δουκικὴν ἐξουσίαν, ἵνα τὸν τοιοῦτον βασιλέα Ἰωάννην, τὸν χάριν θεοῦ μεθερμηνευόμενον, ἐν μεγάλοις φιλίας ταύτης θεσμοῖς, καὶ μηδὲν κατ᾽ αὐτοῦ καινότερον ἢ πράττειν ἢ ἀκούειν. οὗτος γὰρ ὁ Ἰωάννης χάρις λέγεται, καὶ εἰκότως, P. 712 πᾶσι χαρίεις γε ὢν καὶ μετὰ τοῦ ἀποστόλου δυνάμενος λέγειν· „χάριτι θεοῦ εἰμι, ὅ εἰμι· καὶ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἐν ἐμοὶ κενὴ οὐ γέγονεν, ἀλλὰ διὰ παντὸς ἐν ἐμοὶ μένει.“ ἐπεὶ γὰρ ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται καὶ ὁ καρπὸς ἐκ τοῦ δένδρου λαμβάνει τὸν ἔπαινον, πέποιθα ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ δυνάμει, ὡς ὁ προῤῥηθεὶς βασιλεὺς ἐκ τοῦ καρποῦ τῶν ἀγαθῶν ἔργων γνωσθήσεται. καὶ γὰρ παντὸς τοῦ αὐτῷ γε ἀναφέροντος μακροθύμως ἀκούει, ἐπιεικῶς ἀποκρίνεται, σοφῶς ἐξετάζει, κρίνει δικαίως. ταῦτά ἐστι τὰ τέσσαρα, ἅπερ οἱ βασιλεύοντες κατέχειν ὀφείλουσιν ἐπιμήκιστον· αὗταί εἰσιν αἱ B ἀρεταὶ αἱ ζητούμεναι ἐν ταῖς τῶν σοφῶν πρυτανέων ἀρχαῖς· περὶ ὧν Πλάτων ὁ φιλόσοφος λέγει, εὐδαίμονα τὰ τῶν πραγμάτων δημόσια εἶναι, ὁπηνίκα οἱ τούτων διοικηταὶ σοφίᾳ κεκόσμηνται. ἧς δὴ σοφίας μέγα τὸ ἀξίωμα, ἣ δὴ καὶ τὸν Ἀθηναῖον Σωκράτην τῷ ἄκρῳ θεῷ ἴσον πεποίηκεν. ἐγὼ μὲν οὖν ἐλπίδας φέρω, ὡς ἡ βασιλεία τούτου ἔσται ὑπὲρ τῆς

vetus ac novum testamentum agnoscit et sequitur,) in medio cordis mei non collocem? propter quem neque sanguine humano gladii imbuuntur, neque malum malo, immo malum bono pensatur. Quae cum ita sint, tuam ducalem potestatem hortor, ut huncce imperatorem Ioannem, cuius nomen Dei gratiam sonat, arctis amicitiae vinculis tibi adstringas, nihilque contra illum novi vel facere vel audire sustineas. Hic enim Ioannes gratia dicitur, nec falso, cum sit gratus et iucundus omnibus, quique cum Apostolo dicere queat: „Gratia Dei sum id, quod sum: et gratia Dei vacua in me non fuit, sed semper in me manet." Quoniam enim ex fructu arbor cognoscitur, et fructus ab arbore laudatur, in virtute Christi spero, imperatorem, de quo agimus, ex bonorum operum fructu cognitum iri. Etenim unumquemque ad se referentem facile et humaniter audit, leniter respondet, sapienter inquirit, iuste iudicat. Haec sunt illa quatuor, quae imperatores habere perpetuo debent. Hae sunt virtutes, quae a sapientissimis rectoribus postulantur: de quibus Plato philosophus, tum demum fore beatas res publicas, cum earum moderatores sapientia instructi et ornati fuerint. Cuius quidem sapientiae eximia est sane dignitas, quae et Socratem Atheniensem

A. C. 1347 τῶν Χριστιανῶν εἰρήνης, καὶ τῶν Ἰσμαηλιτῶν ἀποσόβησις,
ἔσται ὑπὲρ τῆς δικαιοσύνης τοῦ λαοῦ δι' ἔλεον τοῦ ὑπηκόου
παντὸς, ὡς γέγραπται ἐν τῷ ἑκατοστῷ εἰκοστῷ κεφαλαίῳ τῶν
παροιμιῶν· „ἔλεος καὶ ἀλήθεια τηροῦσι τὸν βασιλέα, καὶ
C στερεωθήσεται ἐν δικαιοσύνῃ ὁ θρόνος αὐτοῦ." τοιαῦτα μὲν
ἔγραψε καὶ πρὸς Ἰνιμπέρτον· ταῦτα δὲ ἡμῖν οὐκ ἀργῶς, οὐ-
δὲ ἀκαίρως παρείληπται πρὸς τὴν ἱστορίαν, ἀλλ' ἵν' ἐπιδεί-
ξωμεν, ὡς διὰ τῶν εἰς βασιλέα τουτωνὶ ἐπαίνων μαρκέσης
ἐκωλύθη μὴ Ῥωμαίοις στόλῳ μεγάλῳ ἐπιέναι. πρότερον γὰρ
ἀκούοντες περὶ βασιλέως πολλὰ καὶ δεινὰ, πάπας τε ὁμοίως
καὶ οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν δυναστεύοντες ἐπέτρεπον τὴν ἔφο-
δον τῷ μαρκέσῃ. ἐπεὶ δὲ τὰ γράμματα ταῦτα ἧκε παρὰ ἀν-
δρὸς αὐτοῖς ἀξιόχρεω πρὸς πίστιν, οἵ τε ἄλλοι ἀπηγόρευον τὴν
ἔφοδον, καὶ αὐτὸς μαρκέσης ἠμβλύνθη τὴν ὁρμὴν, οὐ τὴν
D ἀρετὴν μόνον βασιλέως αἰδεσθεὶς, ἀλλ' ἤδη καὶ τὸ μέγα τι
κατορθοῦν ἀπαγορεύσας, βασιλέως ἤδη τὴν σύμπασαν Ῥω-
μαίων ἔχοντος ἡγεμονίαν, ὃν ἐν στρατηγίαις μέγαν παρὰ
πάντων ἐπυνθάνετο. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐκ τούτων ἐκωλύθη,
καὶ διέλυε τὴν στρατιάν.

P. 713 γ'. Βασιλεὺς δὲ, ἐπεὶ ὁ πατριάρχης Ἰωάννης ἐν βασι-
V. 572 λείοις ἔτι ἦν σχολάζων οἴκοι, πρὸς αὐτὸν ἐλθὼν προσηγό-
B ρευσέ τε προσηνῶς, ἔπειτα καὶ ἀνεμίμνησκεν ὧν μετὰ τὴν βα-

17. ὅς P. 21. προσηγορεύετο M.

cies, non se nescire, nec ignorare, quanta in praesens pecuniae penuria laboretur. Existimandum vero, ipsos quoque ad illa incumbere, per quae iterum fortunate vivere liceat. Id neutiquam fore, nisi pro se quisque ad quae par est, rei publicae operam suam praebeat: ut imperator quidem recte consultet et hostibus cum exercitu occurrat, illorumque incrementa omnimodis impedire nitatur, aut illos etiam, si possit, evertat, ademptasque urbes recipiat: milites ad militandum faciles sint nihilque de antiqua gloria et virtute deperdant, sed inter se in pugna vereantur ac viros praestent strenuos, utpote sibi primum, deinde pro quibus propugnant, fortitudine sua profuturi: mercatores et qui alias artes quaestuosas persequuntur, milites alant, pecuniam conferentes, quando de aerario iam exinanito ali nequeant. Agricolam enim, mercatorem et opificem, si tutus sit, sibi aeque et militi propugnanti posse consulere. Sin eum alere fugiat, sequi, ut se ipsum perdat cum milite, hunc quidem fame, se ipsum liberosque fame, obsidione et hostium gladiis: aut certe si necessitatis vi se subiecerit, maiora et acerbiora domitori-

A. C. 1347 παῖδας λιμῷ τε ὁμοίως καὶ πολιορκίᾳ καὶ τοῖς πολεμίοις ξί-
φεσιν. ἢ εἰ μὴ τοῦτο, ἀλλ' ἀνάγκῃ καταδουλωθέντα, πλεί-
C ους τοῖς δεδουλωμένοις καὶ βιαιοτέρους παρέχειν φόρους, ἢ
V. 581 ὅσα ἐξῆν εἰσφέροντα προθύμως τῶν ἄλλων ἀπολαύειν ἐλευ-
θέρως. τοιαῦτα καὶ τῶν Βυζαντίων πολιτῶν εἰπόντων, ἐπῄ-
νει τε ὁ βασιλεὺς καὶ συνηγόρει πρὸς τοὺς λόγους, ἀναγκαίως
δεῖσθαι χρημάτων εἰπὼν πρὸς τὸ παρασκευάσασθαι κατὰ τῶν
πολεμούντων. εἰ μὲν οὖν μὴ προανάλωτο αὐτῷ τὰ ὄντα ὑπὸ
τῶν κακῶς ἐπὶ λύμῃ πεπολεμηκότων τῇ κοινῇ, οὐδὲν ἂν ἐδε-
ήθη ἐρανίζειν παρ' αὐτῶν, ὥσπερ οὐδὲ πρότερόν ποτε μεγά-
λων πολέμων κεκινημένων, βασιλέως ἔτι περιόντος Ἀνδρονί-
κου, ἐφ' οὓς, εἰ μὴ τὰ δημόσια ἐξήρκει, καὶ ἀπὸ τῶν ἰδίων
τὰ ἐνδέοντα ἐπεχορήγει αὐτὸς, ὢν ἁπάντων τῶν κοινῶν διοι-
κητής. νυνὶ δὲ ἐκείνων τε εἰς οὐδὲν χρήσιμον ἀπολωλότων,
D καὶ τῶν δημοσίων ἐκλελοιπότων φόρων ὑπὸ τοῦ τὴν χώραν
διεφθάρθαι, ἀναγκαίως ἀποβλέπειν εἰς τὴν συντέλειαν ταύ-
την τὴν κοινὴν, ὡς, εἰ χρημάτων καὶ μετρίων εὐπορήσοι,
ῥαδίως αὖθις τὴν Ῥωμαίων καταπεσοῦσαν ἡγεμονίαν ἀνορ-
θώσων. τοιαῦτα καὶ ἕτερά τινα παρόμοια προσεπειπὼν, δι-
έλυε τὴν ἐκκλησίαν, οἰόμενος αὐτῷ τι τῷ κοινῷ λυσιτελὲς
καὶ χρήσιμον ἠνύσθαι. τινὲς δὲ τῶν ἐξαρχῆς ἐκείνῳ ᾑρη-
μένων πολεμεῖν, (ἦσαν δὲ οὐκ ὀλίγοι, καὶ ἐκ τῶν ἐν ἐργα-
στηρίοις ἐμπορευομένων ἀργυραμοιβῶν,) καὶ μετὰ τὴν δοκοῦ-
σαν διάλυσιν ἔτι δυσμεναίνοντες καὶ μνησικακοῦντες καὶ πάν-

21. ἠνῆσθαι P.

bus tributa pendat, quam alioqui, re sua incolumi, in libertate libens ac volens pependisset. Haec cum cives Byzantini respondissent, imperator laudare et eorum sententiae suffragari ac dicere, pecuniam ad apparatum contra hostem plane requiri. Quodsi divitiae eius ab iis, qui cum rei publicae detrimento pugnassent, consumptae non essent, nihil opus fuisse nunc ab ipsis mutuari: ut neque prius unquam, cum magna bella, imperatore Andronico adhuc vivo, gererentur, ad quae, pecunia publica non sufficiente, ipse, imperii administrator, de sua summam expleverit. Modo, quoniam ea inutiliter profusa sit, et propter direptam devastatamque provinciam publicae pensiones cessaverint, cogi se ad communem istam collationem respicere. Etenim si vel moderati sumptus suppeditent, se collapsum Romanorum imperium parvo negotio instauraturum. Haec et similia effatus, conventum dimisit, ratus, se magnopere e re publica locutum. At nonnulli eorum, qui ab initio adversari instituerant, qui plurimi erant, et ex tabernis argentariis nummularii, etiam postquam pax visa est confirmata, animos retinentes armatos et iniuriae memores, manibusque ac pedibus eum impedire laborantes nihilque si-

τα τρόπον ἐπιχειροῦντες αὐτὸν κωλύειν καὶ μηδὲν ἐᾶν τῷ A. C. 1347
κοινῷ λυσιτελὲς ποιεῖν, ὡς ἂν μάλιστα ἐκείνων ἡ κακία συ- P. 725
σκιάζοιτο, καὶ μὴ δοκοίη διὰ τὸν πρὸς βασιλέα πόλεμον ἡ
Ῥωμαίων ἡγεμονία διεφθάρθαι, ὡς καὶ μετὰ τὴν εἰρήνην
καὶ τὸ πάντας ὑπαγαγέσθαι βασιλέα ὠφελείας οὐδεμιᾶς, οὐδὲ
ἀνακωχῆς τῶν κακῶν γεγενημένης, αὐτοί τε ἐθορύβουν, ὡς
οὐ χρήματα παρέξοντες, καὶ τοὺς ἄλλους ἔπειθον ὁμοίως,
δεινὰ πείσεσθαι φάσκοντες, εἰ ἃ μὴ πρότερον πολέμιος ὢν
ὁ βασιλεὺς ἠδυνήθη κατεργάσασθαι, ταῦτα νῦν ἐν εὐνοίας
καὶ κηδεμονίας προσχήματι ὑπομενοῦσι. πολεμῶν γὰρ τῶν
μὲν ἔξω τειχῶν ἀπεστέρησεν ἁπάντων, τῶν ἔνδον δὲ καὶ ἐν
χερσὶ χρημάτων ἠδυνήθη λαβεῖν οὐδέν. νυνὶ δὲ ἐκεῖνά τε B
ἀπόλωλε καὶ τῶν ἔνδον ὄντων βούλεται ἀποστερεῖν, πολέμους
προφασιζόμενος καὶ παρασκευὰς καὶ ἄλλας ἐξαπάτας, ὧν οὐ-
δὲν αὐτοὺς πείσει τῶν ὄντων αὐτῷ παραχωρεῖν, εἰ μὴ βού-
λοιτο βιάζεσθαι φανερῶς καὶ διαφθείρειν. τοιαῦτα μὲν καὶ
πολλῷ δεινότερα τούτων πρὸς τοὺς ἄλλους διεδίδοτο, καὶ θό-
ρυβος ἦν καὶ ἀταξία, καὶ πάντες ὁμοίως πρὸς τῶν χρημά-
των ἀνένευον τὴν εἰσφοράν. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο, συν-
εώρα μὲν ἤδη τῶν συνεσκευακότων τὴν κακίαν καὶ ὥρμητο
κολάζειν τοὺς ἐπὶ τοιαῦτα ἐνάγοντας τὸν δῆμον, ἄτοπον ἡ- C
γούμενος καὶ παντελῶς ἔξω τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ δικαίου πί-
πτον, διὰ τὴν τινων ἀγνωμοσύνην τῆς τῶν ἄλλων ἁπάντων

nentes communi commodare, maxime ut ipsorum improbitas tegeretur, nec videretur propter bellum contra imperatorem afflictum ac perditum Romanum imperium, (siquidem et post pacem et post omnes ab imperatore subiugatos nulla fuisset subsecuta commoditas, nullae malorum induciae,) et ipsi tumultuabantur, ut aes nequaquam collaturi, et aliis idem dabant consilium, male admodum secum actum iri dicentes, si, quae imperator antea, adhuc hostis, conficere nequisset, ea nunc propter benevolentiae et sollicitudinis simulationem ab ipso ferant. Nam dum bellaret, omnem suburbanorum diripuisse pecuniam: quae intra urbem et in manibus civium esset, de ea auferre nihil potuisse. Nunc et illam deperdidisse, et hanc avertere velle, nescio quos apparatus bellicos et alias quasdam fallacias praetexendo: quorum nihil tantum apud eos valiturum sit, ut illi bonis suis cedant, nisi forte vim manifestam adhibuerit et caedibus saevierit. Huiuscemodi et his tetriora in vulgus disseminabantur, exsistebantque tumultus et perturbatio, et omnes pariter contribuere pecuniam abnuebant. Imperator, his auditis, praestigias ac dolos improborum artificum intelligebat, et populo earum turbarum auctores poenis subdere parabat, stultum et ab omni honestate iustitiaque alienum ducens, ob quorumdam perversitatem ceterorum

A.C. 1347 σωτηρίας καταμελεῖν. ἵνα δὲ μὴ δοκοίη μὴ τῆς κοινῆς ὠφελείας ἕνεκα, ἀλλὰ τοῦ προσκεῖσθαι Ἄννῃ τῇ βασιλίδι τοὺς ἄνδρας πρότερον ἀμυνόμενος κολάζειν εὐπροσώπου προφάσεως εὐπορήσας, αὐτούς τε ἠφίει ἀτιμωρήτους καὶ τῆς ἄλλης πράξεως ἁπάσης κατημέλει, πολλὰ ἀγανακτῶν καὶ ἀνιώμενος, ὅτι μὴ προπαρασκευάζοιτο πρὸς τοὺς ἐπιφυησομένους πολεμίους, ἀλλ' ἅμα ἀναγκασθήσεται τοῖς τε πολεμίοις ἀντιτάττεσθαι, καὶ χρήματα καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἀναγκαῖα
D ἐκπορίζειν. τότε μὲν οὖν διὰ ταῦτα τῶν καλῶς ἀπέσχετο βεβουλευμένων, ὅπερ ὕστερον οὐκ ὀλίγον ἔβλαψε τὰ πράγματα. εἰ γάρ, ὥσπερ ὁ βασιλεὺς διενοεῖτο τότε, ναυτικὴν
V. 582 δύναμιν συνίστη καὶ τριήρεις ὥπλιζεν ἐπὶ τῆς θαλάττης τὴν ἀρχήν, οὐκ ἂν τοσαῦτα ὑπὸ Λατίνων τῶν κατὰ τὸν Γαλατᾶν τὰ Ῥωμαίων ἐκακοῦτο πράγματα. μετὰ μικρὸν δὲ καὶ ἄλλη τις ἐπεφύετο ἐπιβουλή. τῶν γὰρ συγκλητικῶν τινες ἐκ τῶν πρότερον πολεμούντων βασιλεῖ, καὶ ἄλλους τῆς αὐτῆς κεραμείας προσεταιρισάμενοι, βασιλέα τὸν νέον Ἰωάννην ἐβού-
P. 726 λοντο, οὐδὲν βασιλίδος συνειδυίας τῆς μητρός, ἐξαπατήσαντες, οἷα νέον καὶ οὔπω φρονήματος ἀνδρὶ προσήκοντος ἐπειλημμένον, σὺν αὐτῷ εἰς τὸ Γαλατᾶ φρούριον διαδιδράσκειν καὶ πόλεμον αἱρεσθαι πρὸς βασιλέα τὸν κηδεστὴν ἐπ' ἐλπίδι τοῦ πολλοὺς προσθήσεσθαι τῶν Βυζαντίων. μηνυθείσης δὲ τῆς ἐπιβουλῆς τῷ βασιλεῖ, δίκας ἔδοσαν τῆς κακουργίας οἱ συσκευασάμενοι, εἰς δεσμωτήρια ἐμβληθέντες· χρόνου δὲ

9. καλῶν P.

omnium salutem flocci pendere. Verum enim vero, ne illos, non communi spectato emolumento, sed quod prius ab Anna Augusta stetissent, specioso quodam praetextu ad poenam vocare seseque ulcisci putaretur, iis plectendis supersedit, totumque negotium reliquum neglectui habuit, multum iratus ac moestus, quod se contra hostes emersuros instruere non posset, sed simul illis resistere, simul pecuniam et alia bello opportuna conquirere compelleretur. Hanc ob causam tum a bene cogitatis destitit, quod postea rei publicae insigni nocumento fuit. Si enim, quod meditabatur, navali exercitu comparato, triremes ad obtinendum mare ornavisset, non ita res Romana a Latinis Galataeis pessumdata fuisset. Brevi post novae exortae sunt insidiae. Quidam namque de proceribus palatinis, hostibus antea et oppugnatoribus imperatoris, aliis item ex eadem figlina in coetum pellectis, Ioannem imperatorem, matre imperatrice nescia, ut adolescentem nec adhuc iudicio maturum, decipere volebant, et cum eo in oppidum Galatam transfugientes, bellum adversum socerum imperatorem moliri, cum spe, Byzantiorum complures sese socios additurus. Insidiis delatis, huius machinae fabricatores sceleris sui poenam in carcerem traditi persolverunt: quos non longo tem-

ὀλίγου παρελθόντος, συγγνώμην τε αὖθις παρέσχετο ὁ βασιλεὺς A. C. 1347 τοῖς ἁμαρτήσασι, καὶ τῶν δεσμωτηρίων ἀπολύσας αὖθις ἐχρῆτο, ᾗ ἕκαστος ἐπιτηδείως εἶχε. B

ζ. Τῶν Καντακουζηνῷ δὲ τῷ βασιλεῖ κατὰ τὸν πόλεμον συνόντων οἱ μάλιστα ἐπιφανέστεροι προσελθόντες, ἀδικεῖσθαι ἔφασαν καὶ βίαν ὑπομένειν παρ' αὐτοῦ ἀναγκάζοντος ὅρκους ἐπὶ δουλείᾳ παρέχεσθαι βασιλεῖ τῷ νέῳ καὶ βασιλίδι τῇ μητρὶ, οὐδέποτε C δυνησομένοις καθαρῶς καὶ ἀδόλως καταλλάττεσθαι αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ καιρὸν ἐπιτηροῦσιν ἐπιτίθεσθαι καὶ διαφθείρειν. τοῦτο δὲ οὐδὲ μακρὰν ἀνοίας ἂν δόξειε παρ' εὖ φρονοῦσιν, εἰ αὐτοὶ μὲν πολλὰ κατὰ τὸν πόλεμον ὑπομεμενηκότες δυσχερῆ, καὶ νῦν μετὰ τὴν νίκην δουλεύσουσι τοῖς πολεμήσασιν, οὐδὲ ἀντιβλέπειν δυνάμενοι διὰ τοὺς ὅρκους, ἐκεῖνοι δὲ εὐορκοῦντές τε ἄρξουσιν αὐτῶν, καὶ ἐπιορκοῦντες, ὅτε βούλονται, ἀποκτενοῦσιν. ἰδοὺ γὰρ εἰ προὐχώρησεν αὐτοῖς ἡ νῦν ἐπιβουλὴ, οὐδὲν ἂν ἐκώλυεν ἢ ἀποθνήσκειν νικηθέντας, ἢ ἀντισχόντας πρὸς τὸν πόλεμον, αὖθις ἐν τοῖς προτέροις εἶναι κακοῖς στρατεύοντας κατὰ τῶν ὁμοφύλων καὶ καταστα- D σιαζομένους, ὥσπερ καὶ πρότερον ὑπὸ τῶν δήμων, καὶ δημεύσεις ὑπομένοντας καὶ δεσμωτήρια καὶ ἄλλα ἄττα τοῖς προτέροις παραπλήσια. ἠξίουν τε καὶ αὐτοῖς τοὺς ὅρκους διαλελύσθαι καὶ πράττειν, ᾗ αὐτοῖς δοκεῖ συμφέρειν. καὶ πρότερόν τε γὰρ ἀναγκασθέντες ὑπ' ἐκείνου τοὺς ὅρκους ἀκουσίως παρασχέσθαι, καὶ νῦν, ἐπειδὴ πρῶτοι παραβεβήκασιν ἐκεῖνοι, οὐδεμίαν αὐτοῖς αἰτίαν εἶναι, εἰ πρόνοιάν τινα ποι-

pore interiecto, data venia, emisit, eorumque opera, ut quisque volebat, de integro usus est.

7. Porro illustrissimi genere, qui castra Cantacuzeni secuti fuerant, eum conveniunt, seque iniuria affici et violenter ab eo haberi, conqueruntur, quando imperatori iuniori et matri imperatrici servitutem iurare cogat, qui pure sinceréque ipsis reconciliari nunquam possent, sed occasionem captarent, qua eos adorientes interficerent. Hoc vero sapientibus propemodum delirum videri posse, si, cum bello multa laboriosa et aspera subierint, nunc in victoria hostibus serviant, quos propter iusiurandum nec intueri libere audeant; qui, si iurata servent, ipsis imperaturi, si periuri fiant, cum libuerit, ipsos occisuri sint. Nam ecce, si nunc insidiae ipsis procederent, nihil prohibiturum, aut occidi victos, aut armis resistentes rursum prioribus implicari miseriis, contra homophylos pugnantes et populari seditione, ut antea, exagitatos, publicationesque bonorum et carceres et alia quaecumque antecedentium similia sustinentes. Proinde orabant, ut sacramenti dandi religione soluti, sibimet consulendi potestatem acciperent. Nam et prius ab ipso compulsos iuravisse, et

A. C. 1347 οἴντο ἑαυτῶν. τοιαῦτα μὲν τῶν Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ προσκειμένων οἱ ἐν τέλει εἶπον. βασιλεὺς δὲ οὐκ ἔφασκεν ἐφ' οἷς ἕτεροι ἐξήμαρτον, ἑτέρους εὐθύνειν εἶναι δίκαιον. βασιλίς τε γὰρ οὐδὲν ᾔδει τῶν γεγενημένων, ἀλλὰ τὰ ὁμωμοσμένα πάντα μετὰ ἀκριβείας φαίνεται φυλάττουσα, καὶ
P. 727 βασιλεὺς ὁ υἱὸς οὐ δίκαιος εὐθύνεσθαι διὰ τὴν ἡλικίαν, εἰ
V. 583 καὶ τοῖς εἰς ἡμᾶς συνέπραττεν ἀγνωμονοῦσι. μάλιστα δὲ ἐκείνων τὴν ἀβελτηρίαν καὶ τὴν ἄνοιαν θαυμάζειν, εἰ μετὰ τοσαύτας ἀποδείξεις τῆς εἰς βασιλίδα εὐνοίας καὶ τοὺς παῖδας, ἔτι διπλᾶ περὶ αὐτοῦ λογίζονται καὶ ἀμφισβητοῦσιν, εἰ διὰ τέλους εὐμενὴς αὐτοῖς μενεῖ. τὸ μὲν γὰρ ἐν μεγάλοις αὐτὸν τὴν φιλοτιμίαν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ οἷα οὔπω πρότερον τοῖς Ῥωμαίων βεβασιλευκόσιν οὐδέσιν ἐφιλοτιμήθη, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοὺς βασιλίδι προσκειμένους μὴ δύνασθαι πιστὰ ἡγεῖσθαι, οὐδὲν ἀπεικός. τίνι γὰρ τῶν προτέρων τοῦτο βα-
B σιλέων ἐτολμήθη, ὥστε μετὰ τὴν τῶν ἀντιπάλων ἧτταν καὶ τὸ πᾶσαν ὑφ' ἑαυτοὺς ποιήσασθαι τὴν ἡγεμονίαν, αὖθις συνάρχοντας αἱρεῖσθαι τοὺς προτέρους βασιλεύοντας· μᾶλλον δὲ, εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, τὸ πλέον προσνέμειν τῆς ἀρχῆς ἐκείνοις, οἷα δὴ ἐκείνου μὲν ἐπὶ χρόνον τινὰ τοῖς πράγμασι χρησομένου, ἐκείνοις δὲ καὶ πρὸς παίδων διαδοχὴν μενούσης τῆς ἀρχῆς; πάντως οὐδενί. τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι ἐκείνοις μὲν οὐδὲν ἕτερον ἐσπουδάζετο, ἢ ἐξ ἑτέρων εἰς ἑαυτοὺς μετάγειν

11. φανῇ M. mg.

nunc, quoniam illi priores deliquerint, si ipsi iam sibi providerint, culpa carituros. Haec illustres viri, addicti Cantacuzeno, dixerunt. Quibus respondit, iniustum esse, alios peccasse et alios plecti. Nam imperatricem facti non esse consciam, et quae iurata sint, servare diligenter omnia, filiumque imperatorem, quamvis malevolos adiuverit, ob consilii imbecillitatem, ut adolescentem, debere excusari. Illorum stultitiam temeritatemque se admirari, cum post tam clara benevolentiae suae in imperatricem ac filios argumenta adhuc, utrovis distracta cogitatione, ambigant, ecquid ad finem in ea perseveraturus sit. Quia enim in arduis elaborarit, et quae nemo Romanorum imperatorum efficere tanta contentione studuerit, propterea amicos imperatricis fidelem ipsum fore non credere, nihil esse absurdum. Neminem enim ex superiorum temporum imperatoribus post debellatos adversarios et redactum sub se universum imperium, qui prius imperarant, denuo collegas adsciscere ausum fuisse, immo si, quod res est, fateri velimus, potiorem imperii partem illis attribuere, ut se nimirum ad tempus aliquod regnaturo, illis vero etiam ad liberos imperium transmissuris. Causam fuisse, quod in eo omnis eorum cura evigilaret, omnis cogitatio verteretur, quomodo ab aliis imperium ad se transferrent. Alia se via incessisse; ab initio enim

τὴν ἀρχήν, ἑτέρου δὲ ἔμελεν οὐδενός, ἐκείνῳ δὲ οὐχ οὕτως, A. C. 1347
ἀλλὰ τὸ μὲν ἐξαρχῆς εἶναι σπουδαζόμενον, σωτῆρα καὶ κη-
δεμόνα φαίνεσθαι τῶν βασιλέως τοῦ φίλου παίδων καὶ μη- C
δὲν ἀνάξιον τῆς εἰς ἐκεῖνον φιλίας ὁρᾶσθαι ποιοῦντα καὶ μετὰ
τελευτήν, τὸ δ' ὕστερον ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν βασιλείαν, οὐ προ-
αιρέσεως ἰδίας εἶναι, οὐδ' ἐπιθυμίας τιμῆς βασιλικῆς, (τὴν
ἴσην γὰρ ἐξῆν καρποῦσθαι μένοντα καὶ ἐπὶ σχήματος,) ἀλλὰ
τῆς ἀνάγκης, ἤδη τοῦ ἐμφυλίου πολέμου κεκινημένου. σώ-
ζεσθαι γὰρ ἑτέρως οὐκ ἐνῆν, οὕτω καταψηφισθέντα τὴν ἐπὶ
θάνατον ἐρήμην. οὐδὲν μὲν οὖν θαυμαστὸν ἔφασκεν, εἰ καὶ
ἐκεῖνοι τοῖς οὕτω μεγάλοις ἀπιστοῦσιν, ἐκεῖνο δὲ δίκαιον αὐ-
τῶν κατηγορεῖν, εἰ καὶ μετὰ τὴν ἐναργῆ τῶν πραγμάτων ἔκ-
βασιν ἔτι δυσνοεῖν αὐτὸν περὶ βασιλίδα καὶ τοὺς παῖδας οἴ-
ονται. εἰ γὰρ τοιαύτην εἶχε γνώμην, οὐκ ἂν προήκατο τὸν D
καιρόν, ἡνίκα Βυζαντίου μὲν ἐκράτει βίᾳ, ἑλὼν τοῖς ὅπλοις,
βασιλὶς δὲ μετὰ τῶν παίδων ἐν βασιλείοις ἐπολιορκεῖτο, ἐπι-
κουρία δὲ οὐδαμόθεν ἦν, ἀπορία δὲ τῶν ἀναγκαίων παν-
τελής, καὶ οἱ συνόντες ἐπεβούλευον, καὶ κομιδῇ πάντα ἦσαν
ἐν στενῷ· νεῦσαι δὲ ἐξήρκει μόνον καὶ πάντας ἄρδην ἀπο-
λέσθαι. εἰ δὲ τότε πάντα πράττειν ἔχων εὐχερῶς, οὐ τὰ
ἥδιστα μᾶλλον ἢ τὰ βέλτιστα ἠθέλησε, καὶ ὅρκους παρέ-
σχετο ἐπ' ἀμνηστίᾳ τῶν κακῶν, ἀνάγκης οὐδεμιᾶς ὑπούσης,
καὶ τὴν θυγατέρα ἐξέδωκε τῷ νέῳ βασιλεῖ καὶ πάντα ἔπρα-
ξεν, ὅσα οὐδ' ἂν εἷς τῶν ἄκραν εὐγνωμοσύνης ἐννοούντων ἠλ-

id operam dedisse, ut constaret, se filiorum amici imperatoris defuncti tutorem et servatorem esse, ac nihil etiam post obitum illius amborum amicitia indignum perpetraret. Quod vero postea in imperium venerit, non id sui arbitratus ac voluntatis, neque ambitionis, quia honores imperatorios sitiret, (quos etiam, habitu retento, consequi licuerit,) sed necessitatis fuisse, bello civili iam flagrante videlicet: aliter quippe, capite suo absentis iam devoto et consecrato, salvum esse non potuisse. Quare nihil mirum, si et illi tam inusitatis fidem derogent. Illud in ipsis iure accusandum, si post rerum eventum adeo clarum adhuc eum imperatrici et filiis eis infensum arbitrentur. Etenim si haec sibi mens fuisset, vi et armis occupato Byzantio, cum ea et filii in palatio obsiderentur, auxilium nusquam appareret, rerum necessariarum extrema urgeret inopia, domestici insidiarentur, et omnia ferme in angusto illis essent, tantumque nutus ad omnes funditus delendos sufficeret, opportunitatem e manibus dimissurum non fuisse. Quodsi tunc, quando nullo impedimento facere quidvis poterat, non iucundissima, sed utilissima maluerit iniuriarumque oblivionem iuraverit, cum necessitas nulla moneret, et filiam adolescenti imperatori locaverit omniaque praestiterit, quae

A. C. 1347 πισεν ὑπερβολὴν, τίν' ἔχει λόγον ὑποπτεύειν νῦν καὶ νομίζειν,
P. 728 ὀφθήσεσθαί ποτε κακὸν περὶ βασιλέα τὸν γαμβρὸν, ἀλλ' οὐ-
δεμίαν ἀπολείπειν ἀνοίας ὑπερβολήν; „ταῦτα μὲν οὖν" ἔφα-
σκεν „ἐκείνοις τε ἔλεγχος πρὸς τὴν ἀγνωμοσύνην καὶ ὑμῖν
πρὸς τὴν ἀξίωσιν ἀπολογία. οὐ γὰρ δίκαια οὐδὲ ἄλλως ἐν-
νοεῖσθε δυνατά. βασιλέα γὰρ τὸν ἐμὸν γαμβρὸν οὔτε ἀπο-
κτείνειν δυνατὸν, οὔτ' ἀποστερεῖν τῆς βασιλείας μετὰ τῆς
θυγατρὸς τὸν γάμον. οὔτε μὴν βασιλίδι τῇ μητρὶ δίκαιον ἐγ-
καλεῖν ἐφ' οἷς οὐδὲν συνῄδει, ἀλλὰ πᾶσαν αὐτοῖς προσάγειν
βούλομαι πάντας, καὶ τὴν εὔνοιαν καὶ τὴν αἰδῶ, καθὼς προσ-
ήκει βασιλεῦσι. τοὺς δ' ἀγνωμονήσαντας ἐκείνους καὶ ῥά-
B ψαντας τὴν ἐπιβουλὴν ἐγὼ τὰς ἀξίας τῆς ἐπιορκίας ἀπαιτή-
σω δίκας." ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς τοιαῦτα τοῖς ἐν τέλει διει-
λέχθη, ἐφ' οἷς ἤλπιζον αὐτὸν ἐξορμήσειν ἐπὶ τὸ κακῶς περὶ
V. 584 βασιλίδα διατίθεσθαι καὶ βασιλέα τὸν γαμβρόν. ἐπεὶ δὲ
ἐκεῖνοι ἔγνωσαν ἀνηνύτοις ἐπιχειροῦντες καὶ, τὸ λεγόμενον,
τοξεύοντες εἰς οὐρανὸν, ἀπογνόντες τὸ ἐκεῖνον μεταπείθειν,
ἐπὶ βασιλίδα ἐχώρουν τὴν Εἰρήνην, οἰόμενοι περιγενήσεσθαι
ἐκείνης καὶ πείσειν αὐτοῖς προσέχειν, ὡς λυσιτελῆ βουλευο-
μένοις. ὡς δὲ καὶ αὐτὴ ταῖς ἴσαις ἢ καὶ αὐστηροτέραις ἠ-
μείβετο ἀπολογίαις, καὶ παύεσθαι ἐκέλευε μεγάλαις αὖθις
C συμφοραῖς τοὺς Ῥωμαίους ἐπιχειροῦντας περιβάλλειν, ὥσπερ
τοὺς ἐλέγχους αἰσχυνθέντες, οἱ μὲν καὶ παντελῶς ἡσύχασαν,

19. βοσκευομένοις P.

nec a summa bonitatis excellentia quispiam speravisset, cur sine ratione nunc suspicentur, et aliquando in generum imperatorem improbum repertum iri et in eum nihil amentiae praetermissurum existiment? „Haec igitur," inquit, „et illis ad iniquitatem eorum redarguendam et ad petitioni vestrae respondendum dixerim. Nec enim aequa, addo, nec quae fieri queant, cogitatis. Imperatorem enim generum meum occidere non possum, neque post collocatam filiam meam imperio deturbare. Neque vero matrem eius Augustam ob ea, quorum conscia non est, accusare decet. Quin ego ambos ea benevolentia et veneratione coli volo, quam maiestas imperatoria postulat. A sceleratis autem illis et insidiarum compositoribus meritas periurii poenas expetam." Haec fuit imperatoris ad proceres oratio pro eo, quod ipsum in odium imperatricis et generi imperatoris erupturum speraverant. Qui ut se operam perdere, et, quod proverbio fertur, in coelum iaculari, agnoverunt, illius mutatione desperata, ad Ireuem imperatricem se contulerunt, rati, eam se expugnaturos persuasurosque, ut sibi, tamquam bene monituris, aures daret. Ceterum ubi illa eadem vel etiam severiora respondit atque a Romanis iterum magnis calamitatibus obruendis facessere iussit, nonnulli quidem reprehensionibus istis pudefacti, omnino quieverunt:

ἔνιοι δὲ αὐτῶν, ὅσοις ὁ βίος ταραχῆς ἀνάπλεως καὶ θορυβώ- A.C. 1347 δης ἦν, ἡσυχάσαντες ἐπὶ μικρὸν, ἔπειτα Ματθαῖον ἔπεισαν τὸν βασιλέως υἱὸν, Διδυμότειχον καὶ τὴν Ἀδριανοῦ καὶ τὰς περὶ αὐτὰ πολίχνας κατασχεῖν, ἰδίαν συστησάμενον ἡγεμονίαν μετ' αὐτῶν. πρόφασις δὲ ἦν καὶ πρὸς ἐκεῖνον τῆς ἀποστασίας τοῖς στασιασταῖς, ὅτι βασιλεὺς ὁ πατὴρ μετὰ τοὺς μυρίους πόνους καὶ κινδύνους καὶ τὴν πολλὴν ἀπόδειξιν τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας, ἐπεὶ περιεγένοντο τῶν πολεμίων, τῇ περὶ βασιλέα Ἰωάννην τὸν γαμβρὸν εὐνοίᾳ οὐ μόνον ἐκεῖνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς περὶ D αὐτὸν ἅπαντας προτιμῆσαι, καὶ τά τε ὄντα αὐτοῖς ὑπ' ἐκείνων πρότερον ἡρπασμένα, οὐκ ἐάσειεν ἀπολαμβάνειν, ἀλλ' ἔχοντας περιορᾷν, ἵν' ἀλγῶσι μᾶλλον, καὶ πᾶσαν πρόνοιαν ποιοῖτο τὴν δυναστείαν τῷ νέῳ βασιλεῖ περιποιεῖν· ὃς καὶ νῦν μετὰ τῶν προσκειμένων ἀθετήσας τοὺς ὅρκους, βουλεύσειε δρασμόν. ἃ εἰ προὐχώρει κατὰ γνώμην, οὐδὲν ἂν ἐκώλυεν αὖθις εἶναι ἐν πολέμοις καὶ κινδυνεύειν καὶ περὶ τῆς σωτηρίας αὐτόν τε καὶ πάντας αὐτοὺς ὁμοίως. ἃ ἐκέλευον αὐτὸν ἐν φροντίδι τίθεσθαι καὶ μὴ οὕτως ἀπερισκέπτως τῶν κινδύνων περιμένειν τὸν καιρὸν, πράττοντα μηδὲν ὑπ' ἀβουλίας, ἀλλὰ πρό- P. 729 νοιάν τινα αὐτοῦ ποιεῖσθαι καὶ αὐτῶν, ἵν', εἰ βασιλεὺς ὁ γαμβρὸς γένοιτο τῆς ἀρχῆς ἁπάσης ἐγκρατὴς, ἢ τοῦ πατρὸς βασιλέως τελευτήσαντος, ἢ τρόπῳ δή τινι ἑτέρῳ, ἔξω κινδύνων αὐτὸς μετὰ τῶν φίλων εἴη. μηδὲ γὰρ οἴεσθαί ποτε εὐνοήσειν αὐτῷ βασιλέα τὸν γαμβρὸν, ἀλλ' ἀμυνεῖσθαι πάντα

10. προτιμήσοι P. 15. ἐκώλυον P. 16. καὶ ante περὶ om. M.

alii, homines in omni vita turbulenti ac seditiosi, cum pausam aliquantam fecissent, Matthaeum filium induxerunt, ut Didymotichum, Adrianopolim et in circuitu oppidula occuparet, ipsisque adiuvantibus, proprium principatum fundaret. Factiosis ad illum deficiendi invitamentum et occasio erat, quod pater imperator post mille labores atque pericula et amorem praecipuum erga eos demonstratum, hostibus devictis, Ioannem generum, nec illum dumtaxat, sed familiares eius omnes benevolentia praeferret, nec sineret bona, quibus essent ab illis mulctati, recipere, sed retinere ea pateretur, despectis iis, qui amiserant, ut dolerent amplius, et enixe laboraret, ut imperatori iuniori imperium conservaret, qui et nunc, spretis iuramentis, cum coetu suo fugam meditaretur. Quae si irent ex sententia, nihil obstiturum, quin iterum bellum habeant, perindeque, ut antea, cum ipso omnes de salute contendant De his ut sollicite cogitaret, nec in otio stulto inconsiderate periculi tempus exspectaret, monebant, sed sibimet illisque prospiceret, ut, si imperator, maritus sororis, vel mortuo patre, vel alio quodam modo totius imperii potens evaderet, ipse cum amicis extra discrimen esset. Ne enim Ioannem, imperatorem et affinem, unquam sibi amicum fore

A. C. 1347 τρόπον καὶ σπουδάσειν ποιεῖν ἐκ μέσου, οἰόμενον ἀμφισβητήσειν αὐτῷ περὶ τῆς βασιλείας, οἷα δὴ καὶ αὐτὸν βασιλέως ὄντα παῖδα καὶ δίκαιον ὄντα τὴν πατρῴαν ἀρχὴν κληρονομεῖν· συνεβούλευόν τε τὰς εἰρημένας πόλεις ὑποποιεῖσθαι καὶ τῆς ἄλλης ἡγεμονίας Ῥωμαίων ἀποτέμνειν οὐ παντάπασιν, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἀποστασίαν δεήσεσθαι αὖθις βασιλέως B τοῦ πατρὸς, ὥστε ὅρκους παρασχέσθαι συστρατεύεσθαι μὲν ἐκείνῳ μετὰ τῆς ἐγκαθιδρυμένης στρατιᾶς αὐτοὺς, ὅποι ἂν κελεύοι, τὴν δ' ἄλλην ἅπασαν ἀρχὴν τῶν πόλεων εἶναι πρὸς αὐτὸν, καὶ ζῶντος τοῦ πατρὸς καὶ μετὰ τελευτήν. οὕτω γὰρ ἐν ἀσφαλείᾳ ἔσεσθαι αὐτόν τε καὶ φίλους, καὶ βασιλέα τὸν γαμβρὸν, κἂν βούλοιτο, μηδὲν δυνήσεσθαι δεινὸν ἐπάγειν. οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα παρῄνουν, ἠρέμα τὸν νέον εἰς ἀποστασίαν ἄγοντες καὶ σπέρματα καταβάλλοντες πονηρὰ τῆς μετὰ ταῦτα πονηροτέρας ἐσομένης βλάστης.

C η΄. Πειθόμενος δὲ αὐτοῖς τοῦ βασιλέως ὁ υἱὸς διὰ τοὺς
V. 585 ἐπισειομένους φόβους καὶ κινδύνους, ἐπεχείρησε τῷ ἔργῳ, ᾗ ἐκεῖνοι ἐβουλεύοντο, καὶ τὰς πόλεις ἀφίστη πρὸς ἑαυτὸν, γνώμην ἔχων ὡς ὕστερον δεησόμενος βασιλέως τοῦ πατρὸς, τὴν
D μὲν ἀρχὴν τῶν πόλεων αὐτὸν ἔχειν διὰ βίου, τελεῖν δὲ ὑπὸ τὴν αὐτοῦ τε καὶ βασιλέως τοῦ γαμβροῦ ἡγεμονίαν. ἐπεὶ δὲ ἐπύθετο ὁ βασιλεὺς, ὀργῇ μὲν ἐφέρετο ἀκράτῳ πρὸς τοὺς τὰ τοιαῦτα πεπεικότας καὶ ἤδη ὥρμητο πρὸς τιμωρίαν. ἔπειτα

16. πυθόμενος P.

duceret, sed ultorem quacumque ratione enixurumque, ut eum vita multet, dum secum de imperio, ut et ipsum imperatoris filium, pro debita sibi hereditate controversaturum opinabitur: erantque auctores, ut oppida supra nominata sub se redigeret, ac de reliquo corpore imperii avelleret, non quidem penitus, verum ita, ut post defectionem rursus patrem imperatorem rogaret, liceret iuramento firmare, militaturos ipsi cum collocatis ibi praesidiis, quo eos vocaret: omne ius reliquum earum urbium, patre vivo ac mortuo, penes se resideret: sic namque et se et amicos secure victuros, et imperatorem, sororis virum, etiam volentem, nihil damnosum inferre posse. Hac cohortatione sensim iuvenem ad defectionem impellebant, malaque semina peioris deinde germinis iaciebant.

8. Motus eorum consilio filius imperatoris propter incussum timorem ac pericula, rem incipit, ut illi voluerant, et oppida a fide patris ad suam abducit, deliberatum habens deinde orare patrem, ut in ea imperium sibi, quoad vixerit, retinere liceret, principatus autem in potestate ipsius et affinis imperatoris esset. Cantacuzenus, intellecto negotio, adversum suasores longe iratissimus, iam in eos vindictam parturiebat. Postea tamen iram mansuetudine temperans,

ἡμερότητι κεράσας τὸν θυμὸν, (ᾔδει γὰρ ἐπιεικείᾳ ῥᾷον προσ- A. C. 1347
αξόμενος τὸν υἱὸν,) Εἰρήνην βασιλίδα τὴν ἐκείνου μητέρα
ἔπεμπε διαλλάξουσαν ἐκεῖνον τῷ πατρὶ καὶ τῶν ἀτόπων ἔρ-
γων ἀποστήσουσαν. ἡ δὲ ὀφθεῖσα μόνον τῷ υἱῷ, ῥᾷστα πάν-
τα τὰ προσκόμματα διέλυε καὶ τὰς ὑποψίας. ἦν γὰρ οὐ
συνετὴ μόνον καὶ δεινὴ χρήσασθαι πράγμασι μεγάλοις καὶ
μεταποιῆσαι, ᾗ ἐβούλετο, ἀλλὰ καὶ Ματθαῖον τὸν υἱὸν ἐξό- P. 730
χως τῶν ἄλλων μᾶλλον φιλοῦσα παίδων καὶ φιλουμένη ὑπ'
αὐτοῦ. ὅθεν οὐδὲ λόγων ἐδεήθη πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἐκέλευε
μόνον, καὶ πάνθ' ὑπήκουεν ἐκεῖνος. ἔπειτα τοὺς τῆς στάσεως
αἰτίους λόγοις ἐπιπλήξασα καὶ ἀπειλήσασα τὰ δεινότατα, εἰ
τοιαῦτα αὖθις πανουργεύοιντο, (ἦσαν γὰρ αὐτῇ τῶν καθ' αἷ-
μα προσηκόντων,) καὶ τὸν υἱὸν, ὥσπερ καὶ πρότερον, πάνθ'
ὑπείκοντα προθύμως ἀποδείξασα βασιλεῖ τῷ πατρὶ, ἀνέστρε-
φε. γενομένη δὲ ἐν Βυζαντίῳ, Ἀνδρόνικον εὗρε τὸν νεώτε-
ρον ἀποτεθνηκότα τῶν υἱῶν ὑπὸ τοῦ τότε ἐνσκήψαντος λοιμοῦ,
ὃς ἐκ τῶν Ὑπερβορέων πρῶτον ἀρξάμενος Σκυθῶν, πάντα
ἐπέδραμε σχεδὸν τὰ παράλια τῆς οἰκουμένης καὶ τὸ πολὺ B
διέφθειρε τῶν ἐνοικούντων. οὐ γὰρ Πόντον μόνον διῆλθε
καὶ Θρᾴκην καὶ Μακεδονίαν, ἀλλὰ καὶ Ἑλλάδα καὶ Ἰταλίαν
καὶ νήσους ἁπάσας, Αἴγυπτόν τε καὶ Λιβύην καὶ Ἰουδαίαν
καὶ Συρίαν, καὶ κύκλῳ πᾶσαν σχεδὸν τὴν οἰκουμένην. οὕτω

16. ἀπὸ M. λοιμοῦ. Imitatur in seqq. Thucydidem fere ad verbum, neque in hac solum pestilentiae descriptione, sed in locis quam plurimis, ut exemplis ostendit Spengelius in Seebodii Bibl. Crit. a. 1829. num. 87. p. 384.

quod sciret, lenitate facilius conciliatum iri filium, Irenen coniugem, eius matrem, misit, a qua cum patre in gratiam reduceretur atque ab incepto nefario revocaretur. Illa adspectu solo omnia offendicula suspicionesque facillime sustulit. Erat enim femina non solum prudens et usu magnarum rerum, quas ad arbitrium commutaret, perita, sed et filium Matthaeum ante alios liberos amabat ipsa, et redamabatur ab eo mirabiliter. Quare nec longa oratione indiguit, sed verbo tantum mandavit, illeque mandanti morem perfecte gessit. Deinde discordiarum auctoribus obiurgatis cum minis gravissimis, si rursum in tali scelere, quam essent callidi, ostenderent, (erant enim ei consanguinitate iuncti,) et filio ad pristinam plenamque obedientiam patris reducto, Byzantium reversa est, ubi minimum natu Andronicum pestilentia exstinctum reperit, quae tunc grassabatur quaeque a Scythis Hyperboreis incipiens, ferme omnes oras maritimas pervasit magnamque indigenarum partem absumpsit. Nec enim Pontum tantummodo, Thraciam, Macedoniam, sed etiam Helladem, Italiam, insulas omnes, Aegyptum, Libyam, Iudaeam, Syriam et orbem fere universum in circuitu permensa ac pervagata

A. C. 1347 δὲ ἦν ἄμαχον τὸ κακὸν, ὡς μήτε δίαιταν μηδεμίαν, μήτε ῥώμην σώματος δυνηθῆναι ἀντισχεῖν. πάντα γὰρ ὁμοίως καθῄρει καὶ ἰσχυρὰ καὶ ἀσθενῆ σώματα, καὶ οἱ μάλιστα θεραπευόμενοι ὁμοίως ἀπέθνησκον τοῖς ἀπορωτάτοις. ἄνοσον μὲν γὰρ ἦν ἐκεῖνο τὸ ἔτος παντάπασιν εἰς τὰς ἄλ-
C λας ἀσθενείας. εἰ δέ τις καὶ προέκαμνέ τι, πάντα εἰς ἐκεῖνο κατέληγε τὸ νόσημα, καὶ οὔτε ἰατρῶν ἐξήρκει τέχνη οὐδεμία, οὔτε παρόμοιον πᾶσιν ἦν, ἀλλ᾽ οἱ μὲν αὐτίκα οὐδὲ πρὸς βραχὺ ἀντέχοντες αὐθημερὸν ἀπέθνησκον, ἔνιοι δὲ καὶ αὐθωρόν· ὅσοι δὲ ἐπὶ δυσὶν ἀντεῖχον ἢ τρισὶν ἡμέραις, πρῶτα μὲν πυρετῷ κατείχοντο λαβροτάτῳ, καὶ ἐς τὴν κεφαλὴν τοῦ νοσήματος ἐμπίπτοντος, ἀφωνίᾳ κατείχοντο καὶ ἀναισθησίᾳ πρὸς πάντα τὰ γινόμενα, καὶ ὥσπερ πρὸς ὕπνον κατεφέροντο βαθύν. ἦν δέ που ἀνανήψειαν, φθέγγεσθαι μὲν ἐβούλοντο, δυσκίνητος
D δὲ ἡ γλῶσσα ἦν καὶ ἀδιάρθρωτα τὰ πολλὰ ἐφθέγγοντο, τῶν
V. 586 περὶ τὸ ἰνίον νεύρων νεκρωθέντων, καὶ τάχιστα ἀπέθνησκον. ἑτέροις δὲ οὐκ εἰς τὴν κεφαλὴν, ἀλλ᾽ εἰς τὸν πνεύμονα ἐμπίπτον τὸ κακὸν, φλόγωσίς τε ἦν αὐτίκα πρὸς τὰ ἔνδον, καὶ δριμείας ἐνεποίει ἀλγηδόνας περὶ τὰ στήθη· ὕφαιμόν τε πτύελον ἀνέπεμπον καὶ πνεῦμα ἄτοπον ἀπὸ τῶν ἔνδον καὶ δυσῶδες· ἥ τε φάρυγξ καὶ ἡ γλῶσσα καταξηραινόμενα ὑπὸ τοῦ καύσονος, μέλανα καὶ αἱματώδη ἦσαν· καὶ ποτὸν τό τε πλέον καὶ τὸ ἔλασσον ἐν ὁμοίῳ καθειστήκει· καὶ ἡ ἀγρυπνία

7. οὐκ ἤρκει M. mg. 9. ἀντίσχοντες M. mg.

est. Sic autem erat incurabile malum, ut neque ulla diaeta, neque robur corporis posset resistere, cum omnia, aeque valida, ut imbecilla corpora, prosterneret, quique maxima impensa curabantur, non secus, ac pauperrimi, moriebantur. Et vacabat quidem a morbis ceteris annus ille. Quodsi quis etiam ante aliquantum aegrotaret, omnia in illud morbi genus se exonerabant. Mussabat ars medicorum tota. Nec similiter omnes occupabat, sed alii quidem continuo nec paulum durantes, ipso die, quidam ipsa hora ponebant animas. Quotquot autem biduum triduumve restitissent, primum quidem febrim habebant acutissimam, et morbo caput invadente, elingues et ad omnia, quae fierent, stupidi reddebantur, ac velut somno profundo absorbebantur. Sin forte ad se redirent, loqui nitebantur illi quidem, sed haerescente lingua, multa inarticulata, nervis in occipitio emortuis, promebant, et exspirabant celerrime. Aliis non in caput, verum in pulmones malum incidens, mox praecordia inflammabat, et dolores acutos circum pectus afferebat, et sputa sanguine contacta eiiciebant, atque e visceribus spiritus tetrum foras odorem volvebat. Fauces et lingua calore exaruerant, nigra et suffusa sanguine: nec plus proficiebant, si multum, quam si parum biberent. Somno uti nullo poterant et undequaque ange-

ἐπέκειτο διὰ παντὸς καὶ ἀπορία πανταχόθεν ἦν ἐπί τε ταῖς A.C. 1347
ὠλέναις ταῖς ἄνω καὶ κάτω, οὐκ ὀλίγοις δὲ καὶ πρὸς τὰς σια-
γόνας, καὶ ἑτέροις ἐν ἑτέροις μέρεσι τοῦ σώματος ἀποστάσεις P. 731
ἐγίνοντο, τοῖς μὲν μείζους, τοῖς δὲ ἐλάσσους, καὶ μέλαιναι
φλυκτίδες ἀνεφύοντο. ἑτέροις δὲ ὥσπερ στίγματα μέλανα
κατὰ παντὸς τοῦ σώματος ἐξήνθει, τοῖς μὲν ἀραιά τε καὶ
διαφανέστερα, τοῖς δ' ἀμυδρότερα καὶ συνεχῆ· καὶ πάντες
ὁμοίως ὑπὸ πάντων ἔθνησκον. τοῖς μὲν γὰρ τὰ πάντα ἐπε-
γίνετο, τοῖς δὲ πλείω ἢ ἐλάσσω, οὐκ ὀλίγοις δὲ καὶ ἓν τῶν
πάντων ἤρκεσε πρὸς θάνατον· ὅσοι δὲ ἐκ πολλῶν ὀλίγοι ἠ-
δυνήθησαν διαφυγεῖν, οὐκέτι ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ κατείχοντο κα-
κοῦ, ἀλλ' ἐν τῷ θαρσαλέῳ ἦσαν ἤδη. δὶς γὰρ οὐκ ἐπελάμ-
βανεν, ὥστε καὶ κτείνειν· ἀποστάσεις δὲ ἐγίνοντο μεγάλαι B
πρὸς τοῖς μηροῖς ἢ ἐν ταῖς ὠλέναις· ὧν τεμνομένων, σφά-
κελλος ἐξέῤῥει δυσώδης καὶ πολὺς, καὶ τὸ νόσημα διεφορεῖτο
εἰς ἐκεῖνο, τὴν διενοχλοῦσαν ὕλην ἀποῤῥίπτον. πολλοὶ δὲ
καὶ ὑπὸ πάντων κατασχεθέντες, παρὰ δόξαν διεσώζοντο. ἦν
δὲ ἐπικουρία οὐδεμία οὐδαμόθεν. ὃ γὰρ ἑτέρῳ συνήνεγκε,
τοῦθ' ἑτέρῳ τὰ ἴσα πάσχοντι δηλητήριον ἐγίνετο· καὶ ἕτερος
ὑφ' ἑτέρου θεραπείας ἀνεπίμπλαντο τῆς νόσου, καὶ τὴν πλεί-
στην φθορὰν τοῦτο ἐνεποίει, καὶ πολλαὶ οἰκίαι ἐκενώθησαν
τῶν οἰκητόρων, καὶ τῶν ἀλόγων τοῖς κυρίοις συναποθανόντων.
δεινότατον δὲ ἦν ἡ ἀθυμία. ὁπότε γάρ τις αἴσθοιτο κάμνον- C

18. οὐδεμία om. P.

bantur. In brachiis supra et infra, non paucis item in maxillis, et quibusdam in aliis corporis partibus abscessus sive ulcera his maiora, illis minora exsistebant, et nigrae papulae enascebantur. Quibusdam velut atra stigmata per totum corpus erumpebant, aliis rariora magisque conspicua, aliis densiora et obscuriora: et omnes perinde ex his omnibus moriebantur. Nonnullis enim cuncta haec, aliis plura aut pauciora contingebant. Compluribus unicum tantummodo ex istis omnibus mortiferum erat. Quicumque vero de multis pauci evaserant, non amplius eo malo corripiebantur sic, ut etiam interirent: quamobrem rursus correpti, bene confidebant. Fiebant porro magni abscessus in femoribus aut in brachiis: quibus sectis, multa et foetida sanies effluebat, et morbus, turbante materia sic emissa, levabatur. Complures his omnibus obsessi, praeter opinionem convalescebant. Nec ullum undecumque certum auxilium inveniebatur. Quod enim uni salutare, alteri idem patienti venenum erat: alterque ab alterius curatione morbum indipiscebatur, et cumulabantur funera, quibus multae domus vacuabantur, cum et incolae et brutae animantes una cum dominis vitam redderent. Sed nihil erat desperatione miserabilius. Cum enim quis tam aegrum se sentiebat, spes nulla incolumitatis relinquebatur, ac despera-

[redacted]

A. C. 1347 τος ἑαυτοῦ, ἐλπὶς οὐδεμία σωτηρίας ὑπελείπετο, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀνέλπιστον τραπόμενοι, προΐεντο σφᾶς αὐτοὺς καὶ ἀπέθνησκον ἐν τῷ αὐτίκα, μεγάλην ῥοπὴν τῷ νοσήματι τὴν ἀθυμίαν προστιθέντες. τὸ μὲν οὖν τῆς νόσου εἶδος τοιοῦτον κρεῖσσον λόγου ἦν· ὅθεν καὶ μάλιστα ἐδεδήλωτο, οὐ τῶν συντρόφων καὶ τῇ φύσει προσηκόντων τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἕτερόν τι ὂν ὑπὸ θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἐπενηνεγμένον πρὸς σωφρονισμόν· καὶ πολλοὶ ἐκ τοῦ τοιούτου βελτίους τὴν ψυχὴν ἐγένοντο σωφρονισθέντες, οὐ μόνον οἱ τελευτήσαντες, ἀλλὰ καὶ ὅσοι πε-
D ριεγένοντο τῆς νόσου. πάσης γὰρ ἀπέσχοντο κακίας ἐν τῷ τότε χρόνῳ καὶ ἀρετῆς ἐπεμελοῦντο· καὶ πολλοὶ τὰ ὄντα πένησι διένειμον καὶ πρὶν τὴν νόσον εἰς αὐτοὺς ἐγκατασκῆψαι· εἰ δέ ποτε καὶ αἴσθοιντο αὐτοὺς κατεχομένους, οὐδεὶς ἦν οὕτως ἀναλγήτως ἔχων, ὥστε μὴ μετάνοιαν ἐνδείξασθαι τῶν πεπλημμελημένων καὶ πρὸς τὰ ἐκεῖ δικαιωτήρια μὴ πρόφασίν τινα παρασχεῖν τοῦ σωθήσεσθαι ὑπὸ θεοῦ, εἰ μὴ πάνυ ἀνιάτως εἶχε καὶ ἀθεραπεύτως τὴν ψυχήν. ὑπὸ τῆς τοιαύτης νόσου πλεῖστοί τε ἀπέθανον ἐν Βυζαντίῳ τότε, καὶ ὁ βασιλέως παῖς Ἀνδρόνικος κατασχεθεὶς ἐτελεύτησε τριταῖος. βασιλὶς δὲ ἡ μήτηρ, ἐπεὶ ἐπύθετο τοῦ παιδὸς τὴν τελευτήν,
P. 732 ὑπὸ σφοδροτάτης ἀλγηδόνος πληγεῖσα τὴν καρδίαν, διὰ βίου ἀνεξάλειπτον ἔσχε τὴν μνήμην τοῦ παιδός. ἦν γὰρ οὐ μόνον ἀγαθὸς ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶ πρὸς πάντα μάλιστα, ὅσα νέον
V. 587 οἶδε κοσμεῖν, ἔχων εὐφυῶς καὶ μεγάλας ἐλπίδας ὑποφαίνων

bundi semet ipsos abiiciebant, morbumque non mediocriter ista deiectione tristitiaque augentes, repente animas efflabant. Species igitur ista luis satis exprimi verbis non potest. Unde maxime intellectum est, non humanae naturae quiddam agnatum et conveniens, sed divinitus immissam castigationem fuisse: multique inde ad sanitatem mentis conversi, meliores evaserunt, non illi modo, qui ea peste morte occubuerunt, sed quotquot ea liberati vitam retinuerunt. Tunc enim vitiis omnibus desertis, virtuti studebant, et multi facultates suas in pauperes distribuebant, etiam priusquam a morbo illo invaderentur. Quo si se affectos deprehenderent, nemo tam lapideus erat animoque plane immedicabili atque insanabili, ut non poenitentiam de peccatis suis prae se ferens, Deo apud tribunal illud sui salvandi aliquam occasionem daret. Hac pestilentia Byzantii quam plurimi, et filius imperatoris Andronicus tertio die interiit. Imperatrix mater, ubi de obitu filii comperit, vehementissimo dolore animum percussa, quamdiu superavit, infixam in medullis eius memoriam circumtulit. Erat quippe non solum forma liberali, sed ad omnia item, quae nosset adolescentiae ornamenta, natura habilis in primis et idoneus, imitandorumque parentum spem

τοῦ τῶν γεγεννηκότων ἄξιον ἑαυτὸν ἀποφανεῖν. μετὰ τοῦτο A. C. 1347 δὲ ὁ βασιλεὺς βασιλέα τὸν γαμβρὸν ἔχων, πρὸς τὰς τῆς Θρᾴκης ἐξῄει πόλεις καὶ πάσας περιῆλθε, τοῦτο μὲν βασιλέα πᾶσιν ἐμφανίζων ἄχρι τότε ἀγνοούμενον ταῖς πόλεσι, καὶ πᾶσιν ἔργοις αὐτοῖς κατάδηλον ποιῶν, ὡς τὴν πατρῴαν βασιλείαν ὁ νέος διαδέξοιτο βασιλεὺς, τοῦτο δὲ πρὸς τοὺς πόνους στρατιώτῃ πρέποντας ἀσκῶν. ἥδετό τε κατάκρας ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς ὁρῶν τὸν νέον ἐπιτηδείως ἔχοντα πρὸς τὰς στρατείας καὶ μεγάλα ἐπαγγελλόμενον ἐκ τῶν παρόντων. ἀλύπως γὰρ καὶ ἱλαρῶς τούς τε πόνους ἔφερε, καὶ τῆς διαίτης τὴν ἐναλλαγὴν, καὶ πάντα ἔπραττεν ὁμοίως τοῖς εἰθισμένοις ἐκ πολλοῦ.

θʹ. Αὖθίς τε εἰς Βυζάντιον ἀναστρέψας ὁ βασιλεὺς, C πρὸς τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον Κλήμεντα τόν τε Σπανόπουλον Γεώργιον τὸν πρωτοβεστιαρίτην καὶ Σιγηρὸν τὸν πραίτωρα τοῦ δήμου, καὶ ἐκ τοῦ Λατίνων γένους Φρανσὲς ὄνομά τινα, πολὺν ἤδη χρόνον δεδουλευκότα βασιλεῖ, τῶν ἐπιτηδείων δ' ὄντα καὶ γνωρίμων πάπᾳ, πρέσβεις ᾑρεῖτο. ἡ πρεσβεία δὲ ἦν, ἅμα μὲν ἀπαλείφουσα τῆς πάπα ψυχῆς τὰς περὶ βασιλέως προσπεσούσας φήμας. ᾔδει γὰρ αὐτὸν περὶ αὐτοῦ ἀκηκοότα, ὡς κατὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον βαρβάροις χρήσαιτο D συμμάχοις, ἀναιροῦσι καὶ ἐξανδραποδιζομένοις ὁσημέραι τοὺς Ῥωμαίους. διὸ περὶ πλείονος ἐποιεῖτο τὰς αἰτίας τῶν συμβεβηκότων πάπαν καταμαθεῖν, καὶ ὡς ἀνάγκῃ διὰ τὸν περι-

6. τοὺς om. P. 9. ἀλύτως P. 16. Φρανὲς M.

non modicam sustinebat. Post haec imperator cum genero imperatore urbes Thraciae singulas obivit, partim ut eum hactenus ignotum omnibus ostenderet, et ipso opere palam declararet, iuniorem imperatorem paternum excepisse imperium, partim ut eundem ad laborem militarem assuefaceret; quem cum militiae aptum et e praesentibus indiciis magna in futurum pollicentem animadverteret, gaudio exsultabat incredibili. Etenim citra molestiam hilariterque labores et mutationem victus tolerabat, et omnia quasi ex diuturna consuetudine faciebat.

9. Reversus Constantinopolim imperator, ad Clementem, episcopum urbis Romae, Georgium Spanopulum, protovestiarium, et Sigerum, praetorem populi, et de Latinis Franciscum quendam nomine, veterem ministrum suum, papae notum ac familiarem, legatos deligit. Legationis capita erant, ut deleret ex animo eius, quam de eo opinionem ille conceperat. Non enim ignorabat auditum a Romano pontifice, quomodo belli tempore barbarorum usus esset auxilio, qui Romanos occidissent et captivos rapuissent quotidie. Idcirco nimiopere desiderabat papam causas eorum, quae gesta erant, edocere,

[redacted]

A. C. 1347 σχόντα πόλεμον ἐπὶ τοιαῦτα ἔλθοι, ἀλλ' οὐ τὴν κοινωνίαν τῶν βαρβάρων ἀσπαζόμενος. ἔπειτα ἐδεῖτο καὶ τὴν μελετωμένην ὑπ' αὐτοῦ πάπα καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν ἄλλην ἑσπέραν κατὰ τῶν βαρβάρων ἔφοδον τῶν πολεμίων τῷ
P. 733 στρατηγῷ ἐπ' αὐτοῦ νυνὶ γεγενῆσθαι. ἥδεσθαί τε γὰρ μάλιστα ἐπὶ τῇ ἐκείνων ἀπωλείᾳ καὶ φθορᾷ καὶ αὐτὸν τὰ μέγιστα συνεργήσειν, οὐ μόνον διάβασιν παρέχοντα τῇ στρατιᾷ πρὸς τὴν Ἀσίαν ἄπονον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν συμπαρόντα μετὰ τῆς στρατιᾶς καὶ συναγωνιζόμενον προθύμως. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων πλεονεκτημάτων τοῖς πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκόσι ῥᾷστα ἂν παραχωρήσειε· προθυμίας δὲ τῆς περὶ τὰ καλὰ καὶ τοῦ βούλεσθαι τοὺς βαρβάρους ἐπιδεῖν πάσχοντας ἀντίῤῥοπα τοῖς τολμηθεῖσι κατὰ Χριστιανῶν ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον, οὐδενί. ἡ μὲν οὖν πρεσβεία τοιαύτη ἦν, καὶ πάντα ἐτελεῖτο κατὰ γνώμην βασιλεῖ. διαλεγομένων γὰρ τῶν πρεσβέων τῷ πάπᾳ περὶ ὧν ἧκον, ἐκεῖνος τὸν λόγον ἀναλαβὼν, πάντα διηγεῖτο
B ἀκριβῶς, ὥσπερ ἂν αὐτὸς παρὼν τοῦ πολέμου τελουμένου. θαυμαζόντων δὲ τῶν πρεσβέων καὶ πυνθανομένων, ὅθεν εἰ-
V. 588 δείη ταῦτα ἀσφαλῶς, παρὰ Ζαμπαίας τῆς ἐκ Σαβωΐας ἔφασκεν ἀκηκοέναι βασιλίδι συμπαρούσης ἐν Βυζαντίῳ ἀπ' ἀρχῆς μάλιστα τοῦ πολέμου ἄχρι τέλους· ἣ μετὰ τὸ βασιλέα Βυζάντιον ἑλεῖν, ἀπαίρουσα εἰς τὴν οἰκείαν, πάντα διηγεῖτο ἀκριβῶς τῷ πάπᾳ συντυχοῦσα, ὡς ἐγένετο, μηδὲν ἀποκρύψασα τῆς ἀληθείας. ἐπῄνει τε ὁ πάπας βασιλέα καὶ ὑπερηύ-

6. καὶ φθορᾷ om. P. 22. οἰκίαν P.

nempe, bello premente, necessario id fecisse, non quod communionem barbarorum amplecteretur. Deinde rogabat, quam ipse papa et cum eo Italiae et occidentis principes contra barbaros crucis hostes expeditionem meditati essent, se nunc imperatore susciperent. Plurimum enim se illorum peste et internecione laetari, seque adiutorem fore maximum, non solum transitum expeditum exercitui in Asiam concedendo, sed cum suis quoque copiis proficiscendo et una certamen cupide obeundo. Aliis enim praerogativis antecessoribus suis imperatoribus libentissime cedere, alacritate autem ad res honestas et desiderio videndi barbaros eadem pati, quae Christianis tam diu nefarie intulissent, nulli cedere. Legatio ita se habebat, et ibant ex sententia imperatoris omnia. Cum enim legati exposuissent papae, quorum gratia venerant, ille exorsus, omnia bello gesta tam exacte, quam si coram affuisset, recensebat. Mirantibus legatis ac percunctantibus, unde haec illi tam certa notitia, a Zampaea, Sabaudiensi femina, quae in comitatu imperatricis inde ab exordio belli usque ad extremum versata esset, se accepisse dixit: quae, capto Byzantio, in patriam remigrans, penitus omnia sibi uti contigissent, diligenter enarrasset: lau-

χετο αὐτοῦ, ὅτι πολεμηθεὶς ἀδίκως οὕτω καὶ διαβληθεὶς ὑπὸ A. C. 1347
συκοφαντῶν καὶ τοσαῦτα ἐνεγκὼν δεινὰ κατὰ τὸν πόλεμον,
ἐπειδὴ τοῖς ὅπλοις περιεγένετο τῶν ἀντισχόντων, οὐδὲν μι- C
κρόψυχον ἔπαθεν, οὐδ' ἀγεννές· οὐδὲ ἐμνησικάκησε τοῖς κα-
κῶς περὶ αὐτὸν γεγενημένοις, καὶ ταῦτα ὑπ' ἐκείνου πρότε-
ρον πολλὰ εὐεργετηθεῖσιν, ἀλλὰ βασιλίδι τε καὶ τοῖς παισὶν
ἄξιος ὤφθη ἑαυτοῦ καὶ τῆς βασιλέως τοῦ φίλου περὶ αὐτὸν
σπουδῆς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὁμοίως ἥμερος καὶ προση-
νής, οὐ μόνον τῶν τετολμημένων δίκας μηδένα ἀπαιτήσας,
ἀλλὰ καὶ φιλοτίμως εὐεργετῶν ἐξ ἀντιστρόφου. μάλιστα
δὲ ἐπῄνει τὸ τὴν θυγατέρα συναρμόσαι βασιλεῖ τῷ νέῳ καὶ
τὴν πατρῴαν ἀποδοῦναι βασιλείαν. φιλοτιμότατά τε ὁ πάπας
περὶ τοὺς βασιλέως πρέσβεις διατεθεὶς ἐν προεδρίαις καὶ προ-
πομπαῖς καὶ ὑπαντήσεσι καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς προσήκουσιν, D
ἔπειτα ἀπέπεμπε, καὶ πρέσβεις δύο τῶν ἐπισκόπων συνεκ-
πέμψας, ὧν ὁ ἕτερος τοῦ μενουρίων τάγματος ἦν Γελίελμος
προσαγορευόμενος, Οὔγα δὲ Σπὲρτ ὁ λοιπὸς ἐκαλεῖτο ἐκ τῶν
κηρύκων προσαγορευομένων ὤν, ἀρετῆς τε μάλιστα ἀντιποι-
ούμενοι καὶ τὴν θύραθεν σοφίαν εἰς ἄκρον μεμελετηκότες·
δι' ἃ καὶ μάλιστα ἡδεῖς ἦσαν ἐν ταῖς συνουσίαις καὶ πιθανοὶ
πρὸς διαλέξεις. οὓς ὁ βασιλεὺς μετὰ πολλῆς ἐδέξατο τῆς
εὐμενείας καὶ τῆς τιμῆς, καὶ ἡδέως ὡμίλει ὁσημέραι καὶ συν-
ῆν, αὐτοί τε προὔργου παντὸς ἐποιοῦντο τὸν χρόνον, ὃν αὐ-

17. Οὔγγα P.

dabatque et in coelum tollebat imperatorem, qui adeo iniuste armis oppugnatus et calumniis ita vexatus et bello tam multa indigna perpessus, post devictos hostes nihil párum ingenuum, aut pusilli animi prae se tulisset, neque malus sibi malis, ac praesertim antea tot a se beneficiis affectis, fuisset: sed cum Augusta et filiis eius cum ut semet, tum ut studio illo imperatoris amici erga se dignum erat, egisse visus esset, et in alios omnes similiter sese mitem ac placidum, non solum commissorum poenas a nemine reposcendo, sed contra studiose benefaciendo praestitisset. Illud vero in prima laude ducebat, quod imperatori adolescenti filiam copulasset paternumque imperium ei restituisset. Tractatis autem legatis honorificentissime, in primis sedibus, in deductionibus, in decessionibus de via et aliis, quibus decuit, eos tandem dimisit cum duobus episcopis, quorum unus erat ordinis Minorum, Guilielmus nomine, alter ex praedicatorum familia, Hugo de Spert vocabatur, uterque virtuti deditissimus et in profanis litteris apprime versatus. Quare et in congressu erant festivissimi et poterat multum eorum ad persuadendum sermo. Quos imperator perbenevole et magno cum honore excepit, quotidieque cum illis iucunde collocutus est; ipsique operae pretium maximum

A. C. 1347 τῷ συνῆσαν, ὅσα ἐπ' ἐκείνου προβληθείη καθημέραν, καὶ οἷα
P. 734 περὶ τῶν προβλημάτων διαλεχθείη γράφειν, ἵνα μὴ λάθῃ τῆς μνήμης ἐκρυέντα. ἃ εἰς Ἰταλίαν ἀγαγόντες καὶ πάπᾳ τε καὶ τοῖς ἐκεῖσε διαδόντες σοφοῖς, μέγαν ἐκ τούτων ἀπεδείκνυον βασιλέα, καὶ ἀπὸ γλώττης οὐκ ὀλίγα ἐξηγούμενοι αὐτοί. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον. τότε δὲ μετὰ τὴν ἄφιξιν μικρὸν ἀπήγγελλον βασιλεῖ τὰ περὶ τῆς πρεσβείας. τὰ δὲ ἦν πρῶτα μὲν εὐχαριστίαι καὶ εὐχαὶ τῆς περὶ βασιλέα τὸν νέον κηδεμονίας καὶ βασιλίδα τὴν μητέρα, ὅτι ἃ μηδ' ἄν τις προσεδόκησε μετὰ τὸν τοσοῦτον πόλεμον καὶ τὴν ἄσπονδον ἐκείνην ἔχθραν καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγνωμοσύνην τῶν διαβαλόντων, οὐ πρὸς τὰ
B γεγενημένα εἶδεν, ἀλλ' ἀρκεῖν ἡγήσατο τὸ τῶν πρὸς τὸν πόλεμον αἰτίων ὀφθῆναι μόνον καθαρόν. αὐτὸς δὲ, ὥσπερ οὐδενὸς μεταξὺ καινοῦ γεγενημένου, τὸ ἀρχαῖον ἦθος διεσώσατο, καὶ τὴν περὶ τοὺς βασιλέως παῖδας εὐγνωμοσύνην καὶ κηδεμονίαν, ἣν εἶχεν ἐξαρχῆς εὐθὺς μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτήν. ἔπειτα δὲ καὶ τὴν κατὰ τῶν βαρβάρων ἔφοδον ἐμήνυε, καὶ τοῖς ἄλλοις μὲν τοῖς πρὸ αὐτοῦ Ῥώμης ἐπισκόποις εἶναι περισπούδαστον, μᾶλλον δὲ αὐτῷ τῶν ἄλλων εἶναι κατὰ γνώμην καὶ πολλοῖς πολλάκις περὶ τούτου διειλέχθαι τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν δυναστῶν, καὶ πάντας παρακαλεῖν ἐπὶ τὸ ἔργον κοινῇ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν ἀπὸ τῶν βαρβάρων τῶν Χριστια-
C νῶν ἐσόμενον, καὶ αὐτὸν ἕτοιμον εἶναι καὶ χρήματα παρέ-

5. οὐκ ὀλίγα om. M. 10. τὸν om. M.

duxerunt omnia, quae is in dies singulos proposuisset et super propositis disseruisset, toto illo tempore, quo apud eum mansissent, litteris consignare, ne e memoria elaberentur. Quae in Italiam secum portantes ibique et papae, ut viris sapientibus exhibentes, quantus vir esset, ostendebant, et ore ipsi nihilo minus eius laudes praedicabant. Verum haec posterius facta sunt. Tum vero sub adventum suum legationem explicant, cuius haec erat summa. Primum cum bonis omnibus gratias agunt, quod iunior imperator eiusque mater illi curae sint: cum, quae nemo unquam exspectasset, post tam saevum bellum et inimicitias implacabiles et criminatorum in illum scelus non ad praeterita respexerit, sed satis esse existimarit, si tantum belli causarum purus videretur, et quasi nihil novi intervenisset, pristinis moribus vixerit, statimque a morte imperatoris Andronici benignam voluntatem ac sollicitudinem erga eius filios susceperit. Praeterea quod de bello barbaris inferendo animum suum significarit. Et aliis quidem ante ipsum Romanis episcopis fuisse id optatissimum; sibi tamen longe magis, crebroque ac multum super eo cum Italiae dynastis egisse omnesque hortatum communiter ad opus, unde Christianorum libertas a barbaris asseratur, et quod ad

χειν καὶ στρατιὰν, ὅσην ἂν μάλιστα ἐξῇ, καὶ μεγίστην πρὸς A. C. 1347 τὸν πόλεμον παρέχεσθαι συντέλειαν. νυνὶ δὲ καὶ μᾶλλον ὑπὸ τῶν αὐτοῦ λόγων καὶ τῆς πρεσβείας ἐξωρμῆσθαι, καὶ χάριν αὐτῷ εἰδέναι ὑπὲρ τῆς προθυμίας, ἧς ἐνδείκνυται, τοῖς βαρβάροις ὑπὲρ τῶν τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἑλομένων τὸν πόλεμον ἐπεγείρων. εἰ δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς, ὧν αἴ- V. 589 τιος σπουδάζει Ῥωμαίοις καταστῆναι, καὶ τῶν ἐκκλησιῶν πραγματεύσαιτο τὴν ἕνωσιν, καὶ δι᾽ αὐτοῦ τὰ διεστηκότα τοῦ Χριστοῦ μέλη συναφθείη, οὐκ ἀνθρώποις μόνον πᾶσιν, ἀλλὰ καὶ ταῖς οὐρανίοις δυνάμεσι καὶ αὐτῷ θεῷ μεγάλης ἂν εὐφροσύνης αἴτιος κατασταίη. τοιαῦτα μὲν ὁ πάπας διὰ τῶν ἐπισκόπων ἐπρεσβεύετο. βασιλεὺς δὲ καὶ αὐτὸς πρῶτα μὲν D τῷ πάπᾳ χάριτας ὡμολόγει τῆς τε περὶ αὐτὸν εὐνοίας καὶ τοῦ κατὰ βαρβάρων τῶν Χριστιανοῖς ἐχθρῶν ῥᾳδίως ἐξωρμῆσθαι. αὐτόν τε διπλῇ διὰ τὸν κατὰ τῶν βαρβάρων ἔλεγε χαίρειν πόλεμον, τοῦτο μὲν ὡς ὑπὲρ τῆς κοινῆς τῶν ἀπὸ Χριστοῦ καλουμένων ὠφελείας ἔσοιτο, τοῦτο δ᾽ ὅτι κοινωνὸς ἔσται καὶ αὐτὸς τοῖς τὸν καλὸν ἀγῶνα τοῦτον ἀγωνισομένοις. οὕτω γὰρ εἶναι παρεσκευασμένος, ὡς καὶ ναυσὶ καὶ χρήμασι καὶ ὅπλοις καὶ ἵπποις καὶ πᾶσιν, οἷς ἔχει, κατ᾽ ἐκείνων ἐξορμήσων, κέρδος μέγιστον ἡγούμενος τὸ ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἀγωνιζόμενος ἀποθανεῖν. περὶ δὲ τῶν διεστηκότων τοῦ Χρι- P. 735 στοῦ μελῶν τῆς ἑνώσεως καὶ ἁρμονίας καὶ τῆς εἰρήνης τῶν

5. τὴν om. P.

se attineat, ad pecuniam et copias, quantas maximas possit, omninoque ad sumptus non modicos pro sua parte conferendos paratum esse. Nunc etiam amplius eius legatorumque verbis exarsisse, et gratias agere, cum se ad barbaros pro Christi fidelibus expeditione lacessendos adeo propensum demonstret. Quodsi praeter alia bona, quae Romanis conciliare enitatur, etiam ecclesias concordia devincire conetur, ut divulsa Christi membra per eum conglutinentur, non hominibus dumtaxat universis, sed coelestibus etiam potestatibus ipsique Deo id magnae voluptati futurum. Hactenus papa per legatos episcopos. Imperator illi gratias agere de benevolentia, et quod ultro contra barbaros Christianorum inimicos exarsisset, seque dupliciter hoc bello laetum esse: tum quia pro communi Christianorum utilitate gerendum sit, tum quia et ipse tam pulchrum hoc certamen certantium socius et commilito futurus sit. Sic enim se statuisse, et classe et sumptibus et armis et equis et quibuscumque possit rebus illos invadere: putareque se fore beatissimum, si in tali causa oppetere mortem contingat. Quanto autem distractorum Christi membrorum coniunctio atque concentus et pax ecclesiarum sibi desiderio ac studio sit, verbis se effari haud posse.

A. C. 1347 ἐκκλησιῶν ὅσην ἔχει τὴν ἔφεσιν καὶ τὴν σπουδὴν, οὐδὲ λόγοις δύνασθαι καταφανὲς ποιεῖν. πλὴν οὕτως εἶναι καὶ πρὸς ταῦτα παρεσκευασμένον, ὥστ', εἰ δεήσειεν αὐτὸν ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας ἀποσφαγῆναι, οὐ μόνον ἐμπαρέξειν ἑαυτὸν προθύμως, ἀλλὰ καὶ μάχαιραν προσεπιδοῦναι· ἢ εἰ δόξειε καυθέντα διὰ τῆς τέφρας τοῦ ἐκείνου σώματος τὴν ἕνωσιν ταῖς ἐκκλησίαις βραβευθῆναι, αὐτὸν ἐπὶ τὴν πυρὰν πρῶτον ἐπιθεῖναι ξύλα, δι' ὧν ἐκτεφρωθῆναι περιέσται. δέον μέντοι τοῦτο τὸ μέγα τε καὶ θαυμάσιον καὶ τῶν ἄλλων ἀντάξιον πάντων
B ἔργον μὴ ἁπλῶς οὕτω καὶ εἰκῇ καὶ ἀπερισκέπτως γίνεσθαι, ἀλλὰ πολλῆς πρύτερον ἐρεύνης ἀξιώσαντας καὶ πᾶσαν σπουδὴν ἐνδειξαμένους περὶ τοῦ ὄντος ἀγαθοῦ, οὕτω χωρεῖν ἐπὶ τὴν αἵρεσιν τῶν δοκούντων ὀρθῶν καὶ ἀσφαλῶν περὶ τὴν πίστιν. ἄτοπον γὰρ περὶ ἐπιγείων μέν τινων βουλευομένους, ὧν μικρά τε ἡ ὄνησις ἐπιτυχοῦσι καὶ ἡ ζημία σφαλεῖσι φαυλοτέρα, περὶ ταῦτα μὲν πᾶσαν ἐνδείκνυσθαι σπουδὴν, μὴ τοῦ δοκοῦντος ἀγαθοῦ διαμαρτεῖν, περὶ οὐρανίων δὲ τοῦ λόγου ὄντος καὶ τῶν περὶ τὴν πίστιν ἀπλανῶν δογμάτων, τούτων
C ὀλίγην τινὰ ποιεῖσθαι τὴν φροντίδα καὶ μόνοις ἑαυτοῖς θαῤῥεῖν πρὸς τοσοῦτον γνώσεως ὕψος ἐξαρκέσειν. τοῦτο γὰρ εἶναι τοῦτο, ὃ καὶ τὴν διάστασιν ἐνεποίησε ταῖς ἐκκλησίαις ἐξ ἀρχῆς. εἰ γὰρ οἱ πρώτως τὰ νῦν ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας πρεσβευόμενα δόγματα ἐξενεγκόντες μὴ ἐθάῤῥησαν ἑαυ-

4. ἀποφαγῆναι P. 8. μὲν τοιοῦτο M. pro μέντοι τοῦτο.

sint: Cralem insuper non pecuniam modo, sed ipsam quoque, si dici potest, animam, qua nihil ei carius, prae Thessalonica spreturum, imperatoris iugum excutere, ac, nisi eos missos faceret, Triballis urbem addicturos minari decreverunt. Crali autem verba dare: nempe cum a Romanorum imperatore desciverint, facile ad illum transituros: et idcirco suadere illi, ne se armis potius cogere, quam aequitate animi et lenitate allicere conetur. Sic cum utrumque, alterum per alterum repulerint, ipsi civitatem sibi vindicare, eaque frui. Et processerunt illis ad tempus doli. Gregorius Palamas, Thessalonicensium episcopus, a praefectis non admissus, revertens in Lemno insula consedit: cui ab imperatore qua par fuit cura prospectum est. Praefecti vero Thessalonicae, inprimisque Palaeologus, Zelotas circum se habens, civibus propter exempla praecedentia terrori erat, omnesque prae metu illi se submittentes, contra mussitare non audebant. Hinc etiam paulo post, cum imperator humanitate et beneficentia urbem sibi conciliare cuperet, (armis enim compelli non poterat,) et super beneficiis publice privatimque conferendis edicta mitteret, Palaeologus Zelotis, quorum audacia a nullo facinore abhorrebat, adiuvantibus, ea in foro combussit: qua de re paulo infra disseretur.

16. Per id tempus Isidoro patriarcha rebus mortalibus exempto,

A. C. 1349 θρόνοις ἐπ᾽ ἔτεσι δυσὶν ἐνδιαπρέψας καὶ τὸ ποίμνιον ποιμά- B νας θεοφιλῶς, τὸν Κάλλιστον ὁ βασιλεὺς τοῖς πατριαρχικοῖς θρόνοις ἐφιστᾷ, τῇ κατὰ τὸν Ἄθω μονῇ τῶν Ἰβήρων μετὰ τὴν ἐκ τοῦ κόσμου ἀναχώρησιν ἐνδιατρίψαντα. ὃν ἐπεὶ ἐπύθετο ἀρετῆς ἀντιποιεῖσθαι καὶ πρὸς τὴν τοιαύτην διακονίαν εἶναι ἐπιτήδειον, ἤγαγεν εἰς Βυζάντιον τριήρη πέμψας. ἀχθομένων δὲ τῶν ἀρχιερέων πρὸς τὴν αἵρεσιν, οὐ πάντων, καὶ ἄλλων ἄλλον προβαλλομένων, σπουδὴν πολλὴν εἰσενεγκὼν, πάντας ἔπεισεν ὁ βασιλεὺς συνθέσθαι· καὶ ἐχειροτονεῖτο τῶν ἄλλων προκριθείς. ὁ βασιλεὺς δὲ καὶ πρότερον καὶ κατὰ τὸν C τοῦ πολέμου χρόνον, ἐπεὶ ὑπὸ Ῥωμαίων κατεστασιάσθη, ἄκων V. 611 μὲν καὶ πρὸς ἀνάγκην πολέμοις προσέχων καὶ λεηλασίαις, (ἄλλως γὰρ αὐτόν τε καὶ τοὺς συνόντας οὐδαμῶς διασώζεσθαι ἐνῆν,) ἡδέως δὲ ἔχων πραγμάτων ἀπαλλάττεσθαι, καὶ τοῦ παντὸς τιμώμενος τὸ συζῆν ἀπραγμοσύνῃ, καὶ ὕστερον μετὰ τὸ τῶν πραγμάτων ἄρξαι ἀχθόμενος πρὸς τὸν θόρυβον τὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, καὶ βίου γαληνοῦ καὶ ἀπράγμονος ἐρῶν, ἐσκέψατο μετὰ Εἰρήνης βασιλίδος τῆς γυναικὸς τὴν μὲν βασιλείαν γαμβρῷ τῷ βασιλεῖ παραδοῦναι, αὐτοὺς δὲ ἀναχωρεῖν τῶν πραγμάτων καὶ μοναχῶν ἑλέσθαι βίον. καὶ βασιλίδα μὲν συνέθεντο τὴν Εἰρήνην πρὸς τὸ τῆς Μάρθας προσ- D αγορευόμενον μοναστήριον, ἣ βασιλέως ἦν ἀδελφὴ τοῦ πρώτου τῶν Παλαιολόγων Μιχαὴλ, γενέσθαι, ὡς βασιλεῖ προσή-

1. δυσὶν om. P. et M. Pontanus male *annis decem*. Vid. supr. p. 26, 1.

qui thronum annis duobus tenuerat et gregem divino ardens amore paverat, Imperator Callistum in eius sede collocat. Hic post secessum a mundana vita in monasterium Iberorum apud montem Atho se abdiderat. Quem ut virtutis aemulum et ad ministerium tale idoneum audivit, missa triremi Byzantium adduxit. Eam electionem episcopis indigne patientibus, quamquam non omnibus, et aliis alium nominantibus, data sollicite opera, imperator ad consensum omnes impulit: ita Callistus ceteris omnium calculis praelatus est. Verum enim vero imperator et alias, et per tempus belli cum seditionibus Romanorum exagitatus haud volens, sed necessitate adactus, arma tractaret et direptionibus vacaret, (aliter quippe servare se cum suis nequaquam potuisset,) molestiis exsolvi cupiens, et vitam procul negotiis beatissimam reputans, tandemque post adeptum imperium nascentes inde turbas et curarum moles intoleranter sustinens, ac genus vivendi placidum minimeque negotiosum suspirans, cum Irene uxore sensa sua communicat, statuuntque ambo, translato in generum imperio nuntium rebus humanis mittere monachorumque instituta sectari. Et convenit, ipsam quidem ad monasterium Marthae, (ea Michaëlis primi Palaeologi soror fuit,) ut imperatori ex hereditate

κον ἐκ πρώτου κλήρου, καὶ μοναχῶν ἐνδυσαμένην σχῆμα, τὸν A. C. 1349
ἐπίλοιπον βίον διανύειν· βασιλέα δὲ τῷ τῆς Ἡρακλείας ἐπι-
σκόπῳ τῆς ἐν Θρᾴκῃ φιλοθέῳ ὑποτάξαντα ἑαυτὸν, οὐ μόνον
διὰ τὴν ἄλλην σύνεσιν καὶ παιδείαν τήν τε ἔξω καὶ τὴν καθ'
ἡμᾶς, ἀλλ' ὅτι καὶ τῷ μονήρει βίῳ ἐκ πρώτης ἡλικίας, ὡς
εἰπεῖν, ἐκδοὺς, τῇ τε σπουδῇ καὶ τῷ περὶ τὴν ἄσκησιν χρονίῳ
πολλὴν περὶ τὰ τοιαῦτα πεῖραν ἔσχεν, ὡς καὶ τῆς ἱερᾶς ἐξη-
γεῖσθαι λαύρας τῆς ἐν Ἄθῳ παρὰ τῶν ἐκεῖ πατέρων ἐγκριθῆ-
ναι, καὶ πρὶν ἐπίσκοπον γενέσθαι, καὶ ἑτέροις ἐδόκει τὰ τοι- P. 764
αῦτα παιδοτριβεῖν εἶναι ἱκανὸς, παρὰ τὸ τοῦ ἁγίου Μάμαν-
τος φροντιστήριον θέσεως ἔχον εὐφυῶς, καὶ ἐρημίας ἀπο-
λαῦον ὡς ἐν πόλει μάλιστα, τῆς ψυχῆς ἐκεῖ φροντίζειν γενο-
μένους, καὶ περὶ τῶν τῇδε πεπραγμένων ἐξιλάσκεσθαι θεόν.
συνείποντο δὲ αὐτῷ πρὸς τὴν ἐκ τοῦ βίου ἀναχώρησιν καὶ
Καβάσιλας Νικόλαος καὶ Δημήτριος ὁ Κυδώνης, σοφίας μὲν εἰς
ἄκρον τῆς ἔξωθεν ἐπειλημμένοι, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἔργοις φιλοσο-
φοῦντες καὶ τὸν σώφρονα βίον καὶ τῶν ἐκ τοῦ γάμου κακῶν ἀπηλ-
λαγμένον ᾑρημένοι. δι' ἃ καὶ πολλῆς αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς ἠξίου
εὐμενείας καὶ ἐν τοῖς πρώτοις μάλιστα τῶν φίλων ἦγε καὶ τῶν
ὁμιλητῶν. πρῶτα μὲν οὖν ἐδόκει πᾶσι κοινῇ βουλευσαμένοις, πα- B
ρὰ τὸ τοῦ ἁγίου Μάμαντος φροντιστήριον τὴν κατὰ τὸν βίον φι-
λοσοφίαν ἐπιδείκνυσθαι καὶ τὸν ἀκύμαντον καὶ θορύβων ἀπηλ-
λαγμένον βίον διανύειν. ἔπειτα μεταβουλευσάμενοι, τὴν Μαγγά-

15. Κυδόνης P.

materna debitum, concedere, et illic monacharum indutam habitu, quod restaret vitae consumere: ipsum autem Philotheo, Heracleae in Thracia episcopo, se subiicere, (non solum quia prudentia et eruditione, qua profana, qua Christiana excelleret, sed etiam quia vitae solitariae, prope dixerim a puero addictus, diligentia et diuturnitate in sanctimonia vivendi, harum rerum sanequam experiens erat: ut et moderator sacrae laurae in Atho monte a patribus ibidem ante episcopatum deligeretur, atque ad alios in his instruendos idoneus apparebat,) in monasterio sancti Mamantis situ opportuno, et loco, ut in urbe, maxime solitario, atque ideo ad curandam animam atque ad Deum propter contractas in vita maculas propitiandum apposito. Addebant se ad hanc secessionem socios Nicolaus Cabasilas et Demetrius Cydones, qui externae sapientiae fastigium attigerant, et moribus philosophantes, vitam coelibem coniugaliumque perturbationum expertem amplexi fuerant. Quocirca praecipuum gratiae, amicitiae et familiaritatis locum apud imperatorem obtinebant. Primum igitur re inter illos deliberata, placuit omnibus in monasterio sancti Mamantis tranquillum istuc et a strepitu curarum alienum ac philosophicum vitae genus actitare. Deinde mutata sententia, monasterium Manganicum maluerunt, idque ratum fuit. Quare et im-

A. C. 1349 νων μᾶλλον εἵλοντο μονὴν, καὶ ἐκεκύρωτο τὸ δόξαν. διὸ καὶ ὁ βασιλεὺς κτήσεις πολλὰς προσῆγε τῇ μονῇ καὶ ὡς μάλιστα ἐπεμελεῖτο, ἵν' ἐκεῖθεν τὴν εὐπορίαν τῶν ἐπιτηδείων ἔχοιεν. ᾔδεσαν μέντοι τὰ πραττόμενα οὐδένες πλὴν τῶν κεκοινωνηκότων τῆς βουλῆς. ἐπεὶ δὲ πάντα παρεσκευασμένα ἦσαν, καὶ ἔδει μόνον εὖ τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν διαθέμενον, ἵνα μηδεμία τοῖς παισὶν ἀμφισβήτησις ἐκείνου τῶν πραγμάτων ἀπολί-
C ποιτο ἀναχωρήσαντος, μηδὲ πρόφασιν πολέμου αὖθις σχοῖεν ἐμφυλίου διὰ τὸ αὐτὸν ἀναχωρεῖν, καὶ ἔμελλεν ἤδη ἔργου ἔχεσθαι, γράμματα ἀφῖκτο ἐκ Θεσσαλονίκης, τῶν τε ἄλλων πολιτῶν καὶ πρωτοσεβάστου τοῦ Μετοχίτου, τὴν μὲν προτέραν ἀγνωμοσύνην καὶ ἀναισχυντίαν Ἀνδρέᾳ προσάπτοντα, ὡς πάντων αἰτίῳ, τῷ Παλαιολόγῳ, αὐτοῦ δὲ δεόμενα τὴν δυνατὴν καὶ ταχίστην πρόνοιαν ὑπὲρ τῆς πόλεως ποιεῖσθαι, καὶ μὴ περιορᾷν ὑπὸ Τριβαλοῖς ὅσον οὐδέπω ἐσομένην, ἣν μὴ αὐτὸς ἐπικουροίη, μηδ' ἑτερόφθαλμον τὴν Ῥωμαίων γεγενημένην ἀνέχεσθαι ἰδεῖν ἀρχὴν, μάλιστα Παλαιολόγου ἐξεληλαμένου, καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν ἁπάντων πλὴν τῶν μάλιστα
D πονηροτάτων Ζηλωτῶν προθύμως δεχομένων καὶ τὴν πόλιν παραδιδόντων. ὡς γὰρ ἐν μέσῃ πόλει, ὥσπερ ἔφημεν, τὰ βασιλικὰ γράμματα, δι' ὧν κοινῇ τε καὶ ἰδίᾳ πολλὰ τὴν πόλιν εὐηργέτει, κατεφλέχθη ὑπὸ Ζηλωτῶν καὶ Παλαιολόγου, πρω-
V. 612 τοσέβαστος ὁ Μετοχίτης ἐν δεινῷ ἐτίθετο καὶ ἀποστασίαν ᾤετο παντάπασι τῆς Ῥωμαίων βασιλείας εἶναι. διὸ καὶ τοῖς

7. ἀπολείποιτο P.

perator multas ei possessiones dicabat, curabatque diligentissime, ut inde ad usus vitae necessarios copiae suppeditarent. Atque haec praeter eiusdem consilii populares nemo noverat. Paratis omnibus, cum id unum restaret, ut imperium recte constitueret, quo filiis defuncti imperatoris nulla eius recessu controversia de principatu relinqueretur, neque novam belli civilis occasionem invenirent, et iam opus inchoaturus esset, litterae Thessalonica cum aliorum civium, tum Metochitae protosebasti redduntur, quibus prior illa nequitia et impudentia Andreae Palaeologo, tamquam capiti et auctori omnium, tribuebatur. Et rogabatur, ut quantum posset, et quidem quam primum, urbi consuleret, neu pateretur primo quoque tempore sub Triballis futuram, nisi succurreret, neve Romanum imperium altero oculo privari sustineret: cum praesertim, eiecto Palaeologo, cives omnes praeter sceleratissimos Zelotas cum gaudio eum accepturi urbemque tradituri sint. Ut enim in foro, quod diximus, imperatoriae litterae, quibus ille publice privatimque beneficia distribui mandabat, a Zelotis et Palaeologo crematae sunt, Metochites protosebastus id facinus pro indigno habuit, nihilque aliud, quam absolutam a Ro-

ἄλλοις πολίταις κρύφα διαλεχθεὶς περὶ τοῦ πεπραγμένου, καὶ A. C. 1349 συναγανακτοῦντας πάντας εὑρηκὼς, ἔχων καὶ τὴν στρατιὰν αὐτῷ προσέχουσαν, διηνέχθη φανερῶς πρὸς Παλαιολόγον καὶ τοὺς Ζηλωτάς. Παλαιολόγος δὲ ὁρῶν ἐπ' αὐτὸν συνισταμένους τοὺς πολίτας, τοὺς παραθαλασσίους κατελάμβανεν, ὥσπερ καὶ τὸ πρότερον, καὶ πρὸς ὅπλα ἐκέλευε χωρεῖν, ὡς πρωτοσεβάστῳ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἀντικαταστησόμενος πολίταις. P. 765 ἐκεῖνοι δὲ ἐκ τῶν προτέρων τὰ δέοντα δεδιδαγμένοι, οὐ πρὸς ἀσχολίας ἐτράποντο καὶ μέλλησιν, ἀλλ' ἅμα τε ᾔσθάοντο μετὰ τῶν παραθαλασσίων ὁπλιζόμενον νυκτὸς, καὶ αὐτοὶ ἐπῄεσαν, μὴ περιμείναντες τὴν ἡμέραν, καὶ περιγενόμενοι, ἐξέωσαν τῆς πόλεως, τήν τε οἰκίαν ἐκείνου διήρπασεν ὁ δῆμος καὶ τὰς παραθαλασσίων· ἀπέθανε δὲ οὐδεὶς κατὰ τὴν μάχην. ὁ μὲν οὖν Παλαιολόγος εὐθὺς πρὸς πᾶσαν πεῖραν ἀπειπὼν, ἐπεὶ ἐξηλαύνετο τῆς πόλεως, πρὸς Κράλην ἦλθεν, ἔπειτα ἐκεῖθεν εἰς Ἄθω τὸν ἱερόν. οἱ Ζηλωταὶ δὲ ἐπεὶ τὸν B δῆμον ἄγειν ἠδύναντο οὐκέτι, οὐδὲ διαρπάζειν τὰς οἰκίας τῶν ἐχόντων, τὴν προτέραν ἀποθέμενοι ὑπόκρισιν, ὡς ὑπὲρ βασιλέως ἀγωνίζονται τοῦ νέου, ἔπρασσον, ὅπως ἡ πόλις προδοθείη Τριβαλοῖς. Κράλης γὰρ οὐδαμῶς ἐφείδετο χρημάτων, ἀλλὰ παρεῖχέ τε πολλὰ, καὶ πλείω ἐπηγγέλλετο. ἦν γὰρ καὶ ἄλλως μὲν πρὸς εὐεργεσίας ὁ ἀνὴρ φιλότιμος, μάλιστα δὲ πρὸς τὴν Θεσσαλονίκης αἵρεσιν πάντα δεύτερα ἡγεῖτο, εἰδὼς, ὡς, εἰ γένοιτο κύριος τῆς πόλεως, τά τε ἀναλωθέντα ἀ-

mano imperio defectionem, esse censuit. Quam ob rem clam cum civibus ea de re sermocinatus, cum omnes aeque stomachantes reperisset, teneretque auctoritate sua praesidium, aperte se a Palaeologo et Zelotis seiunxit. Palaeologus cives in se conspirantes animadvertens, parathalassios, (id est ad mare seu in littore habitantes,) ut etiam ante, occupavit, et arma capere iussit, contra protosebastum aliosque cives se defensurus videlicet. Qui ex praeterito casu facti cautiores, non iam otio et cunctationi indulgebant, sed simulac eum senserunt noctu cum parathalassiis in armis esse, non exspectata luce, in illum invaserunt, victum urbe pepulerunt. Eius et parathalassiorum domos populus diripuit, in pugna tamen eorum nemo cecidit. Palaeologus confestim rebus suis diffisus, ad Cralem, inde postea ad sanctum montem Atho venit. Zelotae cum populum amplius concitare non possent, nec divitum aedes diripere, abiecta persona, qua se pro iuniore imperatore contendere simulabant, ut civitas Triballis proderetur, laborarunt. Crales enim ob id grandem pecuniam effundebat, grandiorem promittebat: homo, qui etiam alioqui ex largitionibus famam aucuparetur. Verum nihil erat, quod ei prae Thessalonica non sorderet: quam si occupasset, impensam se refecturum, nec pusillam Romani imperii partem, tam spatiosa urbe ad ceteras iam ante occupatas adiuncta,

A. C. 1349 νασώσεται, καὶ μέρος οὐ μικρὸν τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἕξει, C τηλικαύτην πόλιν ταῖς προκατειλημμέναις τοσαύταις οὔσαις ἐπιθείς. ἀφειδῶς οὖν ἐκκενῶν τὰ χρήματα, τούς τε Ζηλωτὰς καὶ δι' ἐκείνων οὐκ ὀλίγους ἔπεισε τῶν πολιτῶν αὐτῷ προσέχειν, ὥστε καὶ ἀναφανδὸν ἐδικαιολόγουν ὑπὲρ τοῦ δεῖν ἐκείνῳ προσχωρεῖν, βλάπτειν τὰ μέγιστα δυναμένῳ διὰ τὸ τὴν χώραν ἅπασαν ἔχειν ὑφ' ἑαυτὸν καὶ δύνασθαι πολιορκεῖν, καὶ ὠφελεῖν ἐθέλοντι, εἰ προσχωροῖεν. αὐτός τε ὁ Κράλης, ἐκείνων ἐναγόντων, περιεστρατοπεδεύετο καὶ ἐπολιόρκει. ἃ πρωτοσέβαστός τε ὁρῶν καὶ οἱ φιλοῤῥώμαιοι τῶν πολιτῶν, οὔτε περιγίνεσθαι τῶν προδιδόντων ἦσαν δυνατοὶ διὰ τὴν ἔξωθεν ἐπικειμένην δύναμιν, ἄλλως τε καὶ τοῦ δήμου πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀχθομένου καὶ λύσιν οἰομένου τῶν κα- D κῶν τὴν ὑπὸ Τριβαλοῖς δουλείαν ἔσεσθαι, οὔτε ἠνείχοντο τήν τε πόλιν Ῥωμαίους οὖσαν τηλικαύτην ἀποστερηθῆναι καὶ αὐτοὺς ἐν ἀνδραπόδων μοίρᾳ δουλεύειν τοῖς βαρβάροις. διὰ ταῦτα ἐδέοντο βασιλέως, μὴ σφᾶς περιιδεῖν, ἀλλὰ τὴν ταχίστην ἐπιβοηθεῖν, ὡς εἴσω ὀλίγων ἡμερῶν, εἰ μὴ ἐπικουροίη, τῆς πόλεως ἁλωσομένης. τοιαῦτα μὲν ἐκεῖνοι ἔγραφον. βασιλεῖ δὲ τότε τοιαύτης πόλεως κινδυνευούσης μηδεμίαν πρόνοιαν ποιήσασθαι δεινὸν ἐδόκει, καὶ πρὸς τὸ τῶν δεδογμένων ἀμελήσαντα αὖθις ἐπὶ πολέμους τρέπεσθαι καὶ στρατηγίας ἐδυσχέραινεν. ὅμως τῆς κοινῆς ὠφελείας Ῥωμαίων τὴν ἰδίαν δευτέραν θέμενος, P. 766 αὖθις ἔπραττεν, ὅπως μὴ ἀπόλοιτο Θεσσαλονίκη. καὶ ἔγρα-

23. ἐν δευτέρῳ M. 24. ἀπόληται P.

habiturum sciebat. Itaque profusis donationibus, et Zelotas et per illos non paucos cives ad se traduxit, ut etiam palam affirmaret, iuste ac merito ad se transiri, qui quando totam provinciam obtineret, urbem obsidere et detrimenta inferre quam gravissima posset, et si se dederent, illis commodare vellet. Quibus conditionem reiicientibus, urbem cinxit atque obsedit. Quod cum protosebastus et cives Romanorum studiosi cernerent, neque proditoribus praevalere poterant propter vim, quae foris instabat, (cum praesertim et populus, obsidionem aegre ferens, Triballis subiici fore malis liberari, putaret,) neque tam amplam urbem Romanis eripi, et se barbaris servitutem servire aequis animis patiebantur. Quapropter imperatorem obsecrabant, ne sui esset immemor, sed quam citissime opem ferret. Nam si moraretur, urbem paucis diebus in hostium potestatem venturam. Haec illi scripserunt. Imperator tam praeclarae urbi, tam periculose laboranti, non venire auxilio, inhumanum existimabat, et tamen deponere, quod animo constitutum habebat, et ad bella ductandosque exercitus redire gravabatur. Nihilo minus utilitatem suam communibus Romanorum commodis postponens, iterum sata-

φε μὲν ἐκείνοις, ἀνθίστασθαι τοῖς προδιδοῦσι καὶ μὴ ῥᾳθυμεῖν, A. C. 1349 ὡς καὶ αὐτοῦ τὴν βοήθειαν ὀξεῖαν ποιησομένου. ἔπεμπε δὲ καὶ πρὸς Ὀρχάνην τὸν γαμβρὸν πρεσβείαν, στρατιὰν αἰτῶν πρὸς συμμαχίαν. ὁ δὲ αὐτίκα τὸν υἱὸν ἐκέλευε Σουλιμὰν δισμυρίους ἱππέας ἔχοντα ἐπὶ Τριβαλοὺς συστρατεύεσθαι τῷ βασιλεῖ. ὁ βασιλεὺς δὲ βουλόμενος καὶ βασιλέα τὸν γαμβρὸν ἐπὶ τὴν εἰς Θεσσαλονίκην ἐπάγεσθαι στρατείαν, ἐφώπλιζε τριήρεις, ὡς ἀσφαλῶς ἐν αὐταῖς ἅμα ἐκείνῳ εἰς Μακεδονίαν καταπλεύσων. ἤδη γὰρ V. 613 τοὺς βαρβάρους ζηλοτυποῦντας πρὸς τὸν νέον βασιλέα καὶ ῥᾳ- B δίως ἀποκτενοῦντας, εἰ γένοιντο ἐν ἐφικτῷ. νόμος γάρ ἐστιν αὐτοῖς βαρβαρικὸς πάντα τὸν πρὸς τὴν ἀρχὴν ἀμφισβητήσοντα ἀποκτιννύναι, καὶ μηδεμιᾶς φείδεσθαι μήτε ἡλικίας, μήτε συγγενείας. διὸ καὶ κατὰ τὰς ἀρχὰς μάλιστα τῶν βασιλέων τῆς εἰρήνης, μετὰ τὸ τὸν νέον βασιλέα Ἑλένῃ τῇ βασιλίδι συνοικεῖν, νομίσας ὁ Ὀρχάνης φίλα πράττειν βασιλεῖ τῷ κηδεστῇ, εἰ τρόπῳ δή τινι τὸν νέον βασιλέα ἀποκτείνοιεν, ἐκτομίαν τινὰ Μερτζιάνην προσαγορευόμενον, καὶ ἑτέρους οὐκ ὀλίγους ἔχοντα, ἐπὶ ῥώμῃ σώματος καὶ εὐτολμίᾳ παρ' αὐτοῖς θαυμαζομένους, ἔπεμπεν ὡς βασιλέα, πρόφασιν μὲν, ὡς ἀναγκαίων τινῶν πρεσβευσομένους πέρι, τῇ δ' ἀληθείᾳ, ἵν', εἰ C δύναιντο, βασιλέα τὸν νέον ἀποκτείνοιεν. ἀπιστεῖν δὲ οὐ χρὴ λογιζομένους, ὡς οὐκ ἐξῆν τοιαῦτα ἀκινδύνως τολμᾶν ἐν μέσοις Ῥωμαίοις. ἔθος γὰρ αὐτοῖς οὐ πρὸς ἀλλοφύλους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους τοιαῦτα πράττειν, καὶ ἑκοντὶ

10. ἀποκτενοῦντες M. mg. 15. φιλοπράττειν M.

gebat, ne Thessalonica periret. Rescribit igitur illis, segnitiem ab se amoveant, proditoribus se opponant, auxilia propediem missurum. Mittit etiam ad Orchanem generum et copias ab eo subsidiarias petit. Is subito Sulimano filio mandat, cum viginti equitum millibus imperatori militet. Volens autem imperator etiam imperatorem generum in expeditionem Thessalonicensem secum educere, triremes armatis complet, quibus tuto in Macedoniam cum eo navigaret. Non enim ignorabat, barbaros malevolentia in eum suffusos, et si eum possent adipisci, facile interempturos. Est siquidem apud eos immanis ista consuetudo, quemvis imperii aemulum occidere, et in eo nulli vel aetati, vel cognationi parcere. Hinc et principio statim pacis inter imperatores factae, post Helenam imperatori iuniori nuptam, opinatus Orchanes, gratum se facturum socero, si quo modo iuniorem imperatorem iugularet, eunuchum quemdam, Mertzianem vocabulo, et plures alios robore corporis confidentiaque insignes misit: obtentu quidem legationis necessariae, re ipsa, ut eum data occasione obtruncarent. Nec igitur fides huic narrationi deroganda est, quasi haec in medio Romanorum citra periculum auderi

A. C. 1349 τὸν θάνατον αἱρεῖσθαι ὑπὲρ τοῦ τὸν πολέμιον τῷ σφετέρῳ
δυνάστῃ ἀνελόντας, χάριν μεγίστην καταθέσθαι καὶ παισὶ
καὶ τοῖς οἰκείοις τὴν ἐκείνου εὔνοιαν καταλιπεῖν, ὥσπερ δῆτα
καὶ ὁ Μερτζιάνης οὗτος σαφέστατα εἰδὼς, ὅτι καὶ αὐτὸς ἀ-
ποθανεῖται, ὅμως ὑφίστατο τὴν ἐπιχείρησιν, διὰ τὴν πρὸς
τὸν Ὀρχάνην εὔνοιαν τὴν οἰκείαν σωτηρίαν καταπροδιδούς.
βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς, ἐπεὶ ᾐσθάνετο μηνυθεῖσαν τὴν
D τοῦ παιδὸς ἐπιβουλὴν, ἐκεῖνον μὲν ἐκέλευε μὴ χωρὶς αὐτοῦ
προβαίνειν βασιλείων μήτε νῦν, μήθ' ὕστερον, Βυζαντίῳ μά-
λιστα ἐκ τῶν βαρβάρων πρέσβεων ἐπιδημούντων· Μερτζιά-
νην δὲ, ταχεῖαν τὴν ἀπόκρισιν ποιησάμενος ἐφ' οἷς ἐπρέσβευεν,
ἀπέπεμπε. διὰ ταύτην οὖν τὴν πρὸς τον νέον βασιλέα τῶν
βαρβάρων δυσμένειαν τὰς τριήρεις ἐφοπλίσας παρεσκευάζετο
καὶ αὐτός. γνώμην δὲ εἶχεν, ὡς νῦν μὲν ἐξ ἐφόδου κακουρ-
γήσων τε τὰ Τριβαλῶν καὶ Θεσσαλονίκην τῶν κινδύνων ἀ-
παλλάξων· ἤδη γὰρ καὶ περὶ ἐκβολὰς τοῦ φθινοπώρου ἡ ὥ-
ρα ἦν· ἔπειτα βασιλέα μὲν τὸν νέον ἐκεῖσε καταλείπειν,
αὐτὸς δὲ εἰς Βυζάντιον ἐπανελθὼν καὶ παρασκευασάμενος
τοῦ χειμῶνος, μετὰ μείζονος τῆς παρασκευῆς καὶ χρονισού-
P. 767 σης ἐπελθεῖν. ἃ τῇ βασιλίδι Ἄννῃ οὐκ ἤρεσκε παντάπασιν,
ἀλλὰ ἐδεῖτο βασιλέως καὶ παρῄνει, μὴ τὸν υἱὸν ἐκεῖσε κατα-
λείπειν, ἀλλ' ἔχοντα ἐπαναστρέφειν. δεδιέναι γὰρ ἔφασκεν
οὐ μᾶλλον τοῦ παιδὸς τὴν ἡλικίαν οὖσαν εὐεξαπάτητον, ὅσον

20. ἐπανελθεῖν M. mg. οὖν P. 23. ἐξαπάτητον M. mg.

non potuerint. Mos enim illis erat, non apud exteros et alienigenas modo, sed in sua item gente huiusmodi facinus designare et sponte sua leto caput offerre pro eo, quod inimicum dynastae suo trucidantes, gratiam inirent maximam liberisque ac familiae suae benevolentiam illius, velut patrimonium quoddam, relinquerent: quomodo nimirum etiam hic Mertzianes se cum sanguine poenas expensurum nihil dubitans, tamen conatum suscepit, et qua erat in Orchanem propensione, salutem suam prodidit. Imperator Cantacuzenus ubi insidias factas cognovit, adolescentem absque se nunquam extra palatium prodire voluit, potissimum barbarorum legatis Byzantii versantibus; Mertzianem vero, celeriter ad legationem dato responso, dimisit. Ob hanc igitur erga iuniorem imperatorem barbarorum malignitatem, armatis in triremes impositis, et ipse se comparabat. Habebat autem propositum, nunc quidem primo impetu Triballos obsidione depellere et Thessalonicam discrimine liberare; iam enim et autumnus senescebat; deinde imperatorem iuvenem ibi relinquere, ipse Byzantium redire et per hiemem se instruere, atque cum maiore ac diuturniore apparatu reverti: quod Augustae Annae nullo modo probabatur: rogabatque et admonebat, ne filium ibi relinqueret, sed cum eo rediret: timere enim se non magis

τῶν ἑσπερίων τὴν μοχθηρίαν καὶ τὴν ἑτοιμότητα πρὸς νεω- A. C. 1349
τερισμούς· ἃ φυλάττεσθαι παρῄνει, μὴ, ὑπ' ἐκείνων ἐξαπα-
τηθέντος τοῦ νέου βασιλέως, στάσις αὖθις καὶ πόλεμος με-
ταξὺ Ῥωμαίων ἐξαφθῇ, καὶ τοῖς πράγμασι καὶ σφίσιν αὐ-
τοῖς λυμήνηται τὰ μέγιστα. βασιλεὺς δὲ ἐπῄνει τε τῆς παραι-
νέσεως τὴν βασιλίδα, ὡς ἀληθοῦς καὶ δικαίας οὔσης καὶ τῆς
πρὸς αὐτὸν φιλίας ἄκρως ἐχομένης καὶ κηδεμονίας τῶν κοι-
νῶν, καὶ παρῄνει καὶ αὐτὸς θαῤῥεῖν, ὡς μετὰ τὴν εἰς Θεσ- B
σαλονίκην ἐπιδημίαν, ὅ,τι ἂν δοκοίη μάλιστα λυσιτελεῖν ποι-
ήσοντος. οὐδὲ γὰρ οὐδ' αὐτῷ μάλιστα τῶν ἀγαθῶν δοκεῖν
βασιλέα τὸν υἱὸν μόνον καταλείπειν μέλλοντα ἐπιπολὺ ἀπέ-
σεσθαι αὐτοῦ· ἀλλὰ νῦν μὲν ὥσπερ ἔφοδον ποιεῖσθαι διὰ
τὸν Θεσσαλονίκης κίνδυνον ὀξὺν ὑποπτευόμενον· ὃν οὐχ ἡ
ἀδυναμία τῶν ἐνοικούντων μᾶλλον ἐπήγαγεν, ἢ ἡ μοχθηρία·
ἐκεῖσε δὲ γενόμενον καὶ τοὺς προδιδόντας τοῖς Τριβαλοῖς τὴν
πόλιν ἐξελάσαντα, βασιλέα μὲν τῇ πόλει καταλείπειν τοῦ χει-
μῶνος κωλύσοντα τοὺς προδιδόντας, εἴ τινες ὑπολειφθεῖεν C
ἔτι· οὐ γὰρ δὴ κοινῇ παρόντος αὐτοῦ βουλήσονται αὐτόν V. 614
τε καὶ τὴν πόλιν προδιδόναι, κἂν εἰς ἄκρον μάλιστα ἐλά-
σωσι μοχθηρίας· ἔπειτα ἅμα ἦρι μετὰ πλείονος ἐπελθόντα
τῆς παρασκευῆς καὶ αὐτὸν, τότ' ἤδη θεοῦ συναιρομένου, οὐ
περὶ Θεσσαλονίκης μόνον ποιήσεσθαι τὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ
περὶ τῆς ἄλλης Μακεδονίας καὶ Θετταλίας καὶ Ἀκαρνανίας,

17. κωλύσαντα M. mg.

adolescentis aetatem fraudi opportunam, quam improbitatem occidentalium et proclives ad res novandas animos, quae cavere hortabatur, ne, ab illis decepto iuvene, seditio et bella inter Romanos redintegrascerent: quod et ipsis et rei publicae damnosissimum accideret. Imperator consilium imperatrciis, ut verum ac iustum, et cum erga se amicitiae voluntatis, tum erga rem publicam sollicitudinis plenum laudare, iubereque bono esse animo. Facturum enim post adventum Thessalonicam, quae conducere maxime arbitraretur; neque enim ipsi videri filium illic solum relinquendum esse, cum ipse diutius inde abfuturus sit. Et nunc quidem ceu impressionem faciendam, quandoquidem in gravi periculo civitas versari videatur, quod ei non tam infirmitas incolarum, quam perversitas attulerit: et se, cum ibi fuerit, expulsis, qui urbem Triballis prodere cogitassent, imperatorem iuvenem ibidem per hiemem relicturum, qui proditoribus, si qui superfuerint, obsistat. Non enim utique eo praesente communi sententia, ut vel scelestissimi sint, ipsum cum civitate hostibus tradituros. Vere ineunte, ubi et ipse cum maiore apparatu advenerit, tum iam Deo adiuvante, non de Thessalonica solum, sed et de reliqua Macedonia, Thessalia et Acarnania (quas, dum bellum gerere-

A. C. 1349 ἃς ἔχουσιν οἱ Τριβαλοὶ κατασχόντες ἐπὶ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον. τοιούτοις μὲν δὴ λόγοις ἔπειθε τὴν βασιλίδα, οὐ πάνυ πειθομένην.

A. C. 1350 ιζ΄. Αὐτὸς δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο τὴν Περσικὴν στρατιὰν τὸν
D Ἑλλήσποντον περαιουμένην, καὶ αἱ τριήρεις παρεσκευασμέναι ἦσαν, ἀπέπλει κατὰ τάχος, καὶ βασιλέα τὸν νέον ἔχων. καὶ γενόμενος ἐν Ἑλλησπόντῳ, βασιλέα μὲν τὸν νέον κατελίμπανεν ἐν ταῖς τριήρεσιν, αὐτὸς δὲ πρὸς τὴν ἤπειρον ἐξελθὼν, συνεμίγνυτο τῆς στρατιᾶς τοῖς ἡγεμόσι, καὶ παρῄνει, ᾗ χρὴ ποιεῖσθαι τὴν ὁδοιπορίαν· πρόνοιάν τε ἐποιεῖτο οὐκ ὀλίγην τοῦ μὴ τὴν Μακεδονίαν διαφθείρειν αὐτῷ ὑπήκοον αὐτίκα
P. 768 ἐσομένην, ἀλλ' ἐπειδὰν εἰς Θεσσαλονίκην ἀφίκωνται, αὐτῷ μελήσειν, ᾗ χρὴ κακοῦν τὴν πολεμίαν. τόν τε Ματθαῖον τὸν υἱὸν ἐκέλευε τὴν Ῥωμαίων ἔχοντα στρατιὰν, μετὰ τῶν ἡγεμόνων ἡγεῖσθαι τοῖς βαρβάροις τὴν εἰς Θεσσαλονίκην. σκοπὸς δὲ ἦν αὐτῷ, ὡς ἐκεῖ μὲν βασιλέα τὸν νέον καταλείψοντι ἐν ἀσφαλείᾳ, αὐτὸς δὲ Ῥωμαίους, ἅμα καὶ βαρβάρους ἄγων, εἰς τὴν πολεμίαν ἐμβαλεῖν. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν ἠπειρῶτιν στρατιὰν εὖ διαθέμενος, ὡς ἐδόκει, ἔπειτα ἀνήγετο ἐν ταῖς τριήρεσιν. ὁδοῦ δὲ πάρεργον καὶ τῆς Ἠϊόνος πόλεως παραλίου κατὰ τὴν Θρᾴκην, ἣ νῦν Ἀνακτορόπολις καλεῖται, τῶν
B τειχῶν ἀπεπειρᾶτο, ἧς ἦρχεν Ἀλέξιός τις ἐκ Βιθυνίας ὡρμημένος ἐκ κώμης τινὸς Βελικώμης προσαγορευομένης· ὃς κατὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον Ἀποκαύκῳ τῷ μεγάλῳ δουκὶ ἐμισθοφόρησεν οὐκ ὀλίγον χρόνον μονήρους ἄρχων λῃστρικῆς,

1. τῶν τ. π. χρόνων P. 21. κατὰ τὴν Θρᾴκην om. P.

tur, Triballi occuparint,) ad eos verba facturum. Hac ratione Augustam, quod nitebatur, non admodum flexit.

17. Imperator ut Persicas copias ad Hellespontum transmittere intellexit, paratis iam triremibus, celeriter solvit, imperatorem iuniorem secum ducens. Cumque in Hellesponto esset, eo in navibus relicto, ipse in continentem egressus, duces admonebat, qua incederent, cavebatque diligenter, ne Macedoniam, suam mox futuram, popularentur, sed cum Thessalonicam venissent, sibi curae futurum, quatenus regionem hostium infestarent. Et Matthaeum filium, Romanas agentem copias, cum ducibus praeire Thessalonicam barbaris iussit. Scopus autem illius erat, ut, cum ibi in tuto imperatorem iuniorem reliquisset, ipse cum Romanis et barbaris in hostium provinciam irrumperet. Ubi igitur, ut videbatur, exercitum terrestrem recte constituit, triremibus in altum est provectus. Obiter porro atque in transitu Eïones, urbis maritimae in Thracia, quae nunc Anactoropolis vocatur, moenia tentavit, cui praeerat quidam Alexius Bithynus, e vico quodam, nomine Bellicoma, oriundus, qui bello civili sub Apo-

ὕστερον δὲ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν τοῖς ἄλλοις ὁμοίως καὶ A. C. 1350 αὐτὸς διὰ τὴν ἀναρχίαν ἐπὶ νεωτερισμοὺς χωρήσας, οὐ τὴν Ἠϊόνα μόνον δὴ ταύτην ἑαυτῷ περιεποίησε κρατήσας, ἀλλὰ καὶ Χριστούπολιν ἐκάκου, ὅσα δυνατὰ, καὶ Θασίοις καὶ Λημνίοις λυπηρὸς ἦν, πάντα ὑφ' ἑαυτῷ βουλόμενος ποιεῖσθαι καὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀποτέμνειν. δι' ἃ ὁ βασιλεὺς καταπλέων ἐπέθετο τῇ Ἠϊόνι, καὶ τειχομαχίας ἐπὶ δύο καὶ τρισὶν ἡμέραις ἐποιήσατο, καὶ τῶν μὲν τειχῶν ἥττων ὤφθη, τῶν περὶ Ἀλέξιον ἀμυνομένων κραταιῶς· πλοῖα μέντοι, ὅσα C ἦν, καὶ μονήρεις πειρατικὰς, ἃς αὐτὸς ἐχρῆτο πρὸς λῃστείας, πάντα ἀνάλωσε πυρί. ἔτι δὲ αὐτῷ περὶ ἐκεῖνα διατρίβοντι τὰ μέρη ἠγγέλλετο, ὡς ἡ κατὰ συμμαχίαν ἀφικνουμένη ἀναστρέψειε στρατιὰ Περσῶν. ἐδόκει μὲν οὖν τότε τοῖς πολλοῖς ὑπό τινων Ῥωμαίων τοὺς Πέρσας ἀναπεπεῖσθαι ἀναστρέφειν ἔχθει τῷ πρὸς τὸν νέον βασιλέα, ὡς ἂν μὴ ἡ Ῥωμαίων αὔξοιτο ἀρχή. τὸ δὲ οὐ τοιοῦτον ἦν, ἀλλὰ παντάπασιν ἡμάρτανον οἱ ὑποπτεύοντες τῆς ἀληθείας. Ὀρχάνης γὰρ μετὰ τὸ τὴν στρατιὰν εἰς τὴν Θρᾴκην περαιωθεῖσαν τῆς εἰς ἑσπέραν V. 618 ἔχεσθαι ὁδοῦ γράμματα τῷ υἱῷ Σουλιμὰν ἐν ἀποῤῥήτῳ πέμψας, ἐκέλευεν ἀναστρέφειν· ἐπιέναι γὰρ αὐτῷ τῶν ὁμόρων D Περσῶν τοὺς δυνατωτάτους, καὶ τὴν στρατιὰν παρεῖναι δέον καὶ ἀμύνεσθαι τοῖς ἐπιοῦσιν. ἐκέλευε μέντοι μὴ κατάδηλον Ῥωμαίοις τὴν αἰτίαν τῆς ἀναχωρήσεως ποιεῖν, ἵνα μὴ ὁ βασιλεὺς αὐτῷ ὀργίζοιτο, ἀλλὰ πλασάμενόν τινας αἰτίας ἀνα-

4. Θυσίοις M. mg.

caucho magno duce meruerat, et non parum diu uniremis praedatoriae praefectum egerat. Post cuius necem, similiter ut alii, propter interregnum res novas moliens, non hanc urbem solum sibi subiecit, sed etiam Christopoli nocuit, quantum potuit, Thasiosque et Lemnios pressit, omnia a Romano imperio avellere sibique subiugare concupiscens. Quocirca descendens imperator Eïonemque adortus, biduum aut triduum muros oppugnavit, nec, Alexianis fortiter defendentibus, expugnavit: naves vero ad unam, et triremes piraticas, quibus Alexius utebatur, flammis combussit. Adhuc in illis locis moranti nuntiatur, Persas, qui auxilio venerant, abiisse. Visum tunc compluribus, a Romanis quibusdam Persas ad discedendum incitatos: odio scilicet iunioris imperatoris, ne Romanum imperium augeretur. Id autem secus erat, et omnimodis a vero aberrabat suspicio. Orchanes siquidem post exercitum in Thraciam traiectum, ut in occidentem pergeret, missis occulte ad filium Sulimanum litteris, reditum praecipiebat: se enim a vicinis et potentissimis Persarum dynastis invadi: ad quos profligandos iis copiis sibi opus sit. Iubebat item, ne reversionis causam Romanis indicaret, ne imperator sibi irasceretur: sed fingeret

A. C. 1350 στρέφειν. ἃ Σουλιμὰν ἐποίει ἢ αὐτῷ ὁ πατὴρ προσέταττε, καί τινα πλασάμενος μὴ ὄντα, ἐκ τοῦ κατὰ τὸν Ἕβρον πόρου πρὸς τὴν Μυσίαν ἐπὶ λεηλασίαν ἀπεχώρει, καὶ πλῆθος ὁμοῦ βοσκημάτων καὶ ἀνθρώπων ἐλάσας αἰχμαλώτων ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἐπεραιοῦτο. Ματθαῖος δὲ ὁ τοῦ βασιλέως υἱὸς ἐπεὶ μὴ τῇ Ῥωμαίων μόνῃ στρατιᾷ δυνατὸς ἦν τὴν πρὸς Θεσσαλονίκην ἀπιέναι διὰ πολεμίας, ποταμῶν τε ἀεννάων διιόντων ἐν τῷ μεταξὺ καὶ οὐ ῥᾴδιον τὸν πόρον παρεχομένων, καὶ P. 769 Τριβαλῶν ἐνεδρευόντων, ὄντων δυνατωτέρων, ἢ καθ' ἣν ἦγεν αὐτὸς Ῥωμαίων στρατιὰν, ἀνέστρεφε καὶ αὐτὸς καὶ διέλυε τὸ στράτευμα· βασιλεῖ τε τῷ πατρὶ ἐδήλου τὴν αἰτίαν τῆς κωλύμης. βασιλεὺς δὲ ἠγανάκτει μὲν πρὸς τὰ συμβάντα, πρός τι δὲ λυσιτελέστερον οὐκ ἔχων τρέπεσθαι, ἐχώρει τὴν εἰς Θεσσαλονίκην, ἐκ τῆς Ἠϊόνος ἄρας, καὶ τὴν νύκτα ἐκείνην ὡρμίσατο ἐπ' ἀγκυρῶν Ἀμφιπόλεως ἐγγὺς ὑπὸ Τριβαλῶν κατεχομένης. ἧς ἐπετρόπευε Μπραϊάνης, βασιλεῖ ἐς τὰ μάλιστα φίλος ὢν ἐκ τῆς πρὸς αὐτοὺς διατριβῆς· πρὸς ὃν ἀκατίου ἐπιβὰς νυκτὸς, ἀφίκετο εἰς Ἀμφίπολιν ὁ βασιλεὺς κρύ- B φα καὶ διειλέχθη. ὁ δὲ τά τε πρὸς αὐτὸν εὖ διέθετο βασιλεῖ ἐπαγγειλάμενος πάντα ποιήσειν κατὰ γνώμην, καὶ τοῖς ἄλλοις βασιλέως φίλοις ὑπέσχετο διαλεχθήσεσθαι, ἵν' ἐν καιρῷ προσήκοντι χρήσιμοι ὀφθεῖεν βασιλεῖ, ἀπήγγελλέ τε, ὡς περὶ Στρυμμόνα νῆες ὁρμίζονται δύο καὶ εἴκοσι Περσικαὶ ἐπὶ λεηλασίᾳ ἀφιγμέναι. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς τοιαῦτα ἐπὶ νυκτὸς

16. Μπραϊάνος M.

aliquid, atque ita rediret. Quae praecepta patris sui agitans Sulimanus, Hebro transmisso, in Moesiam populatum abiit, et cum pecorum hominumque magno numero in Asiam renavigavit. Matthaeus, quoniam cum solis Romanis per hostes ire non poterat, perennibus etiam in medio fluviis haud facilem transitum concedentibus, et Triballis vias insidentibus, ac firmioribus multitudine, quam pro copiis Romanis, quas ducebat, etiam ipse reversus est, et exercitus dissipatus: patrique, quid sibi obstitisset, indicavit. Imperator hoc eventu stomachatus, cum, quid potius ageret, non haberet, Eïone Thessalonicam proficiscens, nocte illa prope Amphipolim, quam Triballi tenebant, iactis anchoris mansit. Eam Braianes regebat, imperatori ob veterem consuetudinem coniunctissimus: ad quem noctu navigiolo clam venit, et cum eo sermonem habuit. Qui quod ad se attinebat, bene imperatori volens, omnia ex eius complacito facturum, et cum aliis eiusdem amicis acturum recipiebat, ut opportuno tempore illi operam navarent: nuntiabatque, ad Strymonis ripas naves Persicas duas supra viginti populandi causa appulsas. Imperator, finito hoc nocturno colloquio, ad triremes revertit, cautione magna adhibita,

διαλεχθεὶς, πάλιν εἰς τὰς τριήρεις ἀπεχώρει, πρόνοιαν πολλὴν ποιούμενος τοῦ μὴ φανερὸς εἶναι διειλεγμένος τῷ Τριβαλλῷ. ἅμα δὲ ἕῳ ἔπεμπεν ἐπὶ τοὺς Πέρσας καὶ ἐκάλει ἐπὶ συμμαχίαν· οἱ δὲ παρῆσαν οὐδὲν μελλήσαντες. οὓς ἄγων μετὰ τῶν τριηρέων ἀφῖκτο εἰς Θεσσαλονίκην, εὗρε δὲ τὸν δῆμον καὶ τοὺς Ζηλωτὰς πρὸς τοὺς ἀρίστους διαστασιάζοντας, καὶ κοινῇ κακῶς τὴν πόλιν ἔκ τε τῶν ἔξωθεν πολεμίων καὶ τῶν ἔνδον ἐπιβούλων ἔχουσαν. πάντα δὲ εὐθὺς διέλυε τὰ δεινὰ ἐπιφανείς, καὶ ἡ πᾶσα πόλις ἐν ἑορταῖς ἦσαν, καὶ μετὰ πολλῆς εὐφημίας ὑπεδέχοντο τοὺς βασιλέας. μικρὸν δὲ μετὰ τὴν ἐπιδημίαν Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς ἐκκλησίαν πάνδημον ἐκ τῶν Θεσσαλονικέων συναθροίσας, περί τε τοῦ συμβεβηκότος πρὸς αὐτὸν πολέμου τοῖς Ῥωμαίοις διειλέχθη, ὡς οὐκ αὐτοῦ παρασχομένου τὰς αἰτίας, ἀλλὰ τῶν σεσυκοφαντηκότων, καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτοῖς Ζηλωτῶν, ὡς οὔτε πρότερον τῆς εἰς βασιλέα τὸν νέον ἕνεκα εὐνοίας τὸν πόλεμον κινοῖεν πρὸς αὐτόν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ διαρπάζειν τὰ τῶν ἐχόντων, ἄποροι ὄντες αὐτοὶ ὡς τὰ πολλά· καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον παρὰ Τριβαλῶν χρηματιζόμενοι, οὐ βασιλέα μόνον, ὑπὲρ οὗ ἀγωνίζεσθαι ἰσχυρίζοντο, ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν πᾶσαν προὐδίδοσαν ἰδίας ὠφελείας ἕνεκα, καὶ ἀπεδείκνυεν ἐκ πολλῶν οὐ βασιλεῖ τῷ νέῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι Ῥωμαίοις καὶ τοῖς πολίταις δύσνους ἐξαρχῆς· καὶ ἐκέλευε συλλαμβάνεσθαι τοὺς μάλιστα ἐν λόγῳ, οὓς καὶ εἰς Βυζάντιον ἤγαγεν ἐπανελθών. τοὺς δ' ἄλλους τῆς πόλεως ἐκέλευεν ἐξωθεῖσθαι· τούς τε

A. C. 1350 — C — D

ne cum Triballo congressus resciretur. Diluculo Persas ad auxilium invitat, qui sine mora advolant, cum iis Thessalonicam defertur, ubi populum et Zelotas ab optimatibus dissidentes invenit: et urbem tum ab externis hostibus, tum ab internis insidiatoribus afflictatam communiter. Verum omne malum adventu suo discussit, totaque civitas festum diem agens et acclamationes ingeminans, imperatores laeta suscepit. Secundum adventum Cantacuzenus, vocato in concionem populo, de bello, quod contra se Romani movissent, disseruit: non sibi, sed sycophantis causam illius adscribendam: et de Zelotis ipsorum, qui neque antea, quasi imperatori iuniori studerent, arma in se movissent, sed ut locupletum facultates diriperent, ipsi plerique omnes egentes: et nunc nihilo minus Triballorum largitionibus corrupti, non imperatorem modo, pro quo se pugnaturos affirmassent, sed et urbem totam propter compendium suum prodiderint. Ac multis argumentis demonstrabat, non solum imperatori iuniori, sed universis quoque Romanis et civibus inde ab initio malevolos exstitisse: praecipuosque comprehendi imperabat, quos et Byzantium secum adduxit. Alios urbe fugari iussit: Triballos vero propugnaculis circum

A.C. 1350 Τριβαλοὺς τῶν περὶ τὴν πόλιν φρουρίων ἐξήλαυνε, τοὺς μὲν
δραπετεύοντας καὶ πρὸ τῆς συμβολῆς, ἐνίους δὲ καὶ μάχαις,
πέμπων στρατιάν· καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ καθαρὰν ἀπεδείκνυ
τὴν χώραν πολεμίων. ἦσαν γὰρ πρὶν βασιλέα ἥκειν πᾶσαν
τὴν ἔξω πυλῶν χώραν οἱ Τριβαλοὶ διανενεμημένοι.
P. 770 ιη'. Ἐν τούτῳ δὲ ἐκ Βενετίας πρὸς βασιλέα τέτταρες
V. 616 ἀφίκοντο τριήρεις εἰς Θεσσαλονίκην, ἄγουσαι πρεσβευτὴν τῶν
παρ' αὐτοῖς ἐπιφανῶν Ἰάκωβον Μπραγαδῖνον· ὃς μεγάλα
B ἐπηγγέλλετο βασιλεῖ ἐκ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου Βενετίας,
εἰ αὐτοῖς πρὸς τοὺς ἐκ Γεννούας Λατίνους συμπολεμοίη. κε-
κίνητο γὰρ αὐτοῖς διαφορὰ μεγίστη· ἐδέοντό τε εἰς Βυζάν-
τιον ἐπανελθόντα πόλεμον αἱρεῖσθαι πρὸς ἐκείνους μετ' αὐτῶν.
ὑπώπτευον γὰρ ἐκ τοῦ προτέρου πολέμου ἀπεχθῶς βασιλέα
πρὸς τοὺς ἐν Γεννούᾳ Λατίνους διακεῖσθαι. βασιλεὺς δὲ ἀ-
πηγόρευεν αὐτοῖς τὴν συμμαχίαν, πρὸς Κράλην εἶναι φάμε-
νος αὐτῷ τὸν λόγον, ὃς πόλεις τε οὐκ ὀλίγας καὶ γῆν ἀφεί-
λετο πολλὴν τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, αὐτῶν ὑπὸ τοῦ ἐμφυ-
λίου πολέμου πρὸς ἀλλήλους ἠσχολημένων. τῶν δὲ ἐπαγγελ-
λομένων, εὖ διαθήσειν αὐτῷ τὰ κατὰ Κράλην· γεγενῆσθαι γὰρ
C ἕνα τῆς αὐτῶν βουλῆς καὶ ἔχειν ἀνάγκην πείθεσθαι αὐτοῖς·
ἐπείθετο οὐδ' οὕτως, ἀλλὰ δῶρα παρασχὼν καὶ φιλοφρο-
νησάμενος, ἀπέπεμψεν. οἱ βάρβαροι δὲ οἱ ταῖς ναυσὶ συστρα-
τευόμενοι οὐ μόνον τὰ κατὰ Μακεδονίαν παράλια διήρπα-
ζον, πρὶν γενέσθαι ὑπὸ βασιλέα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν Βοτιαίαν

10. συμπολεμίοι M. mg. κεκοίνητο M. mg.

urbem expulit, alios per se fugientes, etiam ante conflictum, alios conserta manu: brevique spatio temporis regionem hostibus purgavit. Etenim antequam eo veniret, quidquid extra portas est agri, Triballi possidebant.

18. Postmodum quatuor triremibus Thessalonicam Venetorum legatus, domi suae vir nobilis, Iacobus Bragadinus, appellitur, qui senatus populique verbis imperatori promissa dat ingentia, si ipsis contra Genuenses ferat auxilium; (erat enim permagnum inter eos subortum dissidium;) precanturque, ut Byzantium reversus, arma secum in illos sumat: ex priore enim bello aliquas odii adversum Genuenses reliquias apud eum residere suspicabantur. Imperator abnegat: sibi cum Crale negotium esse, qui, Romanis bello civili occupatis, non paucas urbes et terrarum regiones imperio abstulerit. Legati pollicentes, Venetos illi rem cum Crale transacturos: cooptatum enim esse in eorum senatum ac proinde necesse habere obtemperare: ne sic quidem persuaserunt, sed humaniter habiti, cum donis dimissi sunt. At barbari navibus una militantes, non tantum oras Macedoniae maritimas populati erant, antequam imperatori se coniungerent, sed etiam in Bottiaeam

περαιούμενοι, πάντα ἐληΐζοντο καὶ ἐκάκουν· ἐν ᾗ ἄλλους τε A. C. 1350 ἠνδραποδίσαντο πολλούς, καί τινος υἱὸν Μαρζελάτου προσ- P. 725 αγορευομένου νομέων τινῶν ἐξάρχοντος, οἳ βοῶν ἔνεμον ἀγέλην τῶν κατὰ τὴν Βέῤῥοιαν Τριβαλῶν· ἦν δὲ γνώριμος τῷ βασιλεῖ, ἐκ τῶν ὑπ' αὐτῷ τελούντων νομάδων τὸ ἀρχαῖον ὤν· ᾧ καὶ μᾶλλον πεποισμένος, πρὸς βασιλέα εἰς Θεσσαλονίκην ἧκε, καὶ ἐδεῖτο περὶ τοῦ υἱοῦ, πρὸ τῶν ποδῶν τοῦ βασιλέως D κυλινδούμενος. βασιλεὺς δὲ ὥσπερ ὑπό τινος κεκινημένος, τῷ ἀνθρώπῳ διελέγετο μόνον παραλαβὼν, ὡς, εἰ βούλοιτο ἀπὸ τῶν βαρβάρων τὸν υἱὸν ἐλευθεροῦν, πρὸς τὴν Βεῤῥοίας αἵρεσιν συμπράττειν, οὐδὲν ἕτερον ἢ νυκτὸς μόνον κλίμακα τοῖς τείχεσιν ἐπιθέντα. ὁ βάρβαρος δὲ τήν τε ἐπιχείρησιν ὑπήρχετο προθύμως, καὶ τὰ μεγάλα ἐπηγγέλλετο συμπράξειν. ἔφασκε δὲ καὶ ῥᾳδίαν μάλιστα αὐτῷ ἔσεσθαι τὴν ἐπιχείρησιν. τῶν γὰρ ἐν Βεῤῥοίᾳ δυνατωτάτων Τριβαλῶν μετά τινων ἑτέρων νέμων βοῦς, μεταξὺ τῶν δύο τειχῶν αὐλίζεσθαι τῆς πόλεως τὴν νύκτα, καὶ μηδεμίαν κατ' αὐτοὺς εἶναι φυλακὴν, ὥστ' εἶναι ῥᾴδιον τοὺς ἑταίρους πείσαντα, πράττειν βασιλεῖ P. 771 τὰ κατὰ γνώμην. ὁ μὲν οὖν βάρβαρος οὕτω συνθέμενος πρὸς βασιλέα, ἀπεχώρει, ἐκείνου ἐπαγγειλαμένου τὸν υἱὸν ἀπὸ τῶν Περσῶν ἐλευθεροῦν, εἰ συμπράξειε τὰ δυνατὰ πρὸς τὸ Βέῤῥοιαν ἁλῶναι. καὶ βασιλεὺς δὲ παρεσκευάζετο, ὡς εἰς Βέῤῥοιαν ἀφιξόμενος νυκτὸς, καὶ τὰς μὲν τριήρεις ἐκέλευε τοὺς ναυάρχους ἐφοπλίσαντας, ἄγοντας καὶ τοὺς βαρβάρους, ἐπὶ

6. πρὸς βασιλέα om. P. 22. καὶ om. P.

navigantes omnia direptionibus et vastitate foedaverant, in qua praeter alios Marcelati cuiusdam filium ceperant, pastorum quorundam principis, qui armenta boum Triballis Berrhoeensibus pascebant, eratque imperatori notus: quippe qui quondam unus de eius pastoribus fuisset. Qua re potissimum fretus, Thessalonicam se contulit, et stratus ad eius pedes pro filio captivo rogavit. Imperator, nescio quo instinctu hominem apprehendens, cum eo agit, ut, si velit a barbaris filium recipere, in Berrhoea capienda operam sibi det: nullam aliam, quam ut noctu tantum scalas muris apponat. Barbarus conditionem perlibenter suscipit, et maiora etiam praestiturum spondet; confirmatque, rem sibi haud difficilem fore. Nam se cum quibusdam aliis, Triballorum Berrhoeae potentissimorum pascentem boves, inter binos muros urbis noctu mansitare: quibus nulla sit custodia, ut facile possit persuasis sociis imperatori gratificari. Sic barbarus cum eo pactus recedit, filii a Persis liberandi promissa secum auferens, si ad urbem occupandum operam viriliter contulisset. Iamque imperator, ut Berrhoeam noctu iret, se comparabat, mandans navarchis, triremes instruerent, et barbaros simul ducentes, in fluvium

A. C. 1350 τινα ποταμὸν τῶν ἀενάων οὐ πάνυ πόῤῥω ῥέοντα Βεῤῥοίας,
ἐκ συνθήματος ἐλθεῖν καὶ περιμένειν βασιλέα. αὐτὸς δὲ τήν
τε ἐκ Θεσσαλονίκης ἄγων στρατιὰν, καὶ τῶν ἐκ Βυζαντίου
V. 617 ἑπομένων οὐκ ὀλίγους, αὐτόθεν ἵππους συμπορισαμένους, ἐκ
B τῆς ἠπείρου πρὸς Βέῤῥοιαν ἐχώρει, βασιλέα τὸν νέον ἐν Θεσ-
σαλονίκῃ καταλιπών. ἐν Βεῤῥοίᾳ δὲ καὶ πρότερον μὲν ἦσαν
οὐκ ὀλίγοι Τριβαλῶν ὑπὸ Κράλη κατῳκισμένοι, οὐ στρατιῶ-
ται μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν δυνατῶν, διά τε τὴν ἄλλην τῆς πό-
λεως εὐφυΐαν· οὐδενὸς γὰρ τῶν ὅσα πόλιν εὐδαίμονα ποιεῖ
ἐνδεῖ· καὶ διὰ τὸ μεγάλην εἶναι καὶ πολλοὺς τοὺς ἐνοικοῦν-
τας ἔχειν, οὐ δημώδη μόνον ὄχλον, ἀλλὰ καὶ στρατιώτας, καὶ
οὐκ ὀλίγους τῶν συγκλητικῶν· ὧν τοὺς πλείους μὲν ἢ πάν-
τας ὁ Κράλης ἐξήλασε κατασχὼν, ὅμως ἔτι τὴν ἀποστασίαν
δεδιὼς τῆς πόλεως, στρατιώτας τε ἐγκατῴκισεν οὐκ ὀλίγους,
C καὶ τῶν παρ' αὐτῷ ἐπιφανῶν τινας· ἀκροπόλεις δὲ οἰκοδο-
μήσας δύο, τὴν μὲν ἀπηρτισμένην πάντῃ φρουρᾷ κατέσχε
Γερμανῶν τὴν πρὸς τῇ βασιλικῇ καλουμένῃ πύλῃ, ἡ λοιπὴ
δὲ ἐνέδει ἔτι. οὐ γὰρ ἀκρόπολις ἦν, ἀλλ' ὥσπερ μικρὰ πό-
λις ἐν μεγάλῃ. μέρος γὰρ οὐκ ὀλίγον τοῦ περιβόλου τῆς πρώ-
της πόλεως ἀποτεμόμενος, διετείχιζεν ἐπὶ τὰ ἔνδον τὰς οἰκίας
καθαιρῶν, καὶ πύργους ἀνίστη ἐφ' ἑνὶ τῷ μεγίστῳ τρεῖς ἐλάσ-
σους, καὶ τῶν κατὰ τὰ μεσοπύργια τειχῶν πάχος σύμμετρον
ἐχόντων, διπλᾶς ἐποίει τὰς ἐπάλξεις, ἵν', εἰ δέοιτο ἐφ' ἕτερον
ἰέναι ἐξ ἑτέρου, ῥᾳδία εἴη ἡ διεξαγωγή· κἂν εἰ συμβαίη τὴν

quendam perennem, non admodum Berrhoea procul manantem, ex composito venirent, ibique se exspectarent. Ipse vero tum ex Thessalonica praesidium, tum qui e Byzantio se sequentes non paucos inde equos conquisierant, ducens ex continente Berrhoeam, imperatore iuniore Thessalonicae relicto, petebat. Berrhoeae autem, etsi iam antea multi degerent Triballi, a Crale eo habitatum missi, non milites modo, verum etiam homines copiosi, tum propter ceteram commoditatem, (nihil siquidem eorum, quae urbem aliquam beatam faciunt, illic deest,) tum quia ampla est multisque incolis frequens, non plebeia solum turba, sed et militibus et optimatibus, quorum plures, vel omnes potius, Crales ea occupata expulit, nihilo minus adhuc eius defectionem timens, non paucos milites et nobiles aliquot ibi stabili sede collocarat. Arces porro construxit duas. Ac omnino quidem perfectae ad portam, quae regia dicitur, Germanos praesidiarios imposuit: altera etiamnum praesidio carebat: non enim tam arx, quam parva urbs in magna erat. Parte enim non exigua de ambitu prioris urbis abscissa, muro eam discludebat, solo aequatis aedibus, et turres erigebat post unam maximam tres minores, murorumque inter turres crassitudine illis respondentium duplicia

ἀκρόπολιν ἁλῶναι, μηδὲν παραβλάπτοιντο οἱ φύλακες ὁμοίως A. C. 1350 ἀπό τε τῶν ἔξω καὶ τῶν ἔνδον πολεμίων. ταύτην μὲν οὖν D τοιαύτην οὖσαν οὐκ ἔφθασεν εἰς τέλος ἀγαγεῖν, ἀλλὰ τοῦ προσήκοντος ὕψους ἀπελείποντο οἱ πύργοι ἔτι. διά τε οὖν τὰς εἰρημένας αἰτίας πολλοὶ Τριβαλῶν ἐνδιέτριβον Βεῤῥοίᾳ καὶ ἀξιόμαχος στρατιά· καὶ τότε διὰ τὴν βασιλέως ἔφοδον οὐκ ὀλίγοι ἐκ τῶν ἐν ταῖς κώμαις κατῳκισμένων συνῆλθον. ὑπώπτευον γὰρ καὶ αὐτοὶ βασιλέα ἐπιχειρήσειν σφίσι, καὶ τῆς τε πόλεως ἐποιοῦντο φυλακὴν καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν οὐ ῥᾳθύμως· καὶ παρεσκευάζοντο πρὸς ἄμυναν, ἤν τις αὐτοῖς ἐπίῃ. ἃ καὶ βασιλεὺς σαφέστατα εἰδὼς, οὐ φανερῶς ἐπεχείρει· ᾔδει γὰρ οὐ δύνατος ἐσόμενος τοσούτους βίᾳ αἱρήσειν μετὰ τῶν τειχῶν· ἀλλ' ἐπὶ κλοπὴν ἐχώρει μᾶλλον, οὐκ ὀλίγα καὶ τοῖς ἐγχωρίοις πεποιθὼς, ὡς συστή- P. 772 σονται ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἢν αἴσθωνται ἔνδον ὄντα, καὶ συγκατεργάσονται αὐτῷ τὸν πόλεμον. ὁ μὲν οὖν πρόνοιαν πολλὴν ποιούμενος τοῦ μὴ κατάδηλος εἶναι Τριβαλοῖς ἐπιστρατεύων, ἦλθεν ἐπὶ τὸν ποταμὸν κατὰ τὸ σύνθημα. αἱ τριήρεις δὲ οὔπω παρῆσαν. γενόμεναι γὰρ πρὸς τὸ στόμα τοῦ ποταμοῦ, οἷα φιλεῖ συμβαίνειν, ὑπό τε τῆς θαλάττης καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐξωθουμένης τῆς ἰλύος προσχοῦσθαι τὰ κατὰ τὴν εἰσβολὴν, ἠδυνάτουν πρὸς τὴν δίοδον· καὶ μηχανὴ τοῖς ναυάρχοις οὐδεμία ἐξευρίσκετο, ἀλλὰ μόνον ἤχθοντο τοιαύ-

19. γενόμενοι et κατὰ τὸ στ. M. mg. 21. τὰ om. P.

propugnacula seu pinnas faciebat, ut, si opus foret, ab una in alteram facile commearent milites, et si arx forte caperetur, custodes ab hostibus aeque intus, ac foris nihil laederentur. Hanc igitur arcem sic institutam ad finem perducere non potuit, sed conveniens altitudo turribus adhuc deerat. Propter causas igitur a me positas magna et bellicosa Triballorum vis Berrhoeam incolebat: et tunc propter infestum imperatoris adventum non pauci in vicis habitantes, quod et se invasum iri metuerent, eo confluxerant, custodiebaturque urbs noctu et interdiu vigilanter: et ad hostem propulsandum sese instruebant. Quae cum et imp. exploratissime sciret, non aperte eos aggrediebatur, quod se ad tam multos expugnatione subigendos viribus imparem nosset, sed ad furta se convertebat potius, non parum et incolis confisus: nempe si se intus esse cognoverint, simul in hostes surrecturos bellumque secum confecturos. Itaque magnopere studens, ne in Triballos ire nosceretur, ex compacto cum exercitu ad flumen venit. Triremes autem nondum aderant. Cum enim essent ad ostium fluminis, e mari atque e fluvio in modum aggeris aggesto luto, (ut amat accidere,) aditus ad transeundum obtineri non poterat: et navarchi ad naves expediendas nullam machinam inveniebant, tantumque occasionem talem rei bene gerendae elabi dolebant. Sciebant quippe,

A. C. 1350 της πράξεως ἀπολλυμένης. ᾔδεσαν γὰρ οὐδὲ βασιλέα χωρὶς
αὐτῶν ἐπιστρατεύσοντα Βεῤῥοίᾳ, ἀλλ' ἅμα ἕῳ κατάδηλον γε-
B νόμενον, ἀναγκασθήσεσθαι εἰς Θεσσαλονίκην ἀναστρέφειν.
βασιλεύς τε ὁμοίως ἠγανάκτει ἐφεστὼς τῷ ποταμῷ, ὅτι μὴ
παρῆσαν αἱ τριήρεις· τὴν αἰτίαν δὲ τῆς ἀπολείψεως ἠγνόει.
καὶ ἀπόλλυσθαι τοιαύτην πρᾶξιν ὑπενόει καὶ αὐτὸς, εἰ ἐπι-
γένοιτο ἡμέρα. ἐν ὅσῳ δὲ οἱ ἐν ταῖς τριήρεσι περὶ του ὅ,τι
χρὴ πράττειν διηπόρουν, ἀθρόον πλημμυρήσασα ἡ θάλασσα
καὶ κυμήνασα ἐπὶ μικρὸν, ἡμέρῳ καὶ προσηνεῖ ῥοθίῳ παρέ-
πεμπε τὰς ναῦς ἐπὶ τὸν ποταμὸν, καὶ ἐν ὀλίγῳ βασιλεῖ συμ-
μίξασαι, διηγοῦντο τὸ κατὰ τὴν διάβασιν, ὥσπερ ἐξαίσιον
συμβεβηκός. βασιλεύς τε οὐ κατὰ τύχην, ἀλλὰ προνοίᾳ θείᾳ
τὰ τοιαῦτα συνεσκευάσθαι οἰηθεὶς, μᾶλλον ἐπεῤῥώσθη πρὸς
C τὴν πρᾶξιν, ὡς θεοῦ συναιρομένου· καὶ ᾗ τάχους εἶχε, τούς
τε ὁπλίτας καὶ ψιλοὺς καὶ τοὺς βαρβάρους τῶν νεῶν ἐξαγα-
γὼν, ἐχώρει πρὸς Βέῤῥοιαν σπουδῇ, ἐπὶ τὴν φυλακὴν τῶν
V. 618 νεῶν καταλιπὼν ὅσους ᾤετο ἀρκέσειν. μεταξὺ δὲ πορευομέ-
νῳ καὶ ὁ Μαρζελάτος παραγενόμενος, ἐπέσπευδε πρὸς τὴν
πορείαν. πάντα γὰρ αὐτῷ ἔφασκεν ηνύσθαι, καὶ τοῖς ἑταί-
ροις ἐπιτετραφέναι τὴν τῆς κλίμακος κατασκευήν. ἐπεὶ δὲ
ἦσαν οὐκ ἄπωθεν τῆς πόλεως, βασιλεὺς μὲν αὖθις ἔπεμπε
Μαρζελάτον ἰδεῖν, εἰ κατεσκεύαστο ἡ κλίμαξ. ὁ δὲ ἐπανα-
στρέψας, μηδεμίαν ἔφασκε κατεσκευάσθαι κλίμακα, καὶ πά-
λιν ὁ βασιλεὺς ἐν ἀπόροις ἦν. οἱ περὶ αὐτὸν δὲ ξύλα τε-

nec imperatorem sine ipsis Berrhoeam invasurum, sed diluculo agnitum Thessalonicam repetere coactum iri. Imperator similiter ad fluvium consistens, nondum adesse triremes dolenter ferebat, causamque absentiae ignorabat, et ne coepta in nihilum caderent, si dies intervenisset, etiam ipse verebatur. Interea dum classiarii haerent, quid agant, desubito exaestuans mare et aliquamdiu fluctuans, naves placido ac leni impetu in flumen promovet, citoque cum imperatore coniuncti, quam iniquo casu impediti fuissent, commemorabant. Imperator haec non fortuna, sed divina providentia fieri existimans, ad negotium transigendum, ut Deo opitulante, confirmabatur, et quam celeriter licebat, cum gravi levique armatura et barbaris Berrhoeam properabat, relictis ad custodiam triremium quot sufficere arbitrabatur. Euntem Merzelatus occurrens ad festinandum acuebat, quod diceret, omnia se confecisse, et scalas faciendas sociis commisisse. Cum ab oppido propius abessent, imperator rursus Merzelatum mittit visum, ecquid scalae sint confectae. Refert ille, nullas esse confectas. Imperator iterum ancipiti cogitatione turbari. Tum qui illi erant proximi aptare in silvis trabes, altitudinem muri aequantes, (una enim in expeditione versabantur Berrhoeotarum

μόντες ἐκ τῆς λόχμης τῷ τείχει ἰσομήκη· συνεστρατεύοντο γὰρ A. C. 1350
Βεῤῥοιωτῶν οἱ μάλιστα ἐν λόγῳ ὑπὸ Κράλη φυγαδευθέντες, D
πρὸς εὐψυχίαν καὶ τόλμαν οὐδενὸς λειπόμενοι τῶν συνόν-
των βασιλεῖ· οἳ καὶ μάλιστα προθύμως πρὸς πάντα ὑπηρέ-
τουν, καὶ πρὸς τὴν τῆς πατρίδος ἐσπούδαζον κατάληψιν.
ἐπειδὴ ἥλων οὐκ εὐπόρουν, τοῖς ἐκ τῆς βασιλικῆς σκηνῆς
χρησάμενοι καλωδίοις, κλίμακας κατεσκεύασαν τέτταρας ἐν
βραχεῖ, ὁπλῖται δὲ καὶ ἐκ τῶν ψιλῶν ἄραντες αὐτὰς, Βεῤ-
ῥοιωτῶν ἡγουμένων μετὰ Μαρζελάτου, τοῖς τείχεσι προσή-
ρεισαν, μηδενὸς εἰδότος τῶν ἔνδον πολιτῶν· καὶ αὐτοὶ ἀνέ-
βαινον πρῶτοι, ἔπειτα καὶ ἐκ τῶν ὁπλιτῶν καὶ τῶν ψιλῶν.
βασιλεὺς δ' ἐπεὶ ᾐσθάνετο ἔνδον ὄντας τοὺς οἰκείους, αὐτίκα P. 773
τὸ στράτευμα διῄρει, καὶ Ῥωμαίους μὲν ἔχων αὐτὸς ἱππέας
καὶ πεζοὺς, ἐπὶ τὰς κλίμακας ἐχώρει, τὸ βαρβαρικὸν δὲ με-
τὰ Ῥωμαίων τῶν ἐπιλοίπων ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ἐκέλευε χω-
ρεῖν, ὥστε καταπλήττειν πολλαχόθεν προσβαλόντας. οἱ ἔνδον
δὲ γενόμενοι στρατιῶται, πρῶτα μὲν φύλαξί τισι περιτυχόν-
τες, συνελάμβανον καὶ σιωπᾷν ἐκέλευον, ἢ ἠπείλουν ἀποκτεί-
νειν. ἔπειτα ἐλθόντες ἐπὶ πύλην τὴν Ὀψικκιανὴν προσαγο-
ρευομένην, ἑτέροις ἐνέτυχον φύλαξι πολίταις, οὓς ἐκέλευον
συμπράττειν σφίσι καὶ καταγνύναι τοὺς μοχλούς· θᾶττον
δὲ ἢ λόγος ἐκεῖνοι τὰς πύλας διανοίξαντες, εἰσεδέχοντο βασι-
λέα. ὁ δὲ, τῶν ἀρίστων ὀλίγους πρὸς ταῖς πύλαις κατασχὼν B
περὶ αὐτὸν, τοὺς ἄλλους ἔνδον ἐκέλευε χωρεῖν καὶ συμπλέ-

primarii, a Crale in exilium acti, magnanimitate et fidentia nihil reliquis de imperatoris agmine concedentes prompteque ad omnia praeservientes, et ad patriam occupandam studium suum accommodantes,) et quoniam clavi non suppetebant, funibus ex tabernaculo imperatoris usi, quaternas scalas brevi componere, quas cataphracti et quidam levis armaturae tollentes, Berrhoeotis cum Merzelato ducibus, muris applicuerunt, oppidanis ad unum ignorantibus: ipsique primi, deinde utriusque armaturae milites adscenderunt. Imperator ut suos intus esse comperit, divisis copiis, ipse Romanos, equites, peditesque, ducens ad scalas processit, barbaros cum reliquis Romanis arcem adoriri iussit, ut pluribus ex partibus invadentes terrorem indigenis afferrent. Qui intus iam erant milites primum quidem in quosdam custodes incidentes, eos comprehendebant, mortemque interminabantur, si vocem ederent. Deinde cum ad portam Opsicceianam venissent, alios custodes eosdemque cives offenderunt, quos ad se iuvandos vectesque diffringendos hortati sunt. Dictum ac factum. Illi, portis apertis, imperatorem intromittunt. Qui optimatum paucos apud portam secum retinens, alios introrsus ire, et cum Triballis hostibus dimicare iussit: ad quos perdendos soli incolae

A. C. 1350 κεσθαι τοῖς πολεμίοις. τοὺς δὲ καὶ μόνοι ἤρκουν διαφθείρειν οἱ ἐγχώριοι. ὡς γὰρ ᾔσθοντο ἔνδον ὄντα βασιλέα, τῆς εὐφημίας πᾶσι ποιούσης δῆλον, ἐπέθεντο αὐτίκα Τριβαλοῖς, καὶ τά τε ὄντα διήρπαζον, καὶ συνελάμβανον εἴ που περιτύχοιέν τινι. οἱ Τριβαλοὶ δὲ ἐπεὶ ᾐσθάνοντο ἑαλωκυῖαν Βέῤῥοιαν, πρῶτα μὲν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας συνέθεον πανταχόθεν ὡπλισμένοι, ὡς ἢ ἀμυνούμενοι, ἂν ἐξῇ, ἢ τὰς πρὸς τῇ ἀκροπόλει πύλας διανοίξαντες ἀποδιδράσκοιεν. τῶν βαρβάρων δὲ ἀλαλαξάντων ἔξωθεν τῆς ἀκροπόλεως, αὐτίκα πᾶσαν ἐλ-
C πίδα σωτηρίας ἀπογνόντες, τῶν ἵππων ἀποβαίνοντες, εἰσῄεσαν εἰς τὴν ἀκρόπολιν, παῖδας καὶ γυναῖκας ἔχοντες, τῶν δὲ ἄλλων οὐδένα λόγον ἐποιοῦντο. ὄντων δὲ πολλῶν, (τριάκοντα γὰρ ἦσαν τῶν εὐπατριδῶν ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις, οἳ στρατιωτῶν πάντες ἦρχον, στρατιῶται δὲ πεντακόσιοι καὶ χίλιοι,) ἐπεὶ τὰ τῆς ἀκροπόλεως τείχη καὶ οἱ πύργοι ἦσαν ἀτελεῖς, οἱ μὲν ἄρχοντες ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις εἰς ἕνα τῶν πύργων ὕψους ἱκανῶς ἔχοντα εἰσῄεσαν, τὸ δ' ἄλλο τῶν στρατιωτῶν πλῆθος, οἱ μὲν συνελαμβάνοντο αὐτίκα, οἱ δὲ πρὸς τὰς οἰκίας κατεκρύπτοντο παρὰ τοὺς φίλους. οἱ Γερμανοὶ δὲ τὴν ἑτέραν εἶχον ἀκρόπολιν καθ' ἑαυτοὺς, ἣ πρὸς τῇ Βασιλικῇ καλουμένῃ πύλῃ ἦν· ἄλλο δέ τι πλῆθος ἀχθοφορούν-
D των, ὡς ἐλέγετο ὑπὲρ μυρίους ὄν, ἐκ πάσης τῆς ὑπὸ Κράλην γῆς ἠγμένον ἐπὶ τὴν οἰκοδομὴν τῆς ἀκροπόλεως, ἔξω αὐλιζόμενον τειχῶν, ὡς ᾔσθετο τοὺς βαρβάρους, ἔτι δοκῶν με-

sat multi erant. Ut enim intra moenia imperatorem esse cognoverunt, acclamatione fausta eum prodente omnibus, statim in Triballos irruentes, facultates illorum diripiebant et forte occurrentes capiebant. Triballi urbem captam animadvertentes, primum ad praefectos cum armis undique concurrerunt, ut eos defenderent, si possent: aut, portis apud arcem apertis, aufugerent. Barbaris autem extra arcem laetum vociferantibus, statim salute funditus desperata, ab equis descendentes cum liberis et uxoribus, ceteris neglectis, in arcem confugerunt. Cum porro multi essent praefecti militum, (triginta videlicet nobiles, habentes uxores ac liberos, milites autem mille quingenti,) quoniam arcis muri et turres nondum extremam manum acceperant, praefecti cum coniugibus et filiis in unam turrim satis altam se abdiderunt: de militibus alii quidem mox comprehendebantur, alii in aedibus ab amicis occultabantur. Germani alteram arcem, quae ad portam regiam erat, soli tuebantur: alia multitudo operariorum, ut ferebatur, plus decem millia, ex tota Cralis provincia ad arcis aedificationem collecta, extra muros manens, ubi barbaros sensit, etiam tum trabibus magnis ad muros applicitis (lapidibus reliquaeque materiae sursum attrahendae videlicet)

γάλων προσερηρεισμένων τοῖς τείχεσιν, ἐπὶ λίθων καὶ τῆς A. C. 1350
ἄλλης ὕλης ἀνολκὴν δι' αὐτῶν εἰσρυέντες, διεσώθησαν ἐντὸς
τῆς πόλεως. ὁ βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ᾔσθετο ἤδη κατὰ κράτος τὴν
πόλιν ἐχομένην, ἴῃ καὶ αὐτὸς πρὸς τὴν ἀκρόπολιν εὐφημού- V. 619
μενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ προπεμπόμενος· γενόμενος δὲ
ἐκεῖ, πάντα μὲν εὕρισκεν ὑπό τε τοῦ δήμου καὶ τῆς στρα-
τιᾶς διηρπασμένα· τοὺς βαρβάρους δὲ πέμψας ἐκώλυσε, μὴ
εἰσελθεῖν ἐντὸς τῆς πόλεως, ἵνα μή τι ὑπ' αὐτῶν κακουργη-
θῇ, ὡς πολέμῳ τῆς πόλεως ἑαλωκυίας. ἔπειτα τοῖς Τριβα-
λοῖς τοῖς ἐν τῷ πύργῳ ἐκέλευεν ἐξιέναι δεξιὰν διδοὺς, ὡς P. 774
οὐδὲν παρ' αὐτοῦ πείσονται δεινόν. οἱ δ' αὐτίκα ἐξιόντες
προσεκύνουν. πάντες γὰρ τῶν φίλων ἦσαν. Γερμανοὶ δὲ ἀν-
τεῖχον πρὸς τὸν δῆμον καὶ τοὺς ἐκ τῶν τριηρέων ὁπλίτας μα-
χομένους ἄχρις οὗ βασιλεὺς ἐγένετο καὶ πρὸς αὐτούς. αὐτίκα
δὲ καὶ αὐτοὶ ἐκλιπόντες τὴν ἀκρόπολιν προσεχώρουν. ἦσαν δὲ
ἐκεῖνοι, οἳ μετὰ βασιλέως, ὅτε πρὸς Βέῤῥοιαν τὸ πρῶτον ἧκε,
Κράλη προστάττοντος, συνεστρατεύοντο, οἷς ὁ βασιλεὺς μεγά-
λας ᾔδει χάριτας τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας τότε. οὐ γὰρ ὑπέ-
μειναν, καίτοι ὑπὸ Κράλη κελευόμενοι, ἐκλιπεῖν αὐτὸν ἐν Θεσ-
σαλονίκῃ στρατευόμενον, ἀλλὰ, καίτοι πολλῶν κινδύνων περι-
σχόντων, ὅμως ἄχρι Βεῤῥοίας εἵποντο προθύμως. δι' ἃ αὐτοῖς B
ὁ βασιλεὺς, καίτοι αἰχμαλώτοις γεγενημένοις, ἡμέρως ἐχρή-
σατο καὶ προσηνῶς, καὶ ὅπλα παρασχόμενος καὶ ἵππους, ἔτι
δὲ καὶ ἀργύριον προσθεὶς, ἀπέπεμπεν ἐπὶ Κράλην. τοὺς δὲ

per eas in urbem scandentes servati sunt. Quam ut iam vi ac virtute occupatam cognovit imperator, et ipse ad arcem, acclamante ac deducente populo, profectus, ibi omnia et a plebe et a militibus direpta invenit: misitque et barbaros urbis ingressu prohibuit, ne quid ei, ut bello captis solet, noceretur. Deinde Triballos, qui se in turrim condiderant, exire iussit, data fide publica, nihil mali perpessuros. Qui protinus egressi, omnes eum adorarunt: erant siquidem amici omnes. At Germani populo, et qui ex triremibus venerant, cataphractis resistebant, quoad imperator accessit: tum enim confestim arce deserta se dediderunt. Atque hi ipsi illi erant, quos ei primum Berrhoeam petenti, Crales socios adiunxerat: quibus tunc imperator magnas de benevolentia gratias egit. Non enim, quamvis id Crales mandasset, Thessalonicae in castris ipsum deseruerant, sed per media multaque discrimina usque Berrhoeam cupide secuti fuerant. Qua de causa imperator, etsi captivos, benigne et humaniter eos habuit, et cum equis atque etiam cum armis, donato viatico, ad Cralem dimisit. Ceteros milites omnes extra triginta praefectos, contentos indumentis, pedibus abire domum voluit: equi namque ab exercitu direpti erant: reliquam colluviem, baiulorum nimirum

A. C. 1350 ἄλλους στρατιώτας ἅπαντας πλὴν τριάκοντα τῶν ἀρχόντων·
ἠμφιεσμένους ἐκέλευε πεζῇ ἀναχωρεῖν εἰς τὴν οἰκίαν. οἱ γὰρ
ἵπποι διηρπάσθησαν ὑπὸ τῆς στρατιᾶς. καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος
ἅπαν τὸ ἀχθοφορικὸν οἱ στρατιῶται μακρὰν τῆς πόλεως ἀπα-
γαγόντες, ἀπέλυον, κελεύσαντος βασιλέως, ἵνα μὴ ὑπὸ τῶν
βαρβάρων διαρπασθῶσιν. οἱ τριάκοντα δὲ, βασιλέως ἐντίμως
C βουλομένου ἀπολύειν, ἐδεήθησαν κατέχεσθαι, ἵνα μὴ πρὸς
τὸν σφέτερον δυνάστην διαβληθῶσιν, ὡς τὰ βασιλέως ᾑρημέ-
νοι, καὶ ἑκόντες ὄντες δόξωσι σφᾶς τε παραδεδωκέναι καὶ
τὴν πόλιν. μετὰ μικρὸν δὲ οἱ μὲν ἀπῄεσαν εἰς τὰς οἰ-
κίας, βασιλέως ἐπιτρέποντος, οἱ δ' ἐδόκουν διαδιδράσκειν· ἔνιοι
δὲ αὐτῶν ἀχθέντες εἰς Θεσσαλονίκην, ἐκεῖθεν ἀπεδίδρασκον.
οὐ γὰρ ἐν δεσμωτηρίοις κατεκλείοντο, ἀλλ' ἐν μοναστηρίοις
ἄδετοι μόνον ἐφρουροῦντο. τοιαῦτα μὲν τὰ πρὸς Βέῤῥοιαν
συνηνέχθη κρείττω πάσης ἐλπίδος εὐτυχηκότος βασιλέως, καὶ
ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τοσούτων πολεμίων ἀναιμωτὶ κυρίου γεγενημέ-
νου. τέθνηκε γὰρ οὐδεὶς οὔτε Ῥωμαίων, οὔτε Τριβαλῶν πλὴν
D ἑνὸς βαρβάρου, κἀκείνου, ὡς ἐλέγετο, ὑπὸ Ῥωμαίων ἀνῃρημένου.
οἱ βάρβαροι δὲ ἐπεὶ ἐκ τῆς ἁλώσεως τῆς πόλεως οὐδὲν ἀπώναντο,
(οὐ γὰρ εἴασεν ὁ βασιλεὺς ἐντὸς γενέσθαι,) τὴν ὑποκειμένην
Κράλῃ χώραν ἐδεήθησαν καταδραμεῖν, καὶ βασιλέως ἐπιτρέ-
ψαντος, κατέδραμόν τε,. καὶ λείαν ἤλασαν πολλὴν μάλιστα
ἐκ βοσκημάτων, ἀνθρώπων δὲ ὀλίγων. συνηρεφοῦς γὰρ ὄντος
τοῦ τόπου καὶ λοχμώδους, ῥᾳδίως διεδίδρασκον.
P. 775 V. 620 ιθ'. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ τὰ κατὰ Βέῤῥοιαν ᾗ ἐβούλετο

2. οἰκείαν M.

ac fossorum, longius ab urbe iussu imperatoris abductam, ne a barbaris spoliarentur, milites dimiserunt. Cum autem et triginta illos honorifice vellet dimittere, se retineri rogaverunt, ne apud ipsorum principem per calumniam accusarentur, seseque volentes cum urbe tradidisse viderentur. Paulo post alii quidem domos suas imperatoris permissu petiverunt: aliis fuga placuit: nonnulli Thessalonicam ducti, inde fugiebant: nec enim in carceribus concludebantur, sed in monasteriis sine vinculis custodiebantur. Talia apud Berrhoeam acciderunt, feliciore imperatore, quam sperari poterat, et tot hostium uno die victore ac domino sine sanguine. Nemo enim vel Romanus vel Triballus occubuit: unus barbarus a Romanis interemptus narrabatur. Barbari postquam ex urbe capta nihil praedarum acquisierunt, (nec enim eos imperator sinebat ingredi,) subiectam Crali regionem ut sibi incursare liceret, oraverunt. Permittente imperatore, vim maximam pecoris, homines paucos abegerunt, quod illi opacis ac nemorosis locis facile eorum manus effugerent.

19. Imperator, statu Berrhoeensium rerum ex sententia formato,

διῴκει, Ἐδέσσῃ ἐπεστράτευσε, πλείους ἄγων, ἢ Βεῤῥοίᾳ ἐπιών. A. C. 1350 οὐκ ὀλίγοι γὰρ πρὸς τοῖς οὖσι συνείποντο καὶ ἐκ Βεῤ- B ῥοίας. οὐ μέντοι τοσοῦτον πρὸς τὴν αἵρεσιν τῆς πόλεως ἐθάῤῥει τῇ συνούσῃ στρατιᾷ, ὅσον Ἐδεσσηνῶν τοῖς δυνατοῖς, οὓς ᾤετο αὐτίκα προσχωρήσειν καὶ τὸν ἄλλον δῆμον πείσαντας. οἱ δὲ τοὐναντίον ἅπαν ὤφθησαν, ἥπερ ᾤετο ὁ βασιλεύς. οὐ μόνον γὰρ αὐτοὶ πολέμιοι ἦσαν φανερῶς, ἀλλὰ καὶ τὸν δῆμον ἔπειθον, ἑστῶτές τε ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀπέσκωπτον εἰς βασιλέα, πολλὴν αὐτοῦ φάσκοντες καταγινώσκειν ἀπειρίαν, εἰ Κράλη μετὰ πολλαπλασίου στρατιᾶς ἐν ἑκκαίδεκα ἔτεσι πολιορκοῦντος καὶ πλέον οὐδὲν ἀνύειν δυνηθέντος ἐκ τῶν ὅπλων, C εἰ μὴ ἑκόντες προσεχώρουν, αὐτὸς ἤλπισεν ἐν βραχεῖ περιγενήσεσθαι τοσούτους ἄγων. βασιλεὺς δὲ ἤχθετο μὲν πρὸς τὴν ἀποτυχίαν τῆς πόλεως· αὐτίκα τε ἀπεγίνωσκε τὸ τειχομαχεῖν οὐ μόνον διὰ τὴν φυσικὴν ὀχυρότητα τῆς πόλεως καὶ τὴν ἐκ τῶν τειχῶν, (ὑπὲρ ἥμισυ γὰρ ὕδασι περικλυζομένη, ἀπρόσιτός ἐστι πολεμίοις διὰ τὴν λίμνην· τὸ δὲ ἐπίλοιπον τείχεσιν ὀχυρωτάτοις καὶ πύργοις μεγάλοις, ἔστι δ' ὅπου καὶ κρημνοῖς καὶ φάραγξιν ἀβάτοις περιέχεται,) ἀλλ' ὅτι καὶ στρατιὰ οὐκ ὀλίγη ἦν ἐκ Τριβαλῶν ἐγκαθιδρυμένη πρὸς τῇ πόλει φρουρᾶς ἕνεκα, ὧν ἦρχον τέτταρες τῶν παρ' αὐτοῖς ἐπιφανῶν, οἷς συνηγωνίζοντο προθύμως καὶ τῶν πολιτῶν οἱ δυνατοί. ὅμως D

4. Ἐδεσηνῶν P. 8. ἀπέσκοπτον P. 18. ὀχυροτάτοις P.

Edessam maiore cum agmine, quam Berrhoeam venerat, discessit: multi siquidem etiam Berrhoea se adiunxerant. Verumtamen non tantam in praesentibus copiis, quantam in civibus Edessenis praestantioribus urbis capiendae fiduciam reponebat, quos statim ad se defecturos reliquosque secum tracturos confidebat. Ceterum res longe secus omninoque adversus opinionem evenit. Nam et ipsi palam se inimicos profitebantur, et infirmam plebem eodem incitabant, ac stantes pro muris, in imperatorem conviciis incurrebant, aientes, valde imperitum esse, quod, cum Crali longe maiore cum exercitu sedecim annis obsidenti nihilque proficienti se dedere noluerint, ipse parvo spatio cum tam pauxillo agmine eos domiturum speraret. Imperator urbe se frustrari doluit, et oppugnationi mox desperavit, non solum quia natura manuque munita esset, (plus quam dimidiata enim lacu circumdata, hostibus inaccessa est: pars reliqua muris multo firmissimis et vastis turribus, alicubi etiam praecipitiis et vallibus imperviis cingitur,) sed quia item non modica Triballorum manus eam praesidii causa insidebat, cui quatuor apud eos illustres praeerant, quos cives potentiores adiuvabant strenue. Nihilo minus noctem ibi manendum, postridieque discedendum, nec in iis, quae effici nequirent, aggrediundis tempus conterendum statuit. In quam

A. C. 1350 ἐδόκει τὴν νύκτα αὐτοῦ αὐλισαμένους, εἰς τὴν ὑστεραίαν ἀνα-
χωρεῖν, καὶ μὴ τρίβειν τὸν καιρὸν ἐπιχειροῦντας ἀδυνάτοις.
τὰ ἴσα δὲ καὶ τοῖς ἐν τέλει Ῥωμαίων ἐδόκει πᾶσι καὶ τῆς στρα-
τιᾶς τοῖς ἡγεμόσιν. ἀδύνατον γὰρ κἀκεῖνοι ὑπενόουν τειχομαχίᾳ
τὴν λῆψιν τῆς πόλεως, ὅσον ἐκ τῆς κατὰ τὰς μάχας πείρας.
νυκτὸς δὲ ἐκ τῶν ὁπλιτῶν τινες, οἳ εἵποντο βασιλεῖ ἐκ τῶν τριη-
ρέων, προσελθόντες ἐπυνθάνοντο βασιλέως, εἴ τι σκέπτοιτο περὶ
τῆς πόλεως. τοῦ βασιλέως δὲ πρὸς εἰρωνείαν ἐρομένου, τί δ'
ἂν αὐτοῖς δοκοίη βέλτιον, ἀποπειρᾶσθαι τῶν τειχῶν, ἢ ἀναχω-
ρεῖν, αὐτοὶ μάχεσθαι παρῄνουν καὶ ἐδέοντο, μὴ διὰ τὴν Ἐδεσ-
P. 776 σηνῶν ἀγνωμοσύνην ἀπολιπεῖν τὴν πόλιν ὅπλοις ἁλίσκεσθαι οὖ-
σαν δυνατήν. αὐτοί τε ἐπηγγέλλοντο προθύμως ἀγωνιεῖσθαι,
καὶ τοὺς ἄλλους τριηρίτας παρέξειν πείσαντες. αὐτίκα τε ἐφαί-
νετο καὶ βασιλεῖ βέλτιστα τοὺς ὁπλίτας παραινεῖν καὶ ἐπένευε
πρὸς τὴν τειχομαχίαν, ἐκέλευέ τε τοῖς μὲν ὁπλίταις κλίμακας
κατασκευάζειν, τοῖς δὲ ἡγεμόσι τῆς στρατιᾶς ἅμα ἕῳ ἐφοπλί-
ζειν, ὡς τειχομαχήσοντας, τὴν στρατιάν. ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἤδη ἦν,
διέταττε τὴν στρατιὰν, καὶ τὸ μὲν βαρβαρικὸν τοῖς κατὰ τὴν
V. 621 λίμνην τείχεσιν ἐφίστη, ὅθεν ἦν ἀδύνατον ἑλεῖν, ἵν', εἰ καὶ
ἁλῶναι Ἔδεσσαν συμβαίη, μὴ ἔχοιεν οἱ βάρβαροι, ὅθεν εἰσελ-
θόντες ἀποκτείνοιέν τινας· αὐτὸς δὲ τὸ κράτιστον ἔχων τῶν
B ὁπλιτῶν μετὰ τῶν εὐπατριδῶν, πρὸς τὴν ἀκρόπολιν ἀντικα-
θίστατο, ὅθεν τείχη τε ἦσαν καρτερώτατα, καὶ Τριβαλῶν
καὶ τῶν Ἐδεσσηνῶν τὸ κράτιστον ἐφρούρει· τοὺς δὲ ἄλλους
ἡγεμόνας μετὰ τῶν ταγμάτων τοῖς λοιποῖς τείχεσιν, ὡς ἑκα-

15. τε om. P. 20. οἱ om. P.

sententiam et proceres Romani omnes et duces, ab experientia militari urbem inexpugnabilem iudicantes, iverunt. Noctu porro quidam de gravi armatura, quae eum triremibus secuta fuerat, accedunt, quid de oppido cogitet, percunctantur. Imperator per simulationem vicissim quaerit, utrum probent, tentare moenia, an discedere. Illi ad oppugnationem hortantur et orant, ne propter Edessenorum perfidiam ab urbe armis subigenda desistat, siquidem subigi possit: suamque et aliorum e triremibus, quibus id persuasuri essent, promptam operam pollicentur. Imperator consilium illico arripiens, eos scalas comparare, duces bene mane militem in armis ad oppugnationem habere iubet. Ubi diluxit, copias digerit, et barbaros muris iuxta lacum admovet, unde urbs capi nullo modo poterat, ut, si ea forte occuparetur, non haberent, qua ingressi aliquos trucidarent; ipse vero cum robore, cataphractis scilicet ac nobilibus, ad arcem se applicuit, ubi muri validissimi et Triballorum Edessenorumque flos: alios duces cum ordinibus suis ad alias moenium partes, ut cuique sors cecidit, adhibuit, coeptaque cum die oppugna-

στος ἔτυχεν, ἀντικαθίστη, καὶ ἤρχοντο τειχομαχίας ἀρχομένης εὐθὺς ἡμέρας· ἐγένετο δὲ καρτερωτάτη ἄχρι μέσης ἀνενδότως. οἵ τε γὰρ ἔνδοθεν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἠμύνοντο καρτερῶς, καὶ οἱ ἔξωθεν τόλμης ἔργα καὶ ἀνδρίας ἐπεδείκνυντο θαυμαστὰ, μάλιστα δὲ οἱ ὁπλῖται καὶ οἱ ἀπὸ τῶν τριηρέων ψιλοὶ ἠφείδουν ἑαυτῶν. ὁ βασιλεὺς γὰρ ἐκήρυξε τῷ πρώτως ἀναθέντι τοῖς τείχεσι σημαίαν τέτταρας μνᾶς ἀριστεῖον ἔσεσθαι χρυσίου, τρεῖς δὲ τῷ μετ' ἐκεῖνον ἀναβάντι, καὶ τῷ τρίτῳ δύο μετ' αὐτούς. κατὰ μέσην δὲ ἡμέραν, πολλῶν ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν ἀμυνομένων τραυματιῶν γενομένων, ἐνίων δὲ καὶ ἀποθανόντων, τάς τε κλίμακας προσήρεισαν τοῖς τείχεσιν, ἀδρανῶς ἤδη τῶν ἔνδοθεν ἀμυνομένων, καὶ τῇ πύλῃ τῆς ἀκροπόλεως πῦρ ὑφῆπτον· δαπανηθείσης δὲ, ἐκεῖθέν τε καὶ ἀπὸ τῶν κλιμάκων εἰσεχέοντο, καὶ εἴχετο ἡ πόλις τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον κατάκρας. καὶ ὁ βασιλεὺς, ἐπεὶ κατ' αὐτὸν ἐγένετο ἡ ἅλωσις, ἔνδον γενόμενος, οὐκ εἴα ἀτακτεῖν τοὺς στρατιώτας, πλὴν τῶν πρώτως εἰσελθόντων τινὰ μικρὰ ὠφεληθέντων· ἀπέθανε μέντοι ἐκ τῶν μετὰ βασιλέως Ῥωμαίων ἢ βαρβάρων οὐδὲ εἷς· τραυματίαι δὲ ἐγένοντο πολλοί. μετὰ δὲ τὴν ἅλωσιν ὁ βασιλεὺς τοὺς στρατιώτας, ὅσοι ἦσαν Τριβαλοὶ, ἀπέλυσε πρὸς τὴν οἰκίαν ἄνευ ἵππων. τέτταρας δὲ τοὺς ἡγεμόνας εἶχεν ἐν φρουρᾷ, καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς τὰ Κράλη ᾑρημένους ἐξήλασε τῆς πόλεως· φρουράν τε πρὸς τὴν ἄκραν διακοσίους ὁπλίτας καὶ ψιλοὺς καταλιπὼν καὶ ἡγεμόνα τῇ

A. C. 1350

C

D

8. ἐκείνων P. 21. οἰκείαν M.

tio est, et certatum sine remissione usque ad meridiem acerrime. Oppidani enim de muris proeliabantur fortiter, et qui foris oppugnabant, imperterritae virtutis documenta dabant eximia; praecipue autem qui e triremibus gravis et levis armaturae erant, corporibus suis minime parcebant. Imperator etenim ei, qui primus in muro vexillum defixisset, praemium virtutis quatuor minas seu libras auri, ternas secundo, binas tertio praeconis voce promiserat. Meridie multis ex propugnatoribus vulneratis, aliquot etiam interfectis, et scalas muris affixerunt, languidius iam oppidanis resistentibus, et portae arcis ignem subiecerunt: qua consumpta, inde, et per scalas se infuderunt, obtinebaturque urbs, ut dicitur, funditus. Imperator ea capta non est passus milites turbatis ordinibus ad praedam discurrere, praeter eos, qui primi introruperant et quaesticulum sibi fecerant. Ex Romanis et imperatoriis multi vulnerati sunt: nemo tamen occubuit: milites Triballi ad unum sine equis ad suos dimissi. Quatuor praesidii duces et ex civibus Cralis fautores expulit: pro arce defendenda ducentos, partim gravis, partim levis armaturae, reliquit: urbis praefectum Georgium Lyzicum, virum bello for-

A. C. 1350 πόλει Λυζικὸν Γεώργιον, κράτιστον δοκοῦντα τὰ πολέμια καὶ συνετὸν, εἰς Βέῤῥοιαν ἐπανήει. προσεχώρουν δὲ καὶ ἀμαχεὶ τὰ περὶ Ἔδεσσαν καὶ Βέῤῥοιαν φρούρια καὶ αἱ πολίχναι, τά τε Σταρίδολα λεγόμενον καὶ ἡ Πέτρα καὶ ὁ Σωσκὸς καὶ ἡ Δεύρη, ἔτι τε ὁ Ὀστροβὸς καὶ τὰ Νότια· καὶ ἐκ τῶν Θετταλίας πολιχνίων τὸ Λυκοστόμιον λεγόμενον καὶ τὸ Καστρίον. P. 777 ἀναπαύλης δὲ μικρᾶς τινος ὁ βασιλεὺς ἀξιώσας τὴν στρατιὰν, ἐξεστράτευσεν αὖθις κατὰ Σερβίων. πόλις δὲ ταῦτα οὐ μικρὰ, ἐν μεθορίοις Βοττιαίας κειμένη καὶ Θετταλίας· ἧς ἦρχε μετὰ τῆς ἄλλης Θετταλίας Πρεάλιμπος τῶν παρὰ Κράλῃ δυνατῶν, ὃς μάλιστα ἐδόκει συνέσει καὶ εὐτολμίᾳ καὶ τῇ περὶ τὰ πολέμια τῶν ἄλλων προέχειν ἐμπειρίᾳ. κεῖται δὲ ἡ πόλις ἐκείνη ἐπί τινος ἀνάντους τοῦ ὄρους προβολῆς εὐθὺς ἐξαρχῆς αὐτὴ ἑαυτῆς μετεωροτέρα φαινομένη καὶ οὖσα προϊόντι. ἐπ' αὐτήν τε τὴν ἀκρώρειαν καταλήγει τρισὶ διατειχίσμασι διῃρημένη, ὡς δοκεῖν ἔξωθεν τρεῖς εἶναι πόλεις κειμένας ἐπαλλή-
B λους. ἑκατέρωθέν τε φάραγγας περιβέβληται βαθείας. τὸ δ' ἀπὸ τῆς πόλεως ἄχρι τοῦ ἐπιπέδου καὶ τῶν φαράγγων, ὅσον μάλιστα οἰκεῖσθαι ἐπιδέχεται, οἰκιῶν πεπλήρωται καὶ ἀνθρώπων οὐ τῶν πολλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρίστων ἐκ τῶν πολιτῶν καὶ ἐκ τῶν στρατιωτῶν, οἳ ἦσαν ἐγχώριοι πολλοί τε καὶ ἀγαθοί· ἥ τε πόλις, ἐπαλλήλους τὰς οἰκίας ἔχουσα διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ τόπου θέσιν, ὀλίγας ἔχειν δοκεῖ οἰκίας πολυορόφους. οἰκεῖται δὲ τὰ μὲν δύο τμήματα ὑπὸ τῶν πολι-

10. Κράλην M. 23. τοῦτό που P.

tissimum ac prudentem, designavit, atque ita Berrhoeam repetiit. Citra Martem quoque accesserunt circum Edessam et Berrhoeam castella et oppidula, nempe haec, Staridola, Petra, Soscus, Deura, Strobus, Notia: et ex oppidulis Thessaliae Lycostomium, Castrium. Aliquanta requie exercitui concessa, imperator rursus expeditionem contra Servios suscepit. Urbs haec non parva ad confinia Bottiaeae et Thessaliae iacet: cui et reliquae Thessaliae Prealimpus e proceribus Cralis praeerat, qui prudentia, fortitudine, exercitatione bellica supra ceteros excellere videbatur. Aedificata est super montis ardua prominentia, statimque a principio semet ipsa altior, sicut est, accedenti apparet. In ipso autem iugo montis desinit, triplici muro distincta et intersepta, ut foris existimes, tria esse oppida, aliud post aliud. Utrimque vallibus profundis circumdatur. Quod patet ab urbe spatii usque ad planitiem, et ad valles, quae habitari potest, aedibus et incolis, non plebeis modo, sed et optimatibus ac militibus domesticis multis atque strenuis plenum est. Ipsa urbs propter loci positionem sursum succedentes domos habens, paucas aedes cum multis contignationibus videtur habere. Eius

τῶν· τὸ δὲ τρίτον, ἄκρα ὄν, τῷ ἄρχοντι ἀνεῖται. ἔστι δὲ A.C. 1350
δυσπρόσοδος πανταχόθεν, καὶ οὐ πάνυ ῥᾳδία πρὸς τειχομα-
χίαν. ᾗ ὁ Πρεάλιμπος ἐνδιατρίβων, τάφρων μὲν οὐκ ἐδεήθη, C
οὐδέ τινος πρὸς ὀχυρότητα σπουδῆς· ἤρκει γὰρ ἡ προσοῦσα
φύσει· τοῖς πολίταις δὲ καὶ πάνυ ἀπιστῶν, τῶν μὲν τὴν πό-
λιν οἰκούντων παῖδας καὶ χρήματα καὶ γυναῖκας εἰς τὸ δεύ- V.622
τερον διατείχισμα ἀνελάμβανε, τοὺς ἄνδρας δὲ πάντας ἐξή-
λαυνεν ἐπὶ τὸ τρίτον, καὶ ἐκέλευεν ἀμύνεσθαι βασιλέα ἐπι-
όντα ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν καὶ τέκνων· αὐτὸς δὲ τὴν ἄκραν
κατεῖχε, καὶ τῷ δευτέρῳ διατειχίσματι, ἐν ᾧ αἱ γυναῖκες καὶ
οἱ παῖδες ἦσαν, φρουρὰν ἐπέστησε Τριβαλικήν. συνῆσαν γὰρ
αὐτῷ ὑπὲρ πεντακοσίους, ὡς ἐλέγετο. τοὺς μέντοι τῶν τει-
χῶν οἰκοῦντας ἔξω οὔτ' αὐτοὺς εἴα εἰς τὴν πόλιν εἰσιέναι,
οὔτε παῖδας εἰσεδέχετο καὶ γυναῖκας, ἀλλ' ἐκέλευε πρὸ τῶν D
οἰκιῶν ἑστῶτας μάχεσθαι, δυσπροσόδου ὄντος τοῦ χωρίου
καὶ χαλεπωτάτου τοῖς ἐπιοῦσιν. οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖνος πα-
ρεσκεύαστο πρὸς τὴν πολιορκίαν. ἐλέγετο δὲ καὶ ὡς ἄκων
κατασχεθείη πρὸς τῇ πόλει. μᾶλλον γὰρ ἐβούλετο φυγομα-
χεῖν ἐπὶ τὰς τῆς Θετταλίας πόλεις. οἱ συνόντες δὲ παρῄ-
νουν μὴ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν, ὡς, εἰ ταύτης περιγένοιτο, καὶ
Θετταλίαν πᾶσαν καθέξοντος βασιλέως ἀσφαλῶς. οἷς πειθό-
μενος ὑπέμεινε τὴν πολιορκίαν. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἐγγὺς τῆς
πόλεως ἐστρατοπεδεύετο, πρῶτα μὲν ἐπὶ λεηλασίαν ἔπεμπε

9. αὐτῶν om. P.

duae partes inferiores a civibus incoluntur: tertia, quae eadem arx est, praefecto relinquitur. Est autem undequaque accessu oppugnatuque difficilis. Illic Prealimpus sedens fossis ac munitionibus non egebat, cum huic rei natura providisset. Et is civibus magnopere diffidens, eorum liberos, uxores et rem familiarem in secundum seu medium septum sevocabat, viros omnes in ultimam seu infimam urbem expellebat, mandans, uti imperatorem, si invaderet, a se liberisque suis propulsarent: ipse mediae illi urbi, in qua coniuges cum prolibus erant, praesidium e Triballis imponebat, quos supra quingentos habere dicebatur. Habitantes autem extra muros neque in urbem ingredi sinebat, neque filios eorum cum uxoribus recipiebat, sed pro aedibus stantes pugnare iubebat, loco paene inaccesso et adorientibus difficillimo. Sic igitur ille ad obsidionem excipiendam se comparabat. Rumor vagabatur, invitum in urbe retineri, malleque vitandae pugnae ad urbes Thessaliae profugere. Contra sui eum ab hac mente deducebant; quodsi ea urbe potiretur imperator, tota quoque Thessalia pro certo potiturum. Quibus obsequens, obsidionem sustinuit. Imperator postquam castra propius urbem movit, primum quidem milites, paucis secum

A. C. 1350 τὴν στρατιὰν, ὀλίγους ἐν τῷ στρατοπέδῳ κατασχών· καὶ ἔκ τε αὐτῶν Σερβίων καὶ τῶν περικειμένων κωμῶν πολλὴν λείαν ἄγοντες ἐπανῆκον Ῥωμαῖοί τε καὶ βάρβαροι ὁμοίως. ἔπειτα ἐγγύτερον γενόμενοι παρεσκευάζοντο πρὸς τὴν τειχομαχίαν. P. 778 οἱ ἐπὶ τῆς ἔξω δὲ Σερβίων συνοικίας, τήν τε βασιλέως δεδοικότες ἔφοδον, καὶ τῶν Τριβαλῶν εἰς τὴν πόλιν οὐ προσδεχομένων, ἄλλως τε καὶ τὰ βασιλέως μᾶλλον ᾑρημένοι, κοινῇ τε πάντες ἐκ συνθήματος προσεχώρουν βασιλεῖ, καὶ τὴν στρατιὰν ἐδέχοντο καὶ ἐξένιζον ἐπὶ τῶν οἰκιῶν. οἱ δὲ ἔνδον καὶ αὐτοὶ μὲν τὰ βασιλέως μάλιστα ᾑροῦντο, ἐχομένων δὲ τῶν παίδων καὶ τῶν γυναικῶν, ἀναγκαίως προσεῖχον Τριβαλοῖς. εἰς τρίτην δὲ ἡμέραν παρασκευασάμενοι ἐτειχομάχουν, καὶ τῶν ἐγχωρίων μάλιστα ἐφελκομένων καὶ οὐκ ἀδύνατον ἐπαγγελλομένων τὴν παράληψιν. ἐπεὶ δὲ οὐ πανταχόθεν ἐξῆν προσβάλλειν ἀποκρότων ὡς ἐπιπλεῖστον καὶ σκληρῶν B τῶν τόπων ὄντων, ἔνθα μάλιστα ἐξῆν προσβαίνειν τὸ κράτιστον τῶν τοξοτῶν ἐπιστήσας ὁ βασιλεὺς, ἐκέλευε τοῖς τόξοις χρῆσθαι καὶ ἀνείργειν τοὺς ἀμυνομένους. ἄλλοι δὲ ἀσπίδας ὑποδύντες προσέβαλλόν τε τοῖς τείχεσι καὶ διώρυττον. ἔτυχε δὲ τὸ διόρυγμα ἐντὸς οἰκίας εἶναι κενῆς ἀνθρώπων· ἐπεὶ δὲ ἤδη διορώρυκτο, καὶ ἔμελλον εἰσιέναι, ἡ τῆς οἰκίας δεσπόζουσα ἐκείνης κατὰ τύχην εἰσελθοῦσα καὶ ἁλισκομένην τὴν πόλιν αἰσθομένη, βοῇ τε ἐχρῆτο καὶ συνεκάλει τοὺς ἀμυνομένους. οἱ δὲ παρῆσαν ἅμα τῷ αἰσθέσθαι, καὶ τοὺς διορύττοντας βάλλοντες, ἀφίστων τῶν τει-

remanentibus, praedatum dimisit: praedam opimam Romani barbarique similiter, et ex ipsis Serviis, et ex circumiacentibus vicis retulerunt. Postea vicinius accedentes, oppugnationi se accingebant. Qui de Serviis extra oppidum habitabant, impressionem hostium metuentes, et Triballis eos intra moenia non admittentibus, et quia insuper ab imperatore haud erant alieni, omnes consensu in eius se potestatem tradiderunt, ac milites hospitio receperunt. Qui in urbe erant, ipsi quoque partibus eiusdem vehementer adhaerebant: tamen propter uxores ac liberos, qui in medio tenebantur, necessario Triballis auscultabant. Tertio die parati muros, indigenis praecipue allicientibus et capi urbem posse affirmantibus, oppugnant. Sed quia non undecumque licebat invadere, locis ut plurimum duris et asperis, ubi maxime dabatur adscensus, florem ipsum sagittariorum constituens imperator propugnatores propellere iubet. Alii testudine facta ad muros ruunt, eosque perfodientes penetrant: contigitque, intra domum moenibus haerentem, hominibus vacuam, veniri, per quam cum se in urbem immissuri essent, domina domus casu ingressa oppidumque captum advertens, elato clamore propu-

γῶν. ἅμα δὲ καὶ ὄμβρων ῥαγδαίων ἐπενηνεγμένων ἐν αὐτῇ A. C. 13 μάλιστα τῆς μάχης τῇ ἀκμῇ, ἥ τε ἄλλη στρατιὰ ἐπέπαυτο C καὶ ἀνεχώρει πρὸς τὸ στρατόπεδον, οὐ δυναμένη πρός τε ὄμβρους ὁμοῦ καὶ πολεμίους μάχεσθαι ἀσφαλῶς ἑστῶτας ἐπὶ τῶν τειχῶν, αὐτοὶ διολισθαίνοντες τὰ πολλὰ πρὸς τὸν πηλόν. καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπεὶ διημάρτανε τῆς πόλεως πρὸς τὴν πρώτην ἐπιχείρησιν, τό,τε βιάζεσθαι τοῖς ὅπλοις ἀπογνοὺς, καὶ πρὸς τὸ πολιορκεῖν διὰ τοὺς ὄμβρους καὶ τὸν χειμῶνα ἀδυνάτως ἔχων, αὖθις ἀνέστρεφεν εἰς Βέῤῥοιαν· εἵποντο δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς ἔξω Σερβίων συνοικίας πλὴν ὀλίγων πάντες, ὅσοι μάλιστα ἐν λόγῳ ἦσαν, ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ὀλίγα ἔχοντες ἐκ τῆς οὐσίας, ὅσα φέρειν ἦσαν δυνατοὶ, οὐ μόνον διὰ τὴν πρὸς βασιλέα εὔνοιαν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκ Τριβαλῶν οὐδὲν D διὰ τὴν ἀποστασίαν ἤλπισαν ἐπιεικὲς, εἰ γένοιντο ἐπ' αὐτοῖς. ἔτι δὲ ἐν Βεῤῥοίᾳ βασιλέως διατρίβοντος, ἐκ τῶν μάλιστα ἐπισήμων πόλεων αἳ Ῥωμαίων μὲν ἦσαν ὑπήκοοι τὸ ἀρχαῖον, χρόνον δὲ ἐδούλευσαν οὐκ ὀλίγον Τριβαλοῖς, ἧκον δια- V. 623 λεγόμενοι κρύφα καὶ δεόμενοι ἥκειν παρ' αὐτοὺς, ὡς εἰσδεξόμενοι ἐκβαλόντες Τριβαλούς. οὐ μόνον δὲ ἐκ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῆς Σκοπιᾶς, ἣ δοκεῖ βασίλεια Κράλη εἶναι ἀπὸ τοῦ βασιλέως τοῦ πρώτου τῶν Παλαιολόγων Μιχαὴλ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐκτετμημένη, πρέσβεις ἧκον ἀναφανδὸν ἀπὸ τῆς πόλεως κοινῇ βασιλέα καλοῦντες ἥκειν ἐπ' αὐτοὺς, ὡς

20. βασιλεῖ M. mg. 21. τῶν βασ. P. et M.

gnantes convocat. Illi extemplo accurrunt, fodientesque iaculis a muro depellunt. Cumque in ipso potissimum fervore certaminis imber effusius caderet, manus illa a pugna destitit atque in castra recessit, quando simul adversus imbrem et hostem dimicare non poterat tuto supra muros stantem, cum ipsi fallentibus vestigiis toties in lutum prolaberentur. Imperator quoque primum impetum fuisse irritum cernens, et armis cogi posse desperans, et propter imbrem atque hiemem continuare obsidionem non valens, Berrhoeam rediit: quem suburbani Serviorum praecipui omnes praeter paucos cum liberis et uxoribus, de facultatibus suis non plus habentes, quam asportare secum poterant, secuti sunt. Neque id faciebant ob amorem erga imperatorem tantummodo, sed quod etiam a Triballis, si eis amplius subessent, defectionis suae praemia parum bona exspectabant. Adhuc agente apud Berrhoeam imperatore, ex nobilissimis urbibus, quae antiquitus Romanis parebant iamque diu Triballis servierant, veniebant qui clam colloquerentur rogarentque, ad se veniret, eiectis Triballis illum suscepturos. Nec ex aliis dumtaxat urbibus, verum etiam ex ipsa Scopia, quae Cralis regia putatur, quam Michaël, ex Palaeologis primus imperator, a Romano imperio separavit, legati palam urbis nomine venerunt, cum ad se

A. C. 1350 παραδώσοντες τὴν πόλιν. ὁ Κράλης γὰρ ἐπὶ Παίονας ἐστρα-
P. 779 τευμένος τότε, ὡς ἐπύθετο βασιλέα ἐπιόντα, καίτοι στρατιὰν πλείστην περὶ αὐτὸν ἠθροισμένην ἔχων, ἀντικαθίστασθαι πρὸς βασιλέα οὐκ ἐθάῤῥει, ἀλλὰ πάντα προέμενος ἐβούλετο φυγομαχεῖν. ὅθεν καὶ τῶν Σκοπιᾶς πολιτῶν πρεσβευσαμένων πρὸς αὐτὸν καὶ τὴν ἔφοδον ἀπαγγελλόντων βασιλέως καὶ δεομένων βοηθεῖν, πρῶτα μὲν ἐλπίδας παρείχετο ὡς βοηθήσων, ἂν ἐπίωσιν αὐτοῖς Ῥωμαῖοι· ὡς δὲ μᾶλλον προσέπιπτον αἱ φῆμαι φοβερώτεραι τῶν ἐπιόντων Ῥωμαίων
B καὶ βαρβάρων, φανερῶς ἀπεῖπε τὴν ἐπικουρίαν τοῖς ἐκ τῆς Σκοπιᾶς· ἐκέλευέ τε σώζειν ἑαυτοὺς ὡς ἂν οἷοίτε ὦσιν. αὐτὸν γὰρ μὴ δύνασθαι τὸ νῦν ἔχον ἥκειν πρὸς αὐτούς. οἳ βουλευσάμενοι κοινῇ καὶ πολλῆς ἀνοίας εἶναι κρίναντες ἀντικαθίστασθαι οἷς ὁ σφῶν δυνάστης τοσαύτην ἔχων δύναμιν οὐκ ἐτόλμα, ἥκουσι πρὸς βασιλέα καὶ τὴν πόλιν παρεδίδουν πρὶν διαφθαρῆναι. ὕστερον δὲ ἐπεὶ οἱ φόβοι διελύοντο, ἐπὶ δίκην καταστάντες ὑπὸ Κράλη καὶ διωκόμενοι ἀποστασίας, ῥᾷον ἀπελύσαντο τὰ ἐγκλήματα, τοῦ παρ' αὐτοῖς ἀρχιεπισκόπου διαιτῶντος· ὃς ἐπεψηφίζετο αὐτοὺς μηδὲν ἠδικηκέναι, εἰ, ἐπικουρεῖν μὴ βουλομένου Κράλη, ἀλλὰ καὶ παραινοῦντος
C σώζειν ἑαυτούς, συνετά τε ἅμα καὶ σωτήρια σφίσιν ἐβουλεύσαντο, δουλεύειν τοῖς δυνατωτέροις ψηφισάμενοι. οὕτω πᾶσαι πόλεις κατεσείσθησαν τῷ φόβῳ τότε καὶ προσχωρεῖν

in deditionem accipiendos invitantes. Nam Crales, qui tunc in Paeonas moverat, ut imperatorem adventasse audivit, quamquam haberet copias ingentes, non se illi audebat opponere, sed omnia ducens in minimis conflictum volebat declinare. Unde etiam, cum Scopiae cives, legatione missa, Imperatorem infestis signis ad se tendere nuntiassent auxiliumque popostissent, primum quidem spem faciebat, si Romani ipsos adorirentur. Ut autem fama de adventantibus Romanis barbarisque increbuit terroremque duplicavit, manifeste opem Scopiensibus negavit hortans, ut semet ipsos pro viribus defensarent: se in praesentia ad eos venire non posse. Illi communi consilio magnae dementiae tribuendum statuentes, illis resistere, quibuscum eorum princeps cum tanto exercitu bellare non auderet, ad imperatorem adeunt, urbisque, antequam duriora experiantur, deditionem faciunt. Postmodum, sedato timore, in iudicium a Crale vocati et defectionis accusati, facile crimen refutarunt, archiepiscopo eorum cognoscente, qui eos nihil adversus aequitatem patravisse pronuntiavit, si, Crale nolente succurrere, sed hortante, ut se ipsos tuerentur, illi prudenter sibi ac salutariter consulentes, potentioribus parere constituerint. Adeo tunc omnes urbes percul-

ἐβούλοντο ἑκοῦσαι βασιλεῖ, πρὶν ἀναρπασθῆναι. οὐχ αἱ πό- A.C. 1335
λεις δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν Τριβαλῶν οἱ δυνατώτατοι, καὶ
πρότερον εὔνως περὶ βασιλέα διακείμενοι, καὶ μᾶλλον ὑπ'
ἐκείνου ᾑρημένοι βασιλεύεσθαι, τότε καὶ μᾶλλον ὑπὸ δέους
κρύφα διελέγοντο καὶ παρώξυνον ἥκειν ἐπὶ σφᾶς, ὡς πάντων
τὰ δυνατὰ βουλησομένων συνεργεῖν. ἧκον δὲ καὶ αὐτόμολοι
δύο ἐξ αὐτῶν· ὧν ἅτερος τῶν μάλιστα ἦν ἐπιφανῶν, κατὰ
γένος προσήκων Κράλῃ, Χλάπαινος ὠνομασμένος, στρατιάν D
τε ἔχων ὑφ' ἑαυτὸν οὐκ εὐκαταφρόνητον καὶ πολλὴν περιου-
σίαν· ὁ λοιπὸς δὲ οὐ τῶν πάνυ περιδόξων ἦν, πλὴν κἀκεῖνος
ἀρχάς τε πόλεων ἐγκεχειρισμένος καὶ στρατοπέδων ἡγεμονίας,
ὄνομα Τολίσθλαβος. καὶ ἄμφω δὲ ἐκ τῶν ἄλλων δυνατῶν
λόγους ἐκόμιζον πρὸς βασιλέα, ὡς, ἢν ἐπίῃ Κράλῃ, καὶ αὐ-
τοὶ συμπολεμήσουσιν ἀποστάντες. βασιλεῖ δὲ ἀξιόμαχον στρα-
τιὰν οὐκ ἔχοντι οὐκ ἐδόκει δεῖν ταῖς ἀποστασίαις θαῤ-
ῥοῦντα μόνον, ἑαυτὸν εἰς τοὺς κινδύνους εἰσωθεῖν, ἀλλὰ πα-
ρασκευασάμενον ἐπιστρατεύειν ἐπικαίρως. τότε δὲ ἄρχοντα
ἐν Βεῤῥοίᾳ Διπλοβατάτζην τὸν πρωτοβεστιαρίτην καταλι-
πὼν, πραγμάτων τε δυσκολίαις καὶ μεταβολαῖς εἰδότα χρῆ-
σθαι καὶ πρὸς μάχας τολμητὴν, ταῖς τε κατὰ Θετταλίαν P. 780
προσχωρησάσαις Νικηφόρον ἐπιστήσας τὸν Σαραντηνὸν, ἐπα-
νέζευξεν εἰς Θεσσαλονίκην.

κ'. Μετὰ μικρὸν δὲ τήν τε ἱππικὴν καὶ τὴν πεζὴν V. 624

3. εὔνους P. 19. δυσκολίας P.

se, ultro, priusquam diriperentur, imperatoris esse cupiebant. Nec urbes solum, sed etiam Triballorum potentissimi, qui antea imperatori fuissent amici et ei subesse maluissent, tunc etiam magis volebant: sed ob metum secreto cum eo agebant, et ad se illum allectabant, omnes quantam possent opem eidem allaturi. Venerunt et duo ex ipsis transfugae, quorum alter illustrissimus e Cralis familia, Chlapaenus nomine, manum sub se non contemnendam habebat et divitiis pollebat: alter non valde clarus, tamen et ille urbium praefecturas gesserat exercitusque ductaverat, Tolisthlabus appellatus. Atque hi ceterorum dynastarum sententiam decretumque afferebant, si Cralem invaderet, armis suppetias laturos. Imperatori, pares ad confligendum copias non habenti, visum, non oportere fretum defectionibus tantummodo periculum subire, sed instructum pro opportunitate in hostem ire. Ac tunc quidem praefectum Berrhoeae Diplobatatzen protovestiarium, ad rerum difficultates et conversiones scientem accommodare consilia et ad pugnam interritum, relinquens, iis autem, qui e Thracia accesserant, Nicephorum Tarentinum praeficiens, Thessalonicam regressus est.

20. Paulo post cum equitatu peditatuque et genero expeditionis

A. C. 1350 δύναμιν ἀναλαβὼν, ἔχων καὶ βασιλέα τὸν γαμβρὸν συ-
B στρατευόμενον, ἐπεστράτευσε Γυναικοκάστρῳ, ὃ φρούριόν
ἐστι καρτερώτατον ὑπὸ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ νέου
οἰκοδομηθὲν αὐταῖς κρηπῖσιν, ἡμέρας ὁδοῦ μῆκος ἔλατ-
τον ἀφεστηκὸς Θεσσαλονίκης. εἴχετο δὲ ὑπὸ Τριβαλῶν μετὰ
τῶν ἄλλων αὐτὸ ἑλόντων. οὐκ ὀλίγα τε ἔβλαπτε Θεσσαλο-
νίκην, στρατιὰν ἔκ τε Ῥωμαίων τῶν προσκεχωρηκότων καὶ
Τριβαλῶν ἔχον ἐγκαθιδρυμένην. Βέλκος δὲ ὁ τοῦ φρου-
ρίου ἄρχων, ὡς ἐπύθετο βασιλέα ἐπιόντα, τοῖς ὅπλοις δεί-
C σας μὴ ἁλῷ, πέμψας ἐπηγγέλλετο προσχωρεῖν ἑκών. πίστεως
δὲ ἕνεκα καὶ τὰ ἐν κόλποις ἅγια παρείχετο, ὅρκους μονον-
οὐ ὑπὲρ τοῦ τὸ φρούριον ἐγχειρίσειν παρεχόμενος. βασι-
λεῖ τε ἐδόκει βέλτιστον τὸ φρούριον ἔχειν ἄνευ φόνων καὶ
κινδύνων· ἐκέλευέ τε Βέλκον ἥκειν παρ' αὐτόν. ἐπεὶ δὲ
ἧκε πρὸς τὸ στρατόπεδον πρὸς βασιλέα, ὅρκους μὲν παρεί-
χετο ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τε αὐτὸν προσχωρεῖν καὶ τὸ φρούριον
παραδιδόναι· ἐδεῖτο δὲ μὴ τὸ νῦν ἔχον ἢ αὐτὸν εἰσιέναι,
ἢ φρουρὰν εἰσάγειν· τήν τε γὰρ οὐσίαν αὐτῷ πλείστην οὖ-
σαν καὶ διεσκεδασμένην ἀπολεῖσθαι ὑπὸ Τριβαλῶν διαρπα-
σθεῖσαν, καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτῷ καὶ οἰκείους Κράλην ἄρ-
D δην διαφθερεῖν διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀπέχθειαν· ἀλλὰ περι-
μείναντα ἡμέρας πεντεκαίδεκα, ἄχρις ἂν οἰκείους τε καὶ
χρήματα μεταπέμψηται, οὕτω τὸ φρούριον παραλαμβάνειν.
τούτοις μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς πεισθείς, καὶ ὅρκους ἐπὶ τοῖς εἰρη-
μένοις ἐκείνου παρασχομένου, ἀνέστρεφεν εἰς Θεσσαλονίκην.

socio Gynaecocastrum abit. Castellum est munitissimum, ab Andronico iuniore imperatore ab ipsis fundamentis exaedificatum, unius paene diei itinere Thessalonica distans. Id cum aliis captum a Triballis tenebatur, et ex iis atque e Romanis deditītiis praesidiarios habebat. Bessus praefectus, adventu imperatoris cognito, timens, ne vi caperetur, per nuntium sponte ad eum se transiturum promisit. Fidei autem faciendae et quas de collo suspensas gestabat sacras reliquias adiecit: et tantum non iuravit, castellum sese traditurum. Imperator optimum fore ratus, nullis dimicationibus ac caedibus id recipere, Bessum accersit. Ut in castra venit, sacramento quidem confirmat, ad eum se deficere castellumque dedere: precatur tamen, ne in praesens aut ipse ingrediatur, aut praesidium inducat: suas enim facultates et maximas et locis disiunctas Triballis diripientibus amissurum: et Cralem odio incensum, cognatos atque domesticos suos funditus perditurum: sed exspectato die quinto decimo, donec proquinquos et opes suas collegerit, sic demum illud occupet. His imperator, iuramento praesertim accedente, persuasus,

Βέλκος δὲ τὰ ὀμωμοσμένα δῆθεν ἐκπληρῶν, τούς τε οἰκείους ἐκ A.C. 1350
Τριβαλῶν μετεπέμπετο καὶ βοσκήματα καὶ τὴν ἄλλην περιουσίαν, ἔπεμπέ τε καὶ εἰς Θεσσαλονίκην οὐκ ὀλίγα, δεῖγμα τῆς πρὸς βασιλέα εὐνοίας καὶ τῆς φυλακῆς τῶν συνθηκῶν. Κράλης δὲ ἤδη πεπυσμένος, ὡς ἡ μὲν ἐκ τῆς ἠπείρου στρατιὰ καὶ Ῥωμαίων καὶ βαρβάρων τοσαύτη οὖσα ἀναστρέψειε, βασιλεὺς δὲ ταῖς τριήρεσι μόναις καὶ βαρβάροις πεζοῖς ὀλίγοις ἀφιγμένος εἰς Θεσσαλονίκην Βέῤῥοιάν τε εἷλε καὶ Ἔδεσσαν P. 781
καὶ ἄλλας πολίχνας οὐκ ὀλίγας, ἀνεθάρσησέ τε καὶ στρατιὰν ἀναλαβὼν οὐ πολλὴν μὲν, πολὺ δὲ ὅμως ὑπερέχουσαν τῆς βασιλέως, ἤλαυνε σπουδῇ ἐπὶ Θεσσαλονίκην. καὶ Βέλκος μὲν αὐτίκα ὑπ' ἐκεῖνον ἦν, καὶ συνεστρατεύετο μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν, τῶν πρὸς βασιλέα συνθηκῶν καὶ ὅρκων ἀμνημονήσας. Κράλης δὲ ἐγγὺς γενόμενος Θεσσαλονίκης, πρεσβείαν ἔπεμπε πρὸς βασιλέα καὶ πρῶτα μὲν ὠνείδιζε τὴν εἰς αὐτὸν ἀγνωμοσύνην, ὅτι ἀμνημονήσας ὧν εὖ ὑπ' αὐτοῦ πρότερον πεπόνθει, καιροῦ τυχὼν αὐτοῦ ταῖς πόλεσιν ἐπιστρατεύσειε, καὶ τοὺς φρουροῦντας κατασχοίη ἐκβαλὼν, καὶ χρημάτων ἀποστερήσειεν οὐκ ὀλίγων· ἃ οὐκ ἐχρῆν ποι- B
εῖν, ἀλλὰ τῶν εἰς αὐτὸν γεγενημένων ἀπομνημονεύοντα, τὴν φιλίαν διασώζειν πρὸς αὐτόν. ἐπεὶ δὲ ἃ μὴ ἔδει εἴργαστο, κατηγορεῖν μὲν αὐτὸν, οἴεσθαι δὲ καὶ πάντα ὁντινοῦν. ἀναλύεσθαι δὲ ὄντων ἀδυνάτων τῶν γεγενημένων, βούλεσθαι μά- V. 625
λιστα αὐτὸν, εἴγε καὶ αὐτῷ δοκοίη, ἀλλήλοις συνελθεῖν, καὶ διαλεχθέντας περὶ τῶν διαφορῶν, συμβάσεις θέσθαι καὶ τὸν

16. πρὸς M. mg. 23. ἀδυνάτων om. P.

Thessalonicam repetit. Bessus iurata exsequens et propinquos ac pecora resque alias e Triballis cogens, Thessalonicam non pauca, suae in imperatorem propensionis pactique servati indicium, mittit. Crales ut accepit, tantum e Romanis atque barbaris collectum exercitum e continente reversum, et imperatorem triremibus solis, cum barbaris peditibus non ita multis Thessalonicam profectum, Berrhoeamque et Edessam et alia oppidula complura cepisse, sese confirmans, cum copiis non magnis, imperatoriis tamen longe maioribus, Thessalonicam contendit. Et Bessus quidem cum militibus suis, pactorum et iuramenti oblitus, statim illi se iungit. Crales Thessalonicae appropinquans, legationem ad imperatorem mittit, eique ingratum animum exprobrat, quod acceptorum beneficiorum immemor, tempore adiuvante, urbes suas oppugnarit, eiectisque praesidiis occuparit, et facultatibus non modicis spoliarit, secus quam debuerit. Debuisse autem recordantem sua merita sacrosanctam servare amicitiam. Et quia contra fas egerit, se illum reprehendere putareque reprehensum iri ab omnibus. Verum quia praeterita corrigi nequeant, velle se, si

[redacted]

A. C. 1350 πόλεμον καταθέσθαι, ἀνανεωσαμένους τὰς σπονδὰς καὶ τὴν εἰρήνην. τοιαῦτα μὲν ἐπρέσβευεν ὁ Κράλης, βασιλεῖ τε ἐδόκει βέλτιστα, καὶ συνέθεντο ἡμέραν ῥητὴν, ἐν ᾗ ἔδει γενομένους ἐν ταὐτῷ λύειν τὰς διαφορὰς, σπονδὰς θεμένους. ἐπιστάσης τε τῆς προθεσμίας, οἵ τε βασιλεῖς ἀμφότεροι ἐξῆε- C σαν ὡπλισμένοι καὶ οἱ συνόντες. Κράλης τε ὁμοίως μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ὡπλισμένοι ὄντες ἧκον ἐγγὺς Θεσσαλονίκης καὶ συνεγένετο τοῖς βασιλεῦσι. μετὰ δὲ τὴν προσαγόρευσιν ὁ Κράλης πρῶτος ἥπτετο πρὸς βασιλέα λόγου, „Ἀδικεῖς," εἰπὼν, „ὦ βασιλεῦ, πολέμου ἄρχων. ἐγὼ δὲ ᾤμην εἶναι μηδὲν τῶν ὄντων, ὃ σε πρὸς ἐμὲ πεῖσαι δυνήσεται ἀγνωμονεῖν. οἶσθα γὰρ αὐτὸς τῶν ἄλλων μᾶλλον, ὡς πολεμηθεὶς ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων καὶ τῆς Ῥωμαίων γῆς ἀπελαθεὶς, ἀδίκως μὲν, (οὐ γὰρ ἂν ἀρνηθείην οὐδ' αὐτὸς,) ὅμως δ' οὖν ἀπελαθεὶς, ἧκες παρ' ἡμᾶς, οὔτ' ἀμοιβάς σοι προτέρων εὐεργεσιῶν D ὀφείλοντας, οὔτ' ἀγανακτοῦντας ὑπὲρ σοῦ ἀδικουμένου, ἀλλ' εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ τὴν ὑμῶν πρὸς ἀλλήλους διαφορὰν ἐν εὐτυχίας μέρει λογιζομένους τῷ τὰ ἴδια εὖ τίθεσθαι. ἐγὼ δὲ, καίτοι τῶν σοὶ πολεμούντων πολλὰς πρεσβείας πεποιημένων καὶ χρήματα παρεχομένων καὶ πόλεις πολλὰς καὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀπόμοιραν προϊεμένων οὐκ ὀλίγην, καὶ φίλον ἔχειν καὶ σύμμαχον ὑπισχνουμένων, καὶ μίαν τούτων ἁπάντων χάριν ἀπαιτούντων τὸ σὲ δεσμώτην παρασχεῖν, ἢ αὐτὸν κατέχειν συλλαβόντα, οὐκ ἠθέλησα αὐ-

idem ipsi placeat, cum eo congredi, disceptatisque controversiis pacisci et bello valere iusso, foedus pacis renovare. Haec in legatione Crales, quae imperatori gratissima accidere: praefixusque amborum voluntate dies, quo convenirent ac dissidium icto foedere componerent. Iamque dies praefinitus ad colloquium aderat, cum ambo imperatores et comites armati exeunt. Crales similiter cum stipatoribus suis armatus ad urbem Thessalonicam et imperatores accedit. Ubi inter se consalutarunt, Crales prior fari incipit: „Iniquus es in me, imperator, cum bellum mihi facis. Ego vero sic arbitrabar, rem esse nullam, quae alienum et ingratum te reddere posset. Scis enim, ut nemo melius, quomodo hostiliter ab homophylis oppugnatus et Romanorum finibus exactus, (iniuste quidem, quis negat? sed tamen exactus,) ad nos confugeris, qui neque beneficium aliquod tibi debebamus, nec tua iniuria dolebamus. Sed si vera dicenda sunt, discordias in loco beatitudinis numerabamus, cum inde res nostrae bene haberent. At ego, quamquam hostes tui crebro legationes mitterent, pecuniam et urbem non unam offerrent, imperiique Romani partem non minimam parvipenderent, si me amicum atque socium nanciscerentur, et unam solam pro his omnibus gra-

τός, ἀλλὰ καὶ χρημάτων πολλῶν καὶ πόλεων τοσούτων καὶ A. C. 1350
χώρας πολλῆς καὶ ἀγαθῆς τὴν σὴν φιλίαν προειλόμην, καὶ
οὐ μόνον οὐ προδέδωκα τοῖς πολεμίοις, καίτοι ῥᾷστά γε
δυνάμενος, (οὐ γὰρ οὐδ' αὐτὸς ἀγνοεῖς, ἐν ὅτοις ἦσθα τότε,)
ἀλλὰ καὶ τό γε εἰς ἐμὲ ἧκον, καὶ δὶς καὶ τρὶς ἐπὶ συμμα- P. 782
χίᾳ παρεσχόμην στρατιάν. ὧν ἐνόμιζον ἁπάντων μεμνημέ-
νον, οὐδέποτε βουλήσεσθαι, κἂν δυνήσῃ τὰ μεγάλα, τὰς ὑπ'
ἐμὲ τελούσας πόλεις κακουργεῖν. σὺ δ', ὡς ἔοικεν, ἐκείνων
ἁπάντων ἐπιλελησμένος, ἥκεις νῦν βαρβάρους ἄγων, ὡς ἐπὶ
πολέμιον καὶ τὰ μέγιστα ἠδικηκότα, καὶ πόλεις τὰς μὲν
τοῖς ὅπλοις εἷλες, ἑτέρας δὲ κλοπῇ, οὐκ ὀλίγας δὲ καὶ ὑπὸ
δέους προσχωρησάσας. καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας στρατιώτας καὶ
τῶν ἐπιφανῶν πολλοὺς τοὺς μὲν ἀπέκτεινας κατὰ τὰς μά-
χας, τοὺς δὲ ἄλλους ἀνδραποδίσας, ἐν εὐεργεσίας μέρει τὴν
ἐλευθερίαν τῶν σωμάτων, ὅτε σοι βέλτιον ἐφαίνετο, παρείχου, B
οὐ μᾶλλον ἥδεσθαι ποιῶν τυγχάνοντας ἐλευθερίας, ἢ ὅσον
ἐξανδραποδιζόμενος ἐλύπεις· χρημάτων τε ἀπεστέρησας καὶ
βοσκημάτων, οὐδὲ ἀριθμητῶν. ἃ πάντα ἄχθεσθαι ποιεῖ καὶ
πολλήν σου κατηγορεῖν ἀγνωμοσύνην. ὅμως μέντοι, καίτοι
τοσαῦτα ὑπὸ σοῦ ἠδικημένος, οὐ πολέμιος, ἀλλὰ φίλος καὶ
σύμμαχος, ὥσπερ καὶ πρότερον, αἱροῦμαι εἶναι σός. καὶ πᾶ-
σαν ἀποθέμενον παραινῶ μικροψυχίαν, τὴν προτέραν φιλίαν

4. ὅσοις V. 7. δυνήσηται μεγάλα P.

tiam peterent, ut te vinctum illis traderem, aut ipse constrictum tenerem, nihilo minus immani pecuniae et tot oppidis tamque amplae et cultae regioni necessitudinem tuam anteposui: nec tantum, quod facillime poteram, hostibus non prodidi, (haud enim tibi memoria excidit ille status tuus,) sed etiam, quod in me fuit, bis terque auxilia mea tibi adiunxi. Quorum omnium existimabam te perpetuo memorem, nunquam eo progressurum, ut, quamvis potens, urbes meas affligeres. Tu autem, quod apparet, eorum omnium posita memoria, nunc barbaros in me, ut in hostem iniuriosissimum, ducis. Et urbium quidem alias armis cepisti, alias dolo et insidiis, aliquantas etiam metu subegisti. Militum vero praesidiariorum, qui in quaque reperti sunt, atque nobilium multorum, partim pugna occidisti, partim in servitutem redegisti, et libertatem eis corporum, quando tibi libuit, praebuisti, non magis manumissione eos exhilarans, quam, dum servos faceres, contristaveras: quod non ita ipsis iucunda esset post servitutem libertas, quam tristis fuerat libertati imposita servitus. Pecuniam quoque infinitam et pecora innumerabilia abstulisti. Quae omnia me excruciant, faciuntque, ut vehementer ingratum te et iniquum iudicem. Verum enim vero, tametsi abs te laesus toties, non hostis tibi, sed amicus et socius esse

A. C. 1350 καὶ τὰς σπονδὰς ἀνανεοῦσθαι, ἔχοντας ἃ ἔχομεν ἑκάτερον. εἰ δέ σε λυπεῖ τὸ καὶ αὐτὸν ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας μοῖράν τινα παρῃρημένον ἔχειν, ἀλλ' ἐκεῖνο ἐννοεῖν χρή, ὡς αὐτὸς
C ἔχεις πολλαπλάσιον λαβὼν ἐκ τῆς αὐτῆς ἑτέρῳ προσηκούσης. οἷς προσῆκον ἀγαπᾷν ἑκάτερον, καὶ σπονδὰς θεμένους εἰρήνην ἄγειν. εἰ δὲ μὴ ταῦτα φίλα σοι δοκεῖ, ὅρα μή σοι πρὸς τῷ
V. 626 μηδὲν πλέον ἠνυκέναι καὶ ἀπληστίας καὶ ἀχαριστίας πρὸς τοὺς φίλους καὶ τοὺς εὖ πεποιηκότας ἔγκλημα προσέσται." τοιαῦτα μὲν ὁ Κράλης διειλέχθη πρὸς βασιλέα, πολλῶν παρόντων. βασιλεὺς δὲ ἐπισχὼν μικρὸν, τοιαύτην πρὸς Κράλην ἐποιήσατο ἀπολογίαν· „οὐδὲν οὕτως οἴομαι λυμαίνεσθαι τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐξαρχῆς, οὐδὲ μᾶλλον αἴτιον τῶν μεγάλων δια-
D φορῶν καὶ τῶν πολέμων γεγενῆσθαι, ἢ τὸ μὴ δικαίως ἕκαστον ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις διαιτᾷν, ἀλλ' ἑαυτῷ μὲν καὶ τὰ ἀτοπώτατα πολλάκις συγχωρεῖν, τοὺς δ' ἄλλους καὶ ὑπὲρ τῶν ἐλαχίστων μεγίστας ἀπαιτεῖν εὐθύνας. καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ πολλῆς ἐμπέπληκε τὸν βίον ταραχῆς, καὶ οὐ πόλεσι μόνον καὶ οἰκίαις μεγάλας ἐνειργάσατο συμφορὰς, ἀλλὰ καὶ ὅλας διέφθειρεν ἡγεμονίας, ἢ αὐτούς τινας ὑπ' ἀπληστίας ἑτέρους διαφθείραντας πολέμων ἄρχοντας ἀδίκων, ἢ ὑπὸ τῶν ἀδικουμένων διαφθαρέντας, δικαίως καὶ καλῶς ἀμυνομένων. ὅπερ οἴομαι καὶ σοὶ συμβεβηκέναι νῦν. εἰ γὰρ δικαίως καὶ καλῶς

volo, perinde ut antehac, et hortor, ut, abiectis istis cogitationibus humilibus, priorem amicitiam et foedus mecum renoves, et uterque quae habet retineat. Quodsi aegre tibi est, me quoque portionem aliquam de Romano imperio ablatam possidere: at illud cogites velim, te multo ampliorem habere, detractam ex ea, quae alterius erat propria: quibus utrumque contentum esse et, facto foedere, pacem agitare par est. Sin ista conditio te non delectat, vide, ne, praeterquam quod nihil proficis, etiam inexplebilis avaritiae et ingrati animi erga amicos ac bene meritos crimen incurras." Haec Crales ad imperatorem, multis praesentibus. Imperator aliquamdiu silens, in haec verba responsum reddidit: „Nihil aeque hominum vitae iam inde ab initio obesse opinor, neque aliud magna dissidia et bella gravia peperisse, quam quod unusquisque sibi et aliis haud iustus est arbiter, sed sibi quidem vel turpissima frequenter ignoscit, ab aliis autem etiam pro minutissimis delictis poenas poscit acerbissimas. Atque hoc est, quod vitam humanam tantopere perturbavit atque permiscuit, nec urbibus tantum ac domibus ingentia incommoda intulit, sed et tota imperia pessumdedit, cum aut quidam insaturabili cupiditate bello per nefas illato alios evertunt, aut ab aliis, quibus iniqui fuerant, iuste ac honeste se ulciscentibus evertuntur: quod et tibi modo contigisse arbitror. Si enim aequum et bonum

ἐμοί τε καὶ σαυτῷ διῄτεις, οὐκ ἂν σὺ μὲν ἐκσπόνδως καὶ A.C. 1350 παρὰ τοὺς ὅρκους τοσαύτας ἔχων Ῥωμαίων πόλεις, καινὸν P. 783 ᾤου μηδὲν ποιεῖν, ἐμὲ δ' ὅτι ἐκ πολλῶν ἀπέλαβον ὀλίγα, ἐδίωκες ἀγνωμοσύνης καὶ ἀχαριστίας καὶ τὸ τούτων ἔτι θαυμασιώτερον, ἀπληστίας. ὡς μὲν οὖν ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων πολεμηθεὶς ἀδίκως καὶ τῆς Ῥωμαίων γῆς ἀπελαθεὶς, πρὸς σὲ ἀφῖγμαι, πολλοὺς ἄγων καὶ τῶν οἰκείων καὶ τῶν φίλων καὶ χρήματα οὐκ ὀλίγα, καὶ ὡς αὐτὸς οὔτε χρημάτων ἐπιθυμίᾳ τοσούτων ὄντων τῶν τε παρ' ἐμοὶ καὶ τῶν ὑπὸ τῶν πολεμίων παρεχομένων, οὔτε πόλεων καὶ χώρας τοσαύτης προϊεμένων ἐπὶ τῷ κακῶς ποιεῖν ἐμὲ, οὐδενὸς ἡττήθης, ἀλλὰ B πάντων τὴν εἰς ἐμὲ φιλίαν προὔθηκας, οὐκ ἂν ἀρνηθείην οὐδ' αὐτός. ἀδικοίην γὰρ ἂν τὰ μέγιστα σέ τε ὁμοίως καὶ τοὺς ἄλλους, οἷς ἐξῆν τοιούτοις παραδείγμασι καλοῖς χρωμένοις ἐπὶ τὸ τὰ βελτίω πράττειν προθυμεῖσθαι. τὸ γὰρ μηδὲν, ὥσπερ ἔφης καὶ αὐτὸς, πρὸς ἀντίδοσιν εὐποιίας προοφείλοντα καὶ κατὰ συμφορὰν εἰσδεδεγμένον, ἔπειτα μήτ' οἴκοθεν ὁρμηθῆναι πρὸς πλεονεξίαν, μήθ' ὑπ' ἄλλων ἐναγόμενον καὶ καταναγκαζόμενον, μήτ' ἄδικον, μήτ' ἀγεννὲς βουλεύσασθαι περὶ ἐμὲ, ἀλλὰ πάντων ἐκείνων τῶν δοκούντων πρὸς τὴν ἀρχὴν λυσιτελεῖν τὴν τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου αἵρεσιν προῖκα προτιμῆσαι, οὐ μεγαλοψυχίαν μόνον καὶ φιλοτιμίαν, ἀλλὰ C καὶ δικαιοσύνην καὶ εὐβουλίαν σοὶ συμμαρτυρεῖ, καὶ τούτων

23. σοὶ om. P.

te in nostra amborum causa iudicem praestitisses, non tu contra foedus et iuramenta tot oppidis Romanorum incubans, nihil te novum admittere censuisses: nec me, qui ex multis pauca recepi, ut improbum ingratumque, et quod his mirabilius est, avarum accusavisses. Me igitur a civibus meis bello petitum et Romano solo pulsum, cum necessariis et amicis et pecunia multa ad te venisse, te neque amore pecuniae, quam ego et hostes tam grandem offerebamus, neque urbibus et regione, quibus tibi cedebatur, ut mihi malefaceres, te, inquam, nullo horum victum esse, sed omnibus amicitiam meam praetulisse, nec ipse negaverim: essem enim in te et alios, qui tam egregiis exemplis ad virtutem incitari poterant, iniustissimus. Nam quod nullum, ut aiebas, beneficium mihi debens, in mea me calamitate excepisti, neque tuopte ingenio ad commoda tua ex me comparanda impulsus es, neque ab alio inductus, aut coactus iniuste, aut indigne in me consuluisti: sed omnibus illis, quae ad principatum amplificandum pertinere videbantur, honestatem atque iustitiam anteposuisti, haec te non modo excelso animo et ardore quodam immortalis gloriae praeditum, sed et bonum virum, intelligentia praestantem, testantur, et ob haec omnia ego tibi multas gratias iure debere confiteor: non solum quod

A. C. 1350 ἁπάντων ἐγώ σοι πολλὰς ὀφείλειν δίκαιος εἶναι χάριτας ὁμολογῶ, οὐ μόνον διὰ τὸ μηδὲν ἠδικηκέναι μάλιστα δυνάμενον, ἀλλ' ὅτι καὶ τὴν εἰς ἐμὲ τιμὴν μείζω ἢ πρὸς φίλον ἐπεδείξω. σχεδὸν γὰρ παρ' ὅσον χρόνον σοὶ συνῆν, τῆς ἀρχῆς ἐμοὶ τῆς σῆς ἐξέστης, οὐκ αὐτὸς μόνον τῶν πρωτείων ἀεὶ παραχωρῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπηκόους ἅπαντας ὡς αὐτῶν βασιλεύοντι προσέχειν κελεύων καὶ πᾶσαν αἰδῶ παρέχειν καὶ τιμήν. δι' ἃ σοι καὶ μείζους οἶδα χάριτας, ἢ τῆς
D σωτηρίας. τότε μὲν γὰρ σωθεὶς, πάντως ὕστερον ἀποθανοῦμαι, ἡ τιμὴ δὲ καὶ μετὰ τελευτὴν διαμενεῖ ὑπὸ πάντων ᾀδομένη καὶ τῶν εἰς ὕστερον ἐσομένων. οὐ σὲ δὲ μόνον ἐπὶ τούτοις δίκαιος ἂν εἴην ἐπαινεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν σὴν γυναῖκα μάλιστα αἰτιωτάτην ὀφθεῖσαν τῶν γεγενημένων εἰς ἐμέ. αὐτὴ γὰρ καὶ ἐβουλεύσατο καὶ ἔπεισέ σέ τε ὁμοίως καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν τέλει, μὴ μικρολογεῖν, μηδ' εἶναι ἀγαθοὺς ἐπὶ μι-
V. 623 σθῷ, ἀλλὰ προῖκα καὶ κατὰ φιλοτιμίαν, μέγιστον κέρδος αὐτὸ τοῦτο ἡγουμένους τὸ τὰ καλὰ καὶ δίκαια αἱρεῖσθαι· οἵ τε ἐν τέλει πάντες καὶ ἡ ἄλλη στρατιὰ οὐ διὰ τὸ σὲ βού-
P. 784 λεσθαι μόνον καὶ κελεύειν, ἀλλὰ καὶ οἴκοθεν ὡρμημένοι, μεγάλην ἐπεδείξαντο τὴν ἐπιείκειαν καὶ τὴν εὐγνωμοσύνην εἰς ἐμέ. ὧν ἁπάντων αὐτός τε χάριτας ὀφείλω, καὶ οἱ ἄλλοι ἐπαινέσονται, ὅσοις εἰς ἀκοὰς ἀφίξεται καὶ μετὰ χρόνον τὸ διήγημα. τί οὖν ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι τῶν τοσούτων ἀγαθῶν

8. τῆς om. P. 14. σέ om. P.

nihil nocueris, cum id facillime posses, sed etiam quod maiori me honore, quam amicum, cumulaveris. Ferme enim, quamdiu tecum vixi, tuo principatu mihi cessisti, non ipse dumtaxat priores mihi deferens, sed et subiectos tuos omnes, tamquam si eorum rex essem, mihi obtemperare omnique veneratione et honore me prosequi praecipiens. Quorum gratia ampliores tibi, quam pro salute et incolumitate mea abs te conservata, gratias ago. Tum siquidem abs te servatus, omnino tandem aliquando hac luce defungar: honor autem, quo me cohonestasti, etiam post fata manens, per ora posterorum volitabit. Neque vero te tantum his de causis, sed et coniugem tuam iure laudibus celebrarim, quae tuorum erga me beneficiorum causa praecipua fuit. Ipsa enim consilium dedit, ipsa tibi aliisque proceribus persuasit, ne quid sordidius committeretis, neve praemium aliquod exspectantes, sed gratis prorsus, et laudi vobis studium in me vestrum ducentes, benefici essetis, hoc unum in lucris maximis deputantes, iusta et honesta consectari. Principes porro tui omnes et milites, non tantum quia tu ita velles itaque mandares, sed sponte et voluntate libera humanitatem candoremque eximium adversus me declararunt. Pro quibus et ipse gratias debeo, et quorum aures vel sero ea narratio tetigerit, illos praedicabunt. Quid

ἀμνήμων ἐγὼ γεγενημένος, ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας εἱλόμην πο- A. C. 1350 λεμεῖν καὶ κακοῖς ἀμείβεσθαι τοὺς εὐηργετηκότας; πάντων μεντἂν εἴη ἀτοπώτατον, γλώττῃ μὲν οὕτως εἰδέναι χάριν τοῖς εὐπεποιηκόσι, καὶ μὴ συγκρύπτειν αἱρεῖσθαι τἀγαθά, ἔργοις δὲ ἀχαριστεῖν καὶ ἑαυτῷ φαίνεσθαι ἐναντιώτατον, ὃς οὐδὲ πρὸς τοὺς πολλὰ προσκεκρουκότας καὶ μεγάλων γεγενημέ- B νους αἰτίους συμφορῶν τοιαύτην οὐδέποτε γνώμην ὤφθην ἔχων. ἀλλὰ καὶ τῆς τοιαύτης διαφορᾶς καὶ τοῦ κεκινημένου πρὸς ἡμᾶς νυνὶ πολέμου αὐτοὶ τὰς αἰτίας ἐξαρχῆς καὶ ἄχρι νῦν παρέσχεσθε, καὶ τοῦτο πειράσομαι ποιεῖν ἐκ τῶν πραγμάτων ἐναργές. ὡς γὰρ διατρίβοντί μοι παρ' ὑμῖν ἐδόκει σπονδὰς καὶ ὅρκους ἐπὶ συμμαχίᾳ τίθεσθαι, καὶ οὕτω παρέχεσθαι πειρᾶσθαι τὴν ὠφέλειαν, σὺ μὲν μισθὸν τῆς συμμαχίας ᾔτεις πόλεις πολλὰς καὶ χώραν τῇ Ῥωμαίων προσήκουσαν ἡγεμονίᾳ, ἐγὼ δὲ οὐδ' ἑνὸς τῶν φαυλοτάτων τινὸς φρουρίου παρεχώρουν, ἀλλ' ἠξίουν προῖκα βοηθεῖν. οὐ γὰρ ὑμῖν εἶναι μόνον ἀγεννὲς καὶ ἀνελεύθερον καὶ ἀδοξίαν προστριβόμενον πολλήν, μὴ διὰ φιλοτιμίαν καὶ φιλίαν, ἀλλὰ C μισθῷ δουλεύειν, ἀλλὰ καὶ ἐμοὶ τῶν πάντων ἀδυνατώτατον, διὰ τὴν ἐμαυτοῦ καὶ τῶν συνόντων σωτηρίαν καταπροΐεσθαι Ῥωμαίους, εἰ καὶ ἀγνωμονοῦντες ἐκεῖνοι τὸν πόλεμον κεκινήκασι τὸν πρὸς ἐμέ. οὐ γὰρ καταδουλοῦν, ἀλλ' ἐλευθεροῦν ἀπὸ τῶν πολεμίων μᾶλλον ἐξαρχῆς τε εὐθὺς καὶ ἄχρι νῦν μά-

10. παρέχεσθε P.

est igitur, quod dicis, me tot meritorum immemorem sine ulla causa voluisse bello te lacessere, tam male respondentem tuis beneficiis? Atqui longe foret absurdissimum, lingua quidem sic prolixe gratias agere bene merentibus, nec tacita velle habere merita, re autem ingratum esse, viderique sibi maxime contrarium: quem neque in illos, qui me vehementer offenderant et in miserias praecipitaverant, unquam tali animo fuisse constat: sed et dissidii huius et armorum istorum causas ab initio usque nunc ipsi praebuistis, id quod rebus demonstrare contendam. Ut enim mihi apud vos diversanti super societate visum est foedus sancire, et sic invicem commodare conari, tu mercedem societatis multa oppida et regionem Romani principatus propriam postulabas. Ego vero nec abiectissimum quidem castellum tibi spondebam: volebamque auxilium esse gratuitum. Non enim vobis dumtaxat indignum, illiberale et pudendum esse summopere, non gloriae et amicitiae gratia, sed mercede servire, verum etiam mihi tam impossibile factu esse, ut nihil magis, propter meam et eorum, qui me sequerentur, salutem Romanos prodere, quamvis illi in me arma improbe movissent: quandoquidem non illos servitute mactare, sed ab eorum cervicibus hostile servitutis iugum deiicere, iam inde a principio

[redacted]

A. C. 1350 λιστα σπουδὴν ποιοῦμαι, εὐθύς τε ἀπεφαινόμην, ὡς, εἰ μὲν δοκοίη, διὰ φιλίαν μόνην καὶ φιλοτιμίαν βοηθεῖν· εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' αὐτόν γε καταπράξεσθαι ἀνελεύθερον οὐδὲν, οὐδὲ προδότην φανεῖσθαι Ῥωμαίων τῶν ὁμοφύλων, ἀλλ' αἱρήσεσθαι D μᾶλλον αὐτὸς ἀπόλλυσθαι καὶ τέκνα καὶ οἰκείους, ἢ διὰ τὴν ἐν τῷ παρόντι χρείαν ἀδοξίας ἀείμνηστα μνημεῖα τοῖς εἰσέπειτα Ῥωμαίοις καταλείπειν. ἃ ἐδόκει καὶ σοὶ μετὰ γυναικὸς βουλευομένῳ καὶ τῶν ἐν τέλει δίκαιά τε εἶναι καὶ πολλὴν οἴσοντα φιλοτιμίαν ἐμοί τε ὁμοίως καὶ ὑμῖν· καὶ συνεθέμεθα τὰς σπονδὰς καὶ τοὺς ὅρκους ἐπὶ τούτοις, ὥστε φίλους ἀλλήλοις εἶναι καὶ συμμάχους διὰ βίου, καὶ βοηθεῖν ἑκάτερον ἑτέρῳ, ὡς ἂν μάλιστα ἔχοι καλούσης χρείας· πόλεις δὲ καὶ χώραν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις, ὅσης μὲν αὐτὸς βασιλέως ἔτι περιόντος Ἀνδρονίκου ἢ οἱ πρόγονοι ἀφείλοντο ἐκ τῶν P. 785 προτέρων βασιλέων, ταύτην ἔχειν ἀσφαλῶς, καὶ μηδένα πόλεμον ἐμὲ κινεῖν περὶ αὐτῆς, κἂν δύνωμαι ἀφαιρεῖσθαι· τὰς ἔτι δὲ ὑπολειπομένας ἄχρι τότε μηδενὶ τρόπῳ, μήτε τέχνῃ, μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ πειρᾶσθαι ἀφαιρεῖσθαι, ἀλλ' ἐμοὶ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν συγκατακτᾶσθαι ἄχρι καὶ τοῦ δυνατοῦ πολεμοῦντα τοῖς ἐμοὶ ἀνθεστηκόσι, καὶ τὰς μὲν ἁλισκομένας ἢ προσχωρούσας ἐμοῦ παρόντος, ταύτας ἔχειν ἐμὲ ἀνενδοιάστως· εἰ δέ ποτε συμβαίη καὶ ἀπόντος, ἢ αὐτὸν, ἢ τῶν ὑπὸ σὲ τελούντων δυνατῶν τινα πόλιν κατασχεῖν ὑπήκοον Ῥω-

3. καταπράξασθαι M.

nervis omnibus contendo; statimque meam sententiam aperui, ut, si videretur, amicitiae tantum et honoris amplissimi causa opem ferres: sin minus, me tamen nihil ab ingenuitate abhorrens commissurum, neque cives meos Romanos proditurum, sed cum liberis et propinquitate coniunctis moriturum potius, quam ob praesentem utilitatem aeterna dedecoris monumenta ad posteros Romanos relicturum. Quae tu quoque cum coniuge proceribusque consultando iusta et utrique nostrum laudem non minimam conciliatura iudicabas: foedusque percussimus et sacramenta concepimus, ut amicitiam et societatem in omni vita coleremus, alterque alterum, ut maxime posset, in tempore adiuvaret. Oppida vero et regionem Romanam, quantam Andronico imperatore adhuc superstite tu ipse, aut maiores tui prioribus imperatoribus abstulissent, tantam secure teneres, nec propterea ego arma sumerem, quamvis ea possem tibi eripere. Relictas usque ad id tempus urbes nullo modo, neque arte, aut machina ulla auferre niterere: sed mihi ad recuperationem Romani principatus pro facultate contra adversarios meos dimicans navares operam. Et captas quidem aut deditas me praesente ego haberem sine controversia: sin contingeret me absente, aut ipsum te, aut dynastarum tuorum quempiam urbem aliquam

μαίοις, ἢ προδοσίᾳ, ἢ πολιορκίᾳ, ἢ διαφθείραντα τοὺς ἔνδον A. C. 1350 χρήμασιν ἢ τρόπῳ δή τινι ἑτέρῳ, πάσας ἐμοὶ ἀποδιδόναι, καὶ B μηδεμίαν πρόφασιν ἀρκεῖν ἐπὶ μηδεμιᾶς ἀποστερήσει, καὶ V. 628 τούτων ἔξεστιν ἀπόδειξιν παρέχειν ἐναργῆ ἐκ τῶν ἐγγράφων ὅρκων τουτωνὶ, οὓς ἐποιήσω τότε πρὸς ἐμὲ ἐν ταῖς συνθήκαις, παρόντος ἀρχιεπισκόπου τοῦ σοῦ καὶ τῶν νυνὶ παρόντων ἐνθάδε τουτωνὶ τῶν ὑπὸ σὲ ἐπιφανῶν. σκεψώμεθα δὴ οὖν, ὁπότερος ἐνέμεινε τοῖς ὅρκοις τούτοις, ἆρ' ὁ πολλὴν ἀγνωμοσύνην καὶ ἀχαριστίαν κατηγορούμενος ἐγὼ καὶ κακὸς περὶ τοὺς φίλους καὶ ἀπληστίας δίκην φεύγων, ἢ σὺ ὁ τῶν ἀλλοτρίων μηδενὸς ἐπιθυμῶν, ἀλλὰ βέβαιος περὶ τοὺς φίλους, C καὶ ὥσπερ πολιτείαν διὰ βίου μετιὼν τὸ μὴ συμμεταβάλλεσθαι ῥαδίως τοῖς καιροῖς, μηδὲ τὰ εἰσάπαξ ἐψηφισμένα τρόπων εὐκολίᾳ διαλύων. ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, μήτ' εὐορκίας ἐμὲ καὶ βεβαιότητος περὶ τοὺς φίλους καὶ εὐγνωμοσύνης μηδὲν δεῖγμα παραλείπειν, μήτε σὲ ἀπληστίας καὶ ἐπιορκίας καὶ περὶ τοὺς φίλους ἀπιστίας. ὡς γὰρ ἐγενόμην ἐν Βεῤῥοίᾳ, καί τινες πολίχναι προσεχώρουν περὶ αὐτὴν καὶ Θετταλία, ἐγὼ μὲν ἐκ τῶν ἐνόντων ἐπειρώμην αὔξειν τὴν ἀρχὴν, καὶ στρατιὰν ἠθροικὼς ὅσην μάλιστα ἐξῆν, ἔχων καὶ Γερμανοὺς τοὺς παρὰ σοῦ, ἧκον εἰς Θεσσαλονίκην ὑπὸ τῶν D φίλων κεκλημένος· σὺ δὲ αὐτίκα ἐπεβούλευες μηδεμίαν αἰτίαν, μηδὲ πρόφασιν πρὸς τὸν πόλεμον παρασχομένῳ, καὶ τοῖς τε Θεσσαλονικεῦσι συνεβούλευες ἐπεξιέναι, καὶ Γερμα-

13. ὁμοίως M. mg. pro ῥᾳδίως.

Romanorum aut proditione, aut obsidione, aut corruptis largitione civibus, aut alia quadam ratione occupare, mihi restitueretur, nullusque obtentus ad ullum auferendi modum sufficeret. Atque istuc probare evidenter licet ex iuramentis in tabulas relatis, quibus tunc foedus inter nos ictum sanxisti, praesentibus archiepiscopo tuo et iis, qui nunc coram adsunt, principibus tuis. Consideremus itaque, uter iuramenta ista servarit, egone, quem tu tantae improbitatis et tam ingratae voluntatis atque sceleris in amicos et insatiabilis cuiusdam cupiditatis accusas, an tu, qui scilicet alienum nihil concupiscis, sed amicitiam constanter colis, et quasi quoddam vitae institutum tenes, ut non facile cum tempore commuteris, neque semel decreta per levitatem retractes. Equidem mihi videor nullum religionis, constantiae, aequitatis munus erga amicos praetermisisse, neque avaritiae meae, periurii et infidelitatis in eosdem ullum argumentum exstat. Cum enim Berrhoeae versarer, urbesque finitimae quaedam ad me desciscerent, ego quidem, ut res ferebat, augere imperium conabar, et collectis quantas poteram copiis, habens et Germanos abs te mihi missos, Thessalonicam amicorum accersitu veni. Tu mox, nulla causa, nulla occasione a me praebita, mihi in-

[redacted]

A. C. 1350 νοὺς τοὺς σοὺς ἀνεκαλοῦ ἀπ' αὐτῆς τῆς παρατάξεως σχεδόν· ἃ εἰ μὴ πολεμιωτάτου, εἰ μὴ σύ γε, ἀλλ' οἱ παρόντες ἅπαντες ἐροῦσι. ἀναστρέφοντι δὲ ἐκεῖθεν στρατιὰν ἔπεμψας ἐπὶ τὸν Ἀξειὸν κωλύουσαν πρὸς τὸν πόρον, καὶ μονονουχὶ τοῖς πολεμίοις αὐτοχειρίᾳ παρεδίδους. ἐς τοσαύτην γὰρ κατέστησας ἀνάγκην, ὥστ' εἰ μὴ θεὸς ἄνωθεν ὑπερέσχε χεῖρα πρὸς τὴν διάβασιν τοῦ ποταμοῦ, ἀπωλόμεθ' ἂν πάντες ἀκλεῶς ὑπὸ
P. 786 τῶν περιχυθέντων ὁμοῦ Ῥωμαίων καὶ βαρβάρων. οὕτω τοὺς ὅρκους διετήρησας ἀκριβῶς, καὶ ταῦτα οὐ πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου γεγραμμένους. οὐ μὴν ἠρκέσθης ἀφανῶς ἐπιβουλεύειν μόνον, ἀλλ' Ἀποκαύκου τοῖς κόμποις καὶ τοῖς πλάσμασι πεισθεὶς, χρήματά τε, ὡς ἐλέγετο, παρ' ἐκείνου εἰληφὼς, πολέμιον ἐμὲ ἐψηφίσω φανερῶς, ὃν ἐν τοῖς ὅρκοις γράφεις διὰ βίου σύμμαχον καὶ φίλον ἕξειν· οὐδ' αὐτὸς ἂν, οἶμαι, φαίης εὐορκῶν. καὶ γράμματα ἔπεμπες ἐμοὶ τὴν εἰρήνην καὶ τὴν συμμαχίαν φανερῶς ἀπαγορεύοντα καὶ πόλεμον καταγγέλλοντα ἀκήρυκτον· ἃ καὶ νῦν ἔξεστιν ὁρᾷν εἰς δεῦρο δια-
B σωθέντα παρ' ἐμοί. καὶ ἐξ ἐκείνου οὐ διέλιπες φανερῶς τε πολεμῶν καὶ ἀφανῶς ἐπιβουλεύων. ἐμοί τε γὰρ εἰς Διδυμότειχον ἐπανήκοντι μετὰ Ἀμοὺρ, ἐπεὶ ἐκεῖνος ἦν εἰς τὴν Ἀσίαν, τὴν ὑπόσχεσιν Ἀποκαύκῳ ἐκπληρῶν, τὸ κράτιστον τῆς στρατιᾶς ἔχων ἐπεστράτευες, καὶ προῆλθες ἄχρι Μυγδονίας φανερῶς ἐπιὼν ἐμοί. Περσῶν δὲ πεζῶν περιτυχόν-

6. ὥστε μὴ P. 10. ἠρκέσθη P.

sidiatus, Thessalonicensibus, ut in me irent, auctor fuisti, Germanosque tuos ex ipsa propemodum acie revocasti. Quae profecto importunissimi hostis esse, si tu non dicas, at dicent quotquot hic adstant. Me autem inde revertentem manum ad Axium flumen transitu me prohibituram misisti, et tantum non tua ipse manu hostibus me tradidisti. Eo enim necessitatis adegisti, ut, nisi Deus desuper manum suam ad flumen traiiciendum extendisset, a circumfusis simul Romanis atque barbaris nulla cum nostra gloria delendi fuerimus: tam praeclare tu iusiurandum, idque in litteras nuper relatum, praestitisti. Nec clandestinis insidiis contentus, etiam Apocauchi, hominis ventosi, figmentis credens, et pecunia ab illo, ut aiebant, accepta, hostem me palam declarasti, quem in iureiurando socium semper atque amicum habiturum te scribis. Haec qui faciat, nec tu eum, opinor, iuratis stare affirmaveris. Insuper litteras mittebas, quibus pacem et amicitiam aperte renuntiabas, et bellum non ante, pro more, indictum denuntiabas: quas et in hunc usque diem a me servatas videre licet. Ex illo me et manifestis armis, et occultis insidiis petere non cessasti. Nam et Didymotichum cum Amurio reversum, postquam ille in Asiam renavigavit, ut Apocaucho promissa faceres, robur exercitus in me duxisti, et usque Mygdo-

των, ὧν τὰς ναῦς αἱ Λατινικαὶ ἐνέπρησαν τριήρεις, καὶ πολ- A.C. 1350
λὰ τῇ στρατιᾷ λυμηναμένων, ἣν ἔπεμπεν ἐπ' αὐτοὺς, ἀνε-
χώρεις καὶ αὐτὸς εἰς τὴν οἰκίαν πληγεὶς ἀπροσδοκήτως. καὶ
Μανουὴλ δεσπότην τὸν υἱὸν ἐπὶ τῆς Βεῤῥοίας τὴν ἀρχὴν
καὶ τῶν ἄλλων πολιχνίων καταλελειμμένον ὑπ' ἐμοῦ φανερῶς C
τε ἐπολιόρκεις πέμπων στρατιὰν, καὶ τοὺς ἔνδον οὐκ ἠμέλεις
διαφθείρων χρήμασιν, ἄχρις οὗ πείσας ἐκείνῳ δυσνοεῖν, ἐκεῖ-
νον μὲν ἐξήλασας εἰς Θετταλίαν, αὐτὸς δὲ τὴν πόλιν εἶχες.
καὶ Φερὰς ὁμοίως ἐπὶ συχνὸν πολιορκήσας χρόνον, ἐμοῦ δεο-
μένου καὶ τῶν ὅρκων ἀναμιμνήσκοντος, ἐπεὶ μὴ ταῖς πόλε-
σιν εἶχον ἐπιδημεῖν ὑπὸ τοῦ ἐμφυλίου κατεχόμενος πολέμου,
οὐδένα λόγον ἐποιοῦ, ἀλλ' ἐνδείᾳ πιέσας καὶ συχνῇ πολιορ- V. 629
κίᾳ, τέλος ἔπεισας προσχωρεῖν, κἀκεῖ τοὺς δυνατωτέρους
διαφθείρας χρήμασι. καὶ μετὰ τοῦτο Θετταλίᾳ καὶ Ἀκαρ-
νανίᾳ ἐπεστράτευσας Ῥωμαίοις οὔσαις ὑπηκόοις, πλῆθος πε-
ζῶν τε καὶ ἱππέων ἄγων, καὶ τὴν μνημονευομένην ἐκείνην
φθορὰν εἰργάσω, ὑφ' ἧς εἰς τοσαύτην ἀνάγκην Ἀκαρνᾶνες D
ἦλθον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, ὡς ἑκοντὶ πρὸς τὰ παράλια γινόμενοι,
προκεῖσθαι τοῖς ἀνδραποδισταῖς βαρβάροις κέρδος ἄπονον,
καὶ δεῖσθαι ἐφ' ἑτέραν γῆν μετενεχθέντας δουλεύειν μᾶλλον
διὰ βίου, ἢ ἐν τῷ αὐτίκα διαφθείρεσθαι ὑπὸ λιμοῦ. ὕστερον
δὲ Ἀγγέλου τοῦ ἐμοῦ τετελευτηκότος ἀνεψιοῦ, ὃς ἦρχεν ὑπ'
ἐμοῦ πεμφθεὶς, ἁρπάσας τὰς ἐπαρχίας ἔχεις· καὶ πρὸς τού-

3. αὐτοὺς P.

niam palam hostis meus tetendisti. Persis autem peditibus occurrentibus, quorum naves Latinae triremes incenderant, et egregie attrito ab eis exercitu, quem contra ipsos mittebas, ipse quoque improvisa re perculsus, in tuam provinciam rediisti: et Manuelem despotam, filium meum, quem ego Berrhoeae oppidulorumque aliorum praefectum reliqueram, palam obsedisti: nec cives pecunia depravare omisisti, donec illis exosum in Thessaliam expulisti. Tu vero urbem occupabas, et Pheras similiter longo tempore obsidens, cum te orarem iuramentique commonefacerem, quandoquidem civili bello distentus, ad urbes illas accedere non poteram, auris discerpenda mea verba tradebas, et egestate illos obsessioneque assidua premens, postremo etiam ibi civibus primariis pecunia transversim actis, urbem ad te allexisti: et postmodum magno equitum peditumque numero Thessaliam et Acarnaniam, Romanorum provincias, invasisti, ac memorabilem illam calamitatem invexisti, ut Acarnanes ob intolerandam famem ad maritimas oras sponte profecti, barbaris plagiariis lucrum se gratuitum prostituerent, obsecrantes in alias terras transferri, ibique servire tota vita potius, quam praesenti inedia contabescere. Postea Angelo, consobrino meo, demortuo, quem ego praetorem eo miseram, tu provincias tibi vindicasti et

A.C. 1350 τοις ἑτέρας πόλεις τῆς Μακεδονίας οὐκ ὀλίγας, αἳ ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἦσαν, ὅτε πρὸς ἀλλήλους ἡμῖν ἐγίνοντο οἱ ὅρκοι. πότερον οὖν ταῦτα φιλοῦντος καὶ εὐορκοῦντος καὶ μισοῦντος τὴν ἀπληστίαν καὶ τὴν ἁρπαγὴν, ἢ τοὐναντίον ἅπαν; P. 787 ἀλλ' οὐ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα, ἀλλὰ καὶ Ἀμοὺρ ἐνταῦθα πρὸς ἐμὴν ἐπικουρίαν γενομένου, τετρακισχιλίους ἐπὶ δισμυρίοις ἄγοντος βαρβάρους, οἳ τὴν σὴν ἡγεμονίαν πᾶσαν ἀνατρέπειν ἦσαν δυνατοὶ, αὐτὸς ἐποιησάμην πᾶσαν πρόνοιαν, μηδὲν τὴν ὑπὸ σὲ ζημιωθῆναι χώραν, καίτοι πρόφασιν εὐπρόσωπον ἔχων τοῦ πολέμου τὰς προτέρας ἐπιβουλὰς καὶ τὸ φανερῶς ἐκπεπολεμῶσθαι καὶ ἔργοις καὶ τούτοις δὴ τοῖς παρὰ σοῦ πεμφθεῖσι γράμμασιν ἐπὶ ἀπαγορεύσει τῆς εἰρήνης καὶ τῶν ὅρκων, μάλιστα καὶ τῶν βαρβάρων δεομένων. ἀλλ' ἄτοπον B ἐνόμισα δεινῶς καὶ οὐδὲ ἐμοὶ προσῆκον, διὰ τὴν σὴν μικροψυχίαν καὶ τὴν ἀστασίαν περὶ τὰ καλὰ ἀχάριστον καὶ ἄπιστον φανῆναι πρὸς τοὺς φίλους, εἰ τῷ τοσούτων ἀγαθῶν ὑπάρξαντι μηδεμίαν ἀποδοίην ἀμοιβὴν, ἀλλ' ἀνεκτῶν τινων χάριν αἰτιῶν οἷα πολεμίῳ χρησαίμην διὰ βίου. καὶ μετὰ ταῦτα πολλάκις δυνηθεὶς ἀμύνεσθαι, οὐκ ἠθέλησα, ἀλλὰ πρεσβείας πέμπων, καὶ πρὶν Βυζάντιον ἑλεῖν καὶ μετὰ ταῦτα, τὰ δίκαια ποιεῖν ἐδεόμην, οἷα φίλον, καὶ μὴ τοὺς ὅρκους παραβαίνειν. σὺ δὲ τῶν μὲν δικαίων καὶ προσηκόντων ἔπρατ-

10. τῷ P.

praeterea urbes Macedoniae non paucas, quae, quando vicissim iurabamus, sub imperio Romano censebantur. Utrum igitur haec amantis et iuramenti sanctitatem custodientis habendique inexplebilem aviditatem et rapinas odientis sunt, an plane secus? A quibus vitiis nos procul absumus. Quinimo cum Amurius hic ad me iuvandum cum quatuor et viginti barbarorum millibus adesset, qui universum principatum tuum concutere ac destruere poterant, cavi diligentissime, ne quid damni provincia tua pateretur, quamquam belli honestam occasionem haberem priores insidias, quodque opere ipso apertum te hostem profitebare et hisce litteris, quas ad me misisti, pacem et iuramentum rescindebas: et id a me barbari etiam atque etiam flagitarent. Tamen absurdum nimis et personae meae indecorum duxi, propter minutum abiectumque animum tuum et in rebus honestis inconstantiam ingratum erga amicos atque infidelem videri, si qui tanta in me prior bona contulisset, ei nihil rependerem, sed propter culpas quasdam tolerabiles in omni vita mea reliqua hostis loco eum ducerem. Post id tempus cum saepius ulcisci me possem, nolui, verum missis oratoribus, etiam ante captum Byzantium, ut tandem amici officium sequerere, neve iuramenta violares, rogavi. At tu quid ius fasque postularent,

τις οὐδὲν, λόγοις δὲ ἀπατηλοῖς καὶ περιέργοις παράγειν ἐπει- A. C. 1350
ρῶ. ἐγὼ δὲ καίτοι σαφέστατα εἰδὼς, ὡς ἀπατῶμαι, οὐκ C
αὐτίκα ἐπεστράτευον, ἀλλ' ἐπειρώμην ἀεὶ, μὴ αὐτὸς ὑπὸ μι-
κροψυχίας ὡρμημένος πρὸς τὸν κατὰ σοῦ πόλεμον φανῆναι.
ἐπεὶ δὲ ἑώρων ἀνήνυτα πονῶν, καὶ μὴ μεγαλοψυχίαν ἤδη
καὶ εὐγνωμοσύνην, ἀλλ' ἀμέλειαν τῶν ὁμοφύλων καὶ προδο-
σίαν οὖσαν τὴν μέλλησιν σχεδὸν, οὐδ' οὕτως ἐπὶ τὴν σοὶ προσ-
ήκουσαν ἥκω γῆν, ἀλλὰ τὰς ἀφῃρημένας πόλεις ἀνασώζε-
σθαι πειρῶμαι, ἐφ' αἷς αὐτὸς ἀδικίαν καὶ πλεονεξίαν ἐγκα-
λεῖς, παραπλήσιον ποιῶν τῇ παροιμίᾳ, ἥ φησι προσεγκαλεῖν
τοὺς φῶρας, καὶ ὥσπερ τι τῶν δικαίων προβαλλόμενος, ἀπλη- D
στίαν ὀνειδίζεις, ὅτι τὸ πλεῖστον τῆς ἀρχῆς Ῥωμαίων ἔχων
αὐτὸς, σοὶ τοῦ ἐλάττονος οὐ βούλομαι παραχωρεῖν. τοῦτο
δὲ, ὦ βέλτιστε, οὐδὲ ὀλίγου δεῖ τοῦ λόγου ἔχειν πρὸς τὸ εἶ-
ναι εὐπρεπὲς καὶ δίκαιον. οὐ γὰρ δὴ τὴν Μυσῶν ἀρχὴν, ἢ
Παιόνων, ἢ τινων ἄλλων διειλόμεθα, ἣ προσῆκεν οὐδ' ἑτέ-
ρῳ, ἀλλὰ τῆς ἐμοὶ προσηκούσης Ῥωμαίων ἡγεμονίας οὐκ ὀλί-
γον μέρος ἀφελόμενος, καὶ χάριν ἀξιοῖς εἰδέναι περὶ τοῦ
ὑπολειφθέντος. ἐγὼ δ' ὅτι μὲν καὶ πρὶν εἰς τοῦτο ἥκειν σχή-
ματος Ῥωμαίων ἦρχον, ἀποφαίνειν οὐκ ἀνάγκη, πάντων σα- V. 631
φέστατα εἰδότων. πλὴν ἀλλ' εἰ καὶ ἀφανείᾳ πολλῇ τὸ πρό-
τερον συζῶν, ἀθρόον ἑωρώμην Ῥωμαίων βασιλεὺς, οὕτως ἂν P. 788
ἠξίουν τῶν προβεβασιλευκότων ἔχειν τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ τινὰ

non curabas: sermonibusque fallacibus et curiosis circumscribere me attentabas. Ego, tametsi id nossem planissime, non statim in te arma movi, sed enitebar semper, ne timiditate quadam ad bellum tibi inferendum prosiluisse existimarer. Cum cernerem autem, incassum me laborare, cunctationemque meam non magnitudinem animi et aequitatem, sed morum civilium neglectum ac propemodum proditionem esse, ne sic quidem in provinciam tuam irrui, sed ademptas urbes nitor recipere, quarum causa tu me avaritiae iniquitatisque insimulas: tale quiddam faciens, quale est in proverbio: „Fures insuper accusant:" et cupiditatem quasi merito mihi obiectas, quod, cum ipse amplissimam Romani imperii partem obtineam, tibi minorem invideam. Atqui, bone vir, hoc iustum et decorum esse, difficulter probaveris. Non enim sane Moesorum aut Paeonum aliorumve regnum, quod neutrius erat, divisimus, sed cum tu de Romano imperio, cuius penes me ius et auctoritas est, non exiguam portionem detraxeris, adhuc de reliqua tibi gratias agi postulas. Me vero etiam ante hunc habitum, quem gesto, Romanis imperasse, docere nihil attinet, quando id omnibus notissimum est. At enim etsi antea in tenebris vivens, repente imperator prodiissem, tamen sic me in antecedentium imperatorum principa-

A. C. 1350 πατρῷον κλῆρον, καὶ παντί τῳ δίκαιος ἂν ἦν, οὐ περὶ τοσούτων μόνον, ὅσων ἀπεστέρησας αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ περὶ ἐλαττόνων καὶ τῶν τυχόντων ἀμφισβητεῖν καὶ πόλεμον κινεῖν, εἰ μὴ ἐβούλετο τὰ δίκαια ποιεῖν. ἐμοὶ δὲ οὐ τοῦτο μόνον πρόσεστι δικαίωμα, ἀλλὰ καὶ οἱ ὅρκοι, οὓς αὐτὸς ἐποιήσω πρὸς ἐμὲ, καίτοι μηδέπω τὴν ἡγεμονίαν πᾶσαν ἔχοντα Ῥωμαίων. ἄτοπον γὰρ τότε μὲν μήτε τὴν περισχοῦσαν δυσπραγίαν, μήτε τὸ Ῥωμαίους ἐμοὶ τοσοῦτον ἐκπεπολεμῶσθαι, μήθ' ὅτι πρὸς τὴν σὴν ἐπικουρίαν ἀφεώρων, ὥστε δυνήσεσθαι τῶν B ἄλλων εἶναι κύριος, μήτ' ἄλλο μηδὲν τῶν φαινομένων τότε δυσχερῶν, σοὶ πεῖσαι τῶν Ῥωμαίοις ὑπηκόων πόλεων παρακεχωρηκέναι, ἀλλ' αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἀποθνήσκειν, ἤ τι πράττειν ἀγεννὲς, σὲ δὲ μᾶλλον τὰς Ῥωμαίοις ὑπηκόους πόλεις ἐμοὶ πεῖσαι ψηφίσασθαι προσήκειν· νυνὶ δ' ὅτε τῆς ἀρχῆς ἁπάσης κύριος αὐτὸς κατέστην καὶ δύναμιν ἀνακαλεῖσθαι τὰ ἀφῃρημένα ἔχω, ἢ φρονήσειν οὕτω δοῦλα, ὥσθ' ἑκοντὶ παραχωρεῖν τῶν πόλεων, ἢ σὲ λόγον οἴεσθαι λέγειν ἔχοντα τοιαῦτα ἀξιοῦντα. ὡς μὲν οὖν οὐκ ἀδικῶν, οὐδὲ ἐπιορκῶν αὐτὸς οὔτε πρότερον φαίνομαι, οὔτε νῦν, ἐκ τῶν C εἰρημένων πᾶσιν εἶναι οἴομαι καταφανές. εἰ μὲν οὖν, εἰ καὶ μὴ πρότερον, ἀλλὰ νῦν γοῦν τὰ δίκαια ποιεῖν ἐθέλεις καὶ αὐτὸς, καὶ Ἀκαρνανίαν ἀποδιδόναι καὶ Θετταλίαν καὶ τὰς ἄλλας, ἃς ἔχεις, τῆς Μακεδονίας πόλεις, τῆς προτέρας ἀδικίας

4. πονεῖν P.

tum, quemadmodum in hereditatem quamdam paternam, successisse arbitrarer, totisque viribus debere et verissime posse non solum de iis, quae tu avellisti, sed de minoribus quoque et parvi momenti cum quovis contendere, illumque, ni iustitiae munus praestare velit, bello aggredi. Non solum autem hoc firmamento causa mea nititur, sed iuramento insuper, quo te mihi, et quidem nondum totius Romanorum imperii compoti, obstrinxisti. Parum enim consentaneum esset, tum neque circumstantes me undique casus, neque Romanorum tantum in me odium, neque quod opem tuam implorabam, quo aliorum dominus evaderem, neque aliud quippiam eorum, quae tunc adversa nobis videbantur, mihi persuasisse, ut urbibus Romanis tibi cederem, sed mori praeoptasse, quam indignum quidquam admittere, et te potius permovisse, ut Romanorum civitates mihi deberi decerneres: nunc quando totum in manu habeo imperium, et ea sum potentia, ut ablata recuperare queam, aut ita summisso ac servili esse animo, ut urbes tibi volens relinquam, aut putare, te istuc postulantem rationi convenienter loqui. Me igitur nec iniurium, nec periurum vel ante fuisse, vel modo esse, ex dictis patere omnibus opinor. Quare si vel nunc servire iustitiae et aequitati est animus et Acarnaniam, Thessaliam at-

ὀλίγον ποιήσομαι τὸν λόγον, τῆς φιλίας ἀμειβόμενος καὶ τῆς A. C. 1350 φιλοτιμίας, ἧς ἡνίκα ἐδεόμην ἐπεδειξω, καὶ τὰς προτέρας ἀνανεωσάμενος σπονδὰς καὶ τοὺς ὅρκους, αὖθις σύμμαχον καὶ φίλον ἕξω, καὶ πειράσομαι ἐμαυτὸν ἀποδεικνύναι αὖθις ἐξαρχῆς ἄξιον τῆς παρὰ σοῦ φιλοτιμίας καὶ σπουδῆς. εἰ δ' αὖθις οὐδὲν δίκαιον ποιεῖν διανοῇ, ἀλλ' ἀδικεῖν εἰσάπαξ ἔγνως καὶ ἐπιορκεῖν, ἐγὼ μὲν τῶν προσηκόντων τῇ Ῥωμαίων D βασιλείᾳ οὐδενὸς παραχωρήσω, θεὸν δὲ μαρτυράμενος τὸν ἔφορον τῶν ὅρκων, καὶ ἀνθρώπους, οἳ τότε τε παρῆσαν ἐν τοῖς ὅρκοις καὶ νῦν πάρεισιν, ἐμοῦ τὰ δίκαια προκαλουμένου καὶ καταλύειν τὸν πόλεμον ἐθέλοντος, ἂν μὴ τυγχάνω τῶν δικαίων, πειράσομαι τοῖς ὅπλοις τήν τε οὖσαν διασώζειν, καὶ τὴν ἀφῃρημένην ἀρχὴν ἀνακαλεῖσθαι· ἢν δέ τινα συμβαίνῃ δυσχερῆ διὰ τὸν πόλεμον, μὴ ἐμοὶ τὴν αἰτίαν, ἀλλὰ σαυτῷ τῶν γινομένων μὴ εὔορκα ποιεῖν προσλογίζεσθαι ἐθέλοντι."

κα'. Τοιαῦτα μὲν Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς ἐφ' οἷς P. 789 ἐγκαλεῖν ὁ Κράλης ἐπεχείρει, ἀπεκρίνατο· ὁ Κράλης δὲ ἀντειπεῖν οὐκ ἔχων πρὸς οὐδὲν, (συνῄδει γὰρ αὐτῷ καὶ ἀδι- V. 631 κίαν καὶ παράβασιν τῶν ὅρκων,) ὀλίγον μὲν ἐπέσχε σιωπήσας· ἔπειτα ἐδεῖτο βασιλέως, τῶν ἄλλων ἀποστάντας μόνους διαλέγεσθαι ἐφ' ἑαυτοὺς περὶ τῶν διαφορῶν. ἐπεὶ δὲ ἐπεί- B θετο ὁ βασιλεὺς καὶ ἀφίσταντο τῶν ἄλλων, ἐπιορκεῖν μὲν ὁ Κράλης ὡμολόγει καὶ παρασπονδεῖν, τὰς Ῥωμαίων κατέχων

11. μὴ om. P. 20. μὲν om. P.

que urbes, quas habes in Macedonia, restituere, praeteritas iniurias haud in magno ponam discrimine: quando eas amore et honore mihi temporibus meis exhibito compensas, instauratoque foedere et sacramento, de integro ut amicum et socium te amplectar, rursumque studio atque observantia tua dignum me ab initio ostendam. Sin autem ius fasque contemnis, et iniuriam inferre ac peierare imbibisti, ego de Romano imperio nihil dimittam: Deum vero iurisiurandi praesidem, et homines, qui tunc aderant, cum iuraretur, et nunc adsunt, dum ad aequitatem provoco et bello supersedere cupio, Deum, inquam, hominesque testor, nisi ius meum consequar, me armis et quae habeo conservare, et quae ablata sunt recipere conaturum. Quodsi inde evenerint, quae tu minime velles, ne mihi, sed tibi irascare, qui iuratis manere nolueris."

21. Haec imperatoris ad Cralis criminationem responsio fuit: cui cum ille opponere nihil posset, (quippe quem iniuriarum atque perfidiae conscientia stimularet,) paulum conticuit. Deinde imperatorem rogavit, uti secedentes de controversia sua sine arbitris colloquerentur. Annuit, secedunt. Ibi tum Crales confiteri, se fidem

A. C. 1350 πόλεις, οὐκ ἐβούλετο δὲ ἀποδιδόναι, ἀλλ' ἐδεῖτο βασιλέως τῶν εἰς αὐτὸν γεγενημένων ἀπομνημονεύοντα, ταύτην τὴν χάριν καταθέσθαι, τὸ ἔχοντας ἑκάτερον, ἃ ἔχουσιν ἐν τῷ παρόντι, τίθεσθαι σπονδάς. βασιλέως δὲ οὐδὲ τῶν φαυλοτάτων οὐδενὸς παραχωροῦντος, διελύθησαν ἀσύμβατοι. καὶ Κράλης μὲν εἰς τὸ στρατόπεδον, βασιλεὺς δὲ εἰς τὴν πόλιν ἐπανῆλθον, εἰς τὴν ὑστεραίαν αὖθις ἐπαγγειλάμενοι ἀλλή-
C λοις συντυχεῖν. καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν συνελθόντες, λόγους ἐποιοῦντο περὶ τῶν ὁμοίων, καὶ οὔτε βασιλεὺς περὶ τῶν κατεχομένων ἐνεδίδου πόλεων, οὔθ' ὁ Κράλης ὑπέμενεν ἀφίστασθαι. καίτοι γε ἔλεγε Κράλης, ἐς τοσοῦτον δέους πρὸς βασιλέα καθεστάναι, ὡς καὶ ἐν ὀνείροις εἴ ποτε ὁρᾷν συμβαίη, τοῦ ὕπνου ἀφίστασθαι αὐτίκα, καὶ πρὶν ληφθῆναι ὕπνῳ, ἄυπνον διανυκτερεύειν, εἰ λογίζοιτο περὶ ἐκείνου, ὅπως χρὴ πολεμεῖν, ἐν ἀπόροις ὑπὸ δέους καθεστώς. οὐ μὴν οὐδὲ πρὸς τοὺς ἔξω τὸ πάθος ἀπεκρύπτετο, ἀλλ' ἀναφανδὸν καὶ πρὸς Τριβαλοὺς καὶ Ῥωμαίους τοὺς συνόντας μηδένα ἀνθρώπων ἔλεγε διὰ βίου, μήτε πρότερον, μήθ' ὕστερον ὥσπερ
D Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα ἐκπεπλῆχθαι καὶ δεδοικέναι. καὶ ἐν τῇ συνουσίᾳ δὲ ἐκείνῃ, ἐρομένου βασιλέως, ὅτου χάριν τοσαύτην ὑπομείνειεν αἰσχύνην τοῖς τῆς Βενετίας βουλευταῖς συγκαταλέξας ἑαυτὸν, μείζονα καὶ περιφανεστέραν συμπάντων ἐκείνων ἔχων αὐτὸς ἀρχὴν, διὰ τὸν ἐκείνου φό-

parum sanctam habuisse, contraque foedus Romanorum oppida occupasse: nec tamen ad reddendum propendere, sed orare, collata in se beneficia apud animum recoleret, et hanc sibi gratiam persolveret, ut, ambobus retinentibus quod haberent, ita demum foedus ferirent. Cum nihil vel minimum concederetur, re imperfecta, Crales in castra, imperator in urbem rediit. Postridie denuo, ut inter se polliciti erant, conveniunt, eademque iterantur, et neque imperator de repetitione urbium occupatarum quidquam remittere, neque Crales eas reddere, quanquam diceret, tantum se timorem imperatoris concepisse, ut etiam si per somnium eum videret, statim expergisceretur, et, si de bello cum eo gerendo cogitaret, antequam somno consopiretur, prae metu anxio noctem insomnia traducere. Neque vero morbum celabat suum: quin palam apud Romanos et Triballos narrabat, se in omni ante acta vita nullum perinde mortalem, ut Cantacuzenum, timuisse horruisseque. Et in illa congressione quaerente imperatore, quid ita tandem dedecus tantum conscivisset, dum in senatum Venetorum se allegisset, qui maius et illustrius, quam ipsi, imperium haberet, respondit, eius metu adactum id fecisse: et adiecit, nihil mirum, quod se huc demisisset: mirum magis, non vilius atque despectius aliquid ausum.

βον, ἀπεκρίνατο καὶ προσετίθει, μηδὲν εἶναι θαυμαστὸν, A. C. 1350 εἰ τοιαῦτα ὑπομείνειε· τοὐναντίον μὲν οὖν, ὅτι μὴ καὶ πρός τι χεῖρον καὶ πολλῷ φαυλότερον ἐξετράπη· καίπερ δὲ οὕτω δέους ἔχων, καὶ οὐδὲ πρὸς πάντας αἰσχυνόμενος ὁμολογεῖν, ὅμως ἀφίστασθαι τῶν πόλεων οὐκ ἤθελεν, ἀλλ' ἐδεῖτο μόνον βασιλέως χωρεῖν πρὸς τὰς συμβάσεις Βέῤῥοιαν μόνην ἔχοντα καὶ Ἔδεσσαν καὶ τὰ ἄλλα φρούρια καὶ τὰς πολίχνας, ὅσαι P. 790 προσεχώρησαν. ἰσχυρίζετο δὲ καὶ ὅρκους τοῖς λόγοις προστιθεὶς, ὡς οὐ πλεονεξίας μᾶλλον ἢ αἰσχύνης ἕνεκα τῶν πόλεων ἀντιποιοῖτο. αἰσχύνεσθαι γὰρ οὐ τοὺς οἰκείους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ὁπουδήποτε δυνάστας, εἰ φαίνοιτο τοσοῦτον ἡττημένος πρὸς τὸν βασιλέως φόβον, ὥστε τοσούτων πόλεων ἀμαχεὶ παραχωρεῖν, ἃς ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον κτώμενος, χρήματά τε ἀναλώκει πλεῖστα, καὶ τοσούτους πόνους καὶ κινδύνους ὑπομεμενήκει μετὰ τῆς στρατιᾶς. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἑώρα ἀσυμβάτως ἔχοντα, „τὴν μὲν ἐμὴν" εἶπε „πρὸς σὲ εὐγνωμοσύνην, καὶ ὡς οὐδὲν τῶν φίλῳ προσηκόντων οὔτε πρό- B τερον, οὔθ' ὕστερον ἐνέλιπον, καὶ ὁ παρελθὼν μὲν χρόνος, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ὁ νυνὶ παρὼν ἀξιόχρεως συμμαρτυρεῖν. σοῦ δὲ μηδὲν ἐθέλοντος τῶν δικαίων ποιεῖν καὶ προσηκόντων, ἀνάγκη πρὸς τὸν πόλεμον χωρεῖν, ταὐτὸν τοῖς θηρίοις πάσχοντα. καὶ γὰρ ἐκεῖνα βαλλόμενα καὶ ἐλαυνόμενα ὑπὸ τῶν θηρευτῶν, πρῶτα μὲν φεύγουσι καὶ τὴν πρὸς ἀνθρώπους μάχην, ὅση δύναμις, ἐκκλίνουσιν. ἐπειδὰν δὲ εἰς ἀνάγκην καταστῶσι καὶ τὸν κίνδυνον αἴσθωνται ἐφεστηκότα, στρεφό-

At enim cum tali timore laboraret, nec eum propalam confiteri erubesceret, nihilo minus urbes reddere detrectabat, rogabatque, uti tantum foedus iceret, contentus Berrhoea duntaxat et Edessa castellisque et oppidulis aliis, quae ad eum defecissent. Et iuratus affirmabat, non se urbes cupidinis potius, quam pudoris ergo, affectare: quem pudorem non apud domesticos modo, sed alios quoque ubicunque dynastas sibi incutiat, si metu imperatoris adeo perculsus deiectusque videatur, ut tot oppida sine pugna deserat, quae post tantam impensam tamdiu possederit, quorumque causa cum exercitu tot labores et discrimina pertulerit. Obstinationem viri cernens imperator, „Mei quidem candoris erga te," inquit, „et quod nullum unquam amici officium a me desiderari passus sim, cum praeteritum, tum maxime praesens tempus idoneo possunt esse testimonio. Quia nihil tibi facere allubescit, quod iustum honestumque sit, venire me ad arma oportebit, feras imitantem, quae venatorum iaculis appetitae et per silvas agitatae, primum quidem fugiunt et certamen cum hominibus quantum valent devitant; ad necessitatem autem redactae, periculoque iam proximae, se con-

A.C. 1350 μενα ἀμύνονται, καὶ οὕτω μετὰ σφοδρότητος, ὡς τῆς σφε-
C τέρας ἀφειδεῖν παντάπασι ζωῆς. τοῦτο δὴ καὶ αὐτὸς νυνὶ
ποιήσω. μάλιστα μὲν γὰρ ἐβουλόμην μὴ πόλεμον κινεῖν πρὸς
V. 632 σὲ, ἀλλὰ φίλον καὶ σύμμαχον ἔχειν, ὥσπερ δίκαιον, καὶ τῶν
ὑπηργμένων ἀγαθῶν, ᾗ ἂν μάλιστα δυναίμην, ἐκτίνειν ἀμοι-
βάς. ἐπεὶ δ' αὐτὸς τῶν δικαίων ᾕρησαι ποιεῖν οὐδὲν, οὐδὲ
τῶν Ῥωμαίοις πόλεων ἀφίστασθαι, ἃς ἔχεις ἀδίκως κατα-
σχὼν, ἀνάγκη καὶ αὐτὸν ἃ νομίζω συμφέρειν Ῥωμαίοις πράτ-
τειν, καὶ μὴ περιορᾶν ἀδίκως οὕτω καταδουλωθέντας Τριβαλ-
λοῖς. ἀλλὰ νῦν μὲν ἐπεὶ μὴ καὶ ἡ παρεσκευασμένη στρατιὰ
ἀφῖκτο, εἰς Βυζάντιον καὶ αὐτὸς ἐπανελεύσομαι, καὶ παρα-
D σκευασάμενος τοῦ χειμῶνος, ἅμα ἦρι ὡς μάλιστα ἔχω μετὰ
πολλῆς δυνάμεως καὶ μεγάλης τῆς παρασκευῆς ὑμῖν ἐπιστρα-
τεύσω, γνώμην ἔχων, ὡς ἢ μαχόμενος πεσεῖσθαι, ἢ πρὸς τῷ
Ῥωμαίους ἐλευθεροῦν καὶ αὐτὸν καὶ ὑπηκόους ἐξανδραποδί-
ζεσθαι καὶ διαφθείρειν καὶ καταδουλοῦσθαι. ἃ εἰδότα καὶ
αὐτὸν ὡς ἀληθῆ, παρασκευάζεσθαι ὡς ἀμυνούμενον καὶ δια-
γωνιούμενον περὶ τῶν ὅλων." Κράλης δὲ ἀκούσας βασιλέως
οὕτως ἐμβριθῶς διειλεγμένου περὶ τοῦ πολέμου, καὶ ὁρῶν
ἀμετάθετον τὴν γνώμην ἔχοντα, καὶ γενόμενος περιδεὴς, ἐδεῖ-
το βασιλέως μὴ οὕτω πρὸς ὀργὴν ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐξάπτε-
σθαι, ἀλλὰ λύσιν τινὰ ἐξευρίσκειν τῶν κακῶν, ὅθεν ὅ,τε πό-
P. 791 λεμος καταλυθήσεται, καὶ μηδ' αὐτὸς παντάπασι μηδὲν τῶν

17. διαγωνούμενον P.

vertunt, et dum vitam suam vehementissime defendunt, ipsi vitae nullo modo parcunt. Idem sane ego nunc faciam. Nihil enim minus cupiebam, quam bello te persequi, sed, ut aequum erat, amicum et socium habere, tuisque meritis ultro mihi praestitis, quantas maximas possem, gratias referre. Quoniam tamen nihil rectum ac probum agere, neque ab urbibus, quas contra fas occupatas retines, discedere decrevisti, opus est et me aggredi, quae ex Romanorum re publica fore sentio, et excutere iugum, quod eorum cervicibus Tribalti per nefas iniunxerunt. Verum nunc quidem, cum insuper conscriptae copiae nondum adsint, Byzantium revertar, instructusque hibernis mensibus, primo vere cum quam ingenti potero exercitu, magnoque apparatu in vos movebo, ea mente, ut aut proeliando occumbam, aut praeter libertatem mea opera Romanis restitutam teque populumque tuum caedibus ac servituti subiiciam. Et cum tu quoque scias, me vera loqui, ad resistendum et decertandum de summa rerum te compara." Crales, auditis tam graviter ac serio de bello dictis, cum voluntatem imperatoris immutabilem videret, admodum extimescens, precabatur, ne sic iratus ad arma ferveret: quin potius viam aliquam in his malis inveniret, qua et bello supersederetur, et ipse pro laboribus atque periculis, quae

τι πόνων καὶ τῶν κινδύνων, ὧν ὑπέμεινε τὰς πόλεις κτώμε- A. C. 1350
νος, ἀπόναιτο. ἐπέτρεπέ τε πάντα βασιλεῖ καὶ συνετίθετο
στέργειν πᾶν, ὅ,τι ἂν αὐτῷ δοκοίη βέλτιον καὶ λυσιτελοῦν
ἑκατέροις. βασιλεὺς δὲ τό,τε πάντα ἔχειν ὁρῶν ἀπονητὶ
ἀδύνατον, καὶ τό τινων ἀποστερούμενον ὀλίγων μὴ συγκατα-
τίθεσθαι πρὸς τὴν εἰρήνην, ἀλλὰ περὶ τῶν ὅλων διακιν-
δυνεύειν βούλεσθαι ἀβουλίας, ἀδήλου μάλιστα τοῦ μέλλον-
τος ὄντος, καὶ τοῦ πολέμου πολλὰς ἐν τῷ μεταξὺ δυναμένου
δέχεσθαι μεταβολὰς, ἄλλως θ' ὅτι καὶ βαρβάρους ἔμελλεν
ἐπάγειν ἐνθυμούμενος, οἳ πλεῖστα καὶ Ῥωμαίους βλάπτουσιν, B
οἷς δοκοῦσι συμμαχεῖν, καὶ τὴν ἐσομένην Τριβαλῶν φθορὰν
καὶ τοὺς φόνους καὶ τοὺς ἀνδραποδισμοὺς, ὧν ἐκήδετο, καί-
τοι πολεμίων ὄντων, διὰ τὴν θρησκείαν, τὸ μὲν ἀληθὲς,
εἶπε, καὶ δίκαιον, πρὸς Κράλην, καὶ ὃ πᾶς ὁστισοῦν ἂν ἐπι-
ψηφίσαιτο δικαίως διαιτῶν, οὐδὲν εἶναι ἕτερον, ἢ ἐξίστα-
σθαι Ῥωμαίοις τῶν πόλεων τῶν τοῖς ὅρκοις περιειλημμένων.
ἐπεὶ δ' αὐτὸν ὁρᾷ πάνυ περιεχόμενον τῶν πόλεων, καὶ τῆς
ζωῆς οὐ μικρὸν μέρος ἡγούμενον ἀφαιρεθήσεσθαι, εἰ τούτων
ἀποστερηθείη, ἀδικήσειν μὲν Ῥωμαίους, πλὴν διελόμενον
τὰς πόλεις, ὡς ἂν αὐτῷ δοκοίη, καὶ παραχωρήσαντα ὅσων C
ἂν ἐθέλοι, εἰ μὲν καὶ αὐτῷ δοκοίη καὶ πείθοιτο αὐτοῦ τῇ
ψήφῳ, τίθεσθαι εἰρήνην ἐπὶ τούτοις καὶ σπονδάς. εἰ δὲ
μὴ βούλοιτο, ἐξεῖναι αὖθις πολεμεῖν τὰς πάσας ἔχοντι. καὶ
αὐτίκα Ἀκαρνανίαν μὲν καὶ Θετταλίαν, Σέρβιά τε καὶ

4. τότε P.   21. καὶ ante αὐτῷ om. P.

urbibus acquirendis tolerasset, non omnino nihil reciperet: remque totam eius arbitrio permittebat, aequi bonique se facturum promittens, quidquid ipse utrisque melius commodiusque futurum iudicasset. Imperator, intelligens et omnia citra molestiam laboremque haberi non posse, et paucis quibusdam privatum paci repugnare ac de summa iacere aleam velle dementis esse, cum futura incertissima sint, et anceps ac dubia fortuna belli: ad haec barbaros se introducturum cogitans, qui et Romanis, quorum videntur socii, plurimum noceant, et Triballorum futuram cladem, caedes, servitutes, (de quibus, quanquam hostibus, nihilominus ut Dei cultor erat sollicitus,) Cralem compellans ait, veritatem et iustitiam et quod quilibet bonus aestimator calculo suo approbarit, nihil esse aliud, quam Romanis urbibus iuramento comprehensis se abdicare. Ceterum quia ipsum tantopere urbibus inescatum videat et arbitrantem, vitae partem non modicam cum illis amissurum, iniuriam quidem Romanis se irrogaturum, verumtamen iudicio suo urbes partiturum et cessurum, quot sibi placuerit, si illi etiam videatur, et suae stet sententiae, pacem super his et foedus faciendum. Si recuset, licere illi, se omnes habentem de integro armis lacessere:

A. C. 1350 τὰς ἐντὸς τούτων πρὸς θάλασσαν πολίχνας, καὶ Βέῤῥοιαν καὶ Ἔδεσσαν, Γυναικόκαστρόν τε καὶ Μυγδονίαν μετὰ τῶν κατῳκισμένων πόλεων, καὶ τὰς περὶ Στρυμμόνα κώμας ἄχρι τῶν Φερῶν ὁρίων, καὶ Ταντεσάνου ὄρη προσαγορευόμενα, ἀπένεμε Ῥωμαίοις, Ζίχνα δὲ καὶ Φερὰς καὶ Μελενίκον καὶ Στρύμβιτζαν καὶ Καστορίαν καὶ τὰς ἄλλας Μακεδονικὰς κώμας καὶ πολίχνας, αἳ τῶν εἰρημένων ὅρων ἐκτὸς
D ἦσαν, Κράλην ἔχειν· καὶ συμμαχίαν ἐπὶ τούτοις ποιεῖσθαι καὶ σπονδάς, καὶ μηδὲν ἀλλήλους ἀδικεῖν. οὕτω μὲν ὁ βασιλεὺς διῄρει τὰς πόλεις· καὶ ἐδόκει καὶ Κράλῃ καλῶς ἔχειν, καὶ συνέβησαν ἐν τούτοις, καὶ πάντες ἥδοντο, καὶ Τριβαλοὶ καὶ Ῥωμαῖοι, πρὸς τὴν εἰρήνην. ὅ,τε βασιλεὺς εἱστία φιλοτίμως Κράλην καὶ τοὺς συνόντας ἐπ' αὐτοῦ τοῦ τόπου, οὗ αἱ συμβάσεις ἐγεγένηντο, παρόντος καὶ τοῦ νέου βασιλέως καὶ συμφιλοτιμουμένου βασιλεῖ τῷ κηδεστῇ.

P. 792 V. 633 κβ'. Μετὰ δὲ τὸ ἄριστον συνέθεντο, ὥστε εἰς τὴν ὑστε-
B ραίαν βασιλέα μὲν ἐπιλέξασθαι πέντε Ῥωμαίων τῶν ἐν τέλει, καὶ τούτοις ἐπιτρέψαι τὴν παράληψιν τῶν πόλεων· Κράλην δὲ ἐκ τῶν οἰκείων ἴσους παρασχεῖν, ὥστε παραδοῦναι. καὶ συνταξάμενοι ἀλλήλοις, ἐπεὶ τέλος εἶχον αἱ συμβάσεις, ὁ μὲν εἰς τὸ στρατόπεδον, οἱ βασιλεῖς δὲ εἰς τὴν πόλιν ἀπεχώρουν. ἐπελθούσης δὲ νυκτός, τινὲς τῶν συνόντων βασιλεῦσι κρύφα ἐλθόντες πρὸς τὸν Κράλην, συνεβούλευον τὰς

4. καὶ τὰ ντε σάλου M. mg. 6. Στρίμβ. M. 20. αἱ om. P.

et mox Acarnaniam, Thessaliam, Servia, et intra has ad mare sitas, et Berrhoeam cum Edessa, Gynaecocastrum et Mygdoniam cum instauratis oppidis, et circum Strymonem vicos usque ad terminos Pherarum, et Tantessani montes appellatos Romanis attribuit; Zichna, Pheras, Melenicum, Strombitzam, Castoriam aliosque vicos et oppidula Macedonica, quae extra dictos montes erant, Cralem retinere voluit, et super his foedus societatemque inire, et abstinere damnis mutuis. Sic imperator urbes distribuit: quae distributio etiam Crali placuit: et ita inter illos convenit: paxque confecta Triballis iuxta ac Romanis gaudio fuit. Atque eodem in loco Cralem eiusque comitatum imperator ad epulas magnificas invitavit, iuniore imperatore praesente et cum socero pariter ex ea munificentia gloriam aucupante.

22. Secundum prandium pacti sunt, ut postridie imperator Romanos principes viros quinque deligeret, qui suo nomine urbes acciperent, Crales de suis totidem destinaret, qui illas pro eo traderent: finitisque conventis et salute dicta, hic ad castra, ille in urbem se retulit. Iam nox erat, cum quidam ex comitibus imperatorum clam ad Cralem adeunt hortanturque, urbes ne tradat, sed bellum ad-

πόλεις μὴ παραδιδόναι, ἀλλὰ πόλεμον αἱρεῖσθαι μᾶλλον πρὸς A. C. 1350
Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα, ὡς βλάπτειν δυνησόμενον ὀλίγα
ἢ οὐδέν. νῦν μὲν γὰρ ἀξιόμαχον οὐκ ἔχειν στρατιάν· ἂν
δὲ ἐπανήκῃ εἰς Βυζάντιον ὡς παρασκευασόμενος, τὸν Πα- C
λαιολόγον βασιλέα πείσειν συνθήσεσθαι πρὸς αὐτὸν, ᾗ ἂν μά-
λιστα δοκῇ καθ' ἡδονὴν, καὶ κοινῇ τὸν πόλεμον πρὸς ἐκεῖνον
ἀνελέσθαι. ἡγεῖσθαι γὰρ αὐτοὺς οὐκ ἀνεκτὸν ἐκεῖνον ἄρχειν,
βασιλέα τῆς πατρῴας ἀποστερήσαντα ἀρχῆς. καὶ ὁ Κράλης
αὐτίκα ἔνθους ἦν ὑφ' ἡδονῆς, καὶ πολλὰς ὡμολόγει χάριτας
τοῖς ἀπαγγείλασι, βασιλεῖ τε ἐπηγγέλλετο προθύμως τῷ Πα-
λαιολόγῳ συμμαχήσειν κατὰ κηδεστοῦ τοῦ βασιλέως καὶ πᾶ-
σαν ἐπιδείξεσθαι σπουδὴν καὶ εὔνοιαν πρὸς αὐτόν· ἅμα τε ἕῳ,
ἐπεὶ ἡμέρα ἦν, πέμψας πρὸς βασιλέα, ἀπηγόρευε τὴν ἐπὶ τοῖς
εἰρημένοις εἰρήνην· ἀλλ' εἰ βούλοιτο τὰς ἄρτι ληφθείσας πό- D
λεις μόνας ἔχειν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐξ ἐκείνων ἀποδόντα, οὕτω
πείθειν αὐτὸν μὴ πολεμεῖν. εἰ δὲ μὴ βούλοιτο, παρασκευασάμε-
νον πρὸς μάχην ἐξελθεῖν· αὐτὸν γὰρ παντὶ σθένει πολεμήσειν.
τῶν μὲν οὖν Κράλη λόγων ὁ βασιλεὺς ὀλίγον ἐποιεῖτο λόγον.
ᾔδει γὰρ ὡς δυνησόμενος αὐτὸν καταναγκάζειν καὶ ἄκοντα
τὰ δίκαια ποιεῖν. σφόδρα δὲ ἤχθετο κατὰ Ῥωμαίων τῶν ἐπι-
βουλευόντων (οὐ γὰρ ἠγνόησεν, ὅθεν ἡ μεταβολὴ,) καὶ τὴν
διόρθωσιν τῶν πραγμάτων ἀπεγίνωσκε, πολέμων αὖθις ἐμ-
φυλίων καὶ στάσεων μεγάλων τὰ τοιαῦτα οἰόμενος ἀρχήν.
ὅμως καὶ οὕτως ἔχων, ἐπηγγέλλετο εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐξε-
λεύσεσθαι πρὸς μάχην. Κράλης δὲ καὶ αὐτὸς παρεσκευά- P. 793

versus Cantacuzenum malit, qui, cum in praesentia exercitu inferior sit, parum aut nihil obesse possit. Si Byzantium redeat, ut illic se comparet, Palaeologum imperatorem permoturos, ut cum eo quibus videbitur optatissimis conditionibus paciscatur, coniunctimque bellum contra illum suscipiat. Sibi enim intolerabile videri, imperare eum, qui heredem imperii legitimum hereditate sua deiecerit. Crales statim laetitia ebrius, multas suasoribus gratias agit, seque imperatori Palaeologo contra socerum prompte affuturum, et omnem ei benevolentiam studiumque spondet. Postquam luxit, pacem certa lege constitutam renuntiavit. Sed si velit urbes nuper occupatas solas habere, imo vero, si etiam de iis adhuc quasdam reddat, sic persuasurum sibi, ut bello abstineat: si nolit, paratus ad proelium exeat; se totis viribus contra pugnaturum. Imperator Cralis verba parvi ducere: norat enim, se illum cogere in gyrum posse. Vehementer autem Romanis insidiatoribus succensebat: non enim ignorabat, unde haec eius mutatio: et rerum emendationem desperabat, ratus, bellorum rursus civilium magnarumque seditionum haec esse praeludia. Tamen, quamvis sic affectus, postridie se ad

A. C. 1350 ζετο, καὶ παραθαῤῥύνων τους οἰκείους πρὸς τὸν βασιλέως πόλεμον. οὐ χρὴ δεδοικέναι, ἔφασκε, Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα, ἄχρις ἂν ὑπὸ τῶν οἰκείων πολεμῆται, ἀλλὰ βεβαίας ἔχειν ἐλπίδας τοῦ περιέσεσθαι καὶ τὰς ἡρπασμένας Ῥωμαίων πόλεις καθέξειν ἀσφαλῶς. ἐοικέναι γὰρ ἔφασκεν ἐκεῖνον ἐν ὕδασιν ἀνθρώπῳ καταβεβαπτισμένῳ, τοὺς οἰκείους δὲ ἐφεστῶτας, εἴ ποτε δυνηθείη ἀνακύψαι, πιέζοντας αὖθις κατα- V. 634 βαπτίζειν καὶ μήθ' ἑαυτῷ χρήσιμον, μήτ' ἐκείνοις γίνεσθαι ἐᾷν. ἂν μέντοι τῶν οἴκοι διαφορῶν ποτε ἀπαλλαγείη, τότ' ἤδη πάντων αὐτῷ ἐξίστασθαι ἑκόντας, καὶ πολλὴν πρόνοιαν B ποιεῖσθαι φίλον ἔχειν. ἀντικαθίστασθαι γὰρ πρὸς πόλεμον, ἂν τῶν οἴκοι δυσχερῶν ἀπαλλαγείη, οὔτ' αὐτὸν λυσιτελεῖν ἡγεῖσθαι, οὔτ' ἐκείνοις συμβουλεύειν. οὕτω μὲν ὁ Κράλης οὐ τῇ σφετέρᾳ μᾶλλον θαῤῥῶν δυνάμει, ἢ ταῖς διχοστασίαις καὶ διαφοραῖς Ῥωμαίων, αὖθις ὥρμητο πρὸς πόλεμον, καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν ἅμα ἕῳ συντάξας ἐπὶ φάλαγγας τὴν στρατιὰν, ἐχώρει πρὸς Θεσσαλονίκην ἐκ τοῦ στρατοπέδου. καὶ ὁ βασιλεὺς ὁμοίως τήν τε πεζὴν καὶ ἱππικὴν δύναμιν ἀντιπαρέταττεν ἐξαγαγών· οὐδέτερος δὲ ἐπεχείρει πολέμου ἄρχειν, ἀλλ' ἐπιπολὺ ἀτρεμοῦντα ἀντικαθίστατο ἀλλήλοις τὰ C στρατόπεδα. Κράλης δὲ πρὸς βασιλέα πέμψας, ἢ τὴν εἰρήνην ἔφασκεν αἱρεῖσθαι, ἂν ἐθέλῃ, ἔχοντας ἃ ἔχουσιν ἑκάτερον, ἢ μὴ μέλλειν, ἀλλ' ἄρχειν συμβολῆς. βασιλεὺς δὲ τὰ τῇ προτεραίᾳ εἰρημένα καὶ αὖθις ἔφασκεν αἱρεῖσθαι, καὶ

8. ἐκείνους P. 18. ἀντέταττεν M. mg.

dimicationem exiturum denuntiavit. Crales contra se parare et suos confirmare: Cantacuzenum non esse timendum, quamdiu a suis oppugnetur, sed constanter sperandum, victoriam, quasque Romanis ademerint urbes, retenturos. Similem enim esse homini aquis submerso, quem sui adstantes, si quando emerserit, iterum sub aqua deprimunt, et neque sibi, neque ipsis commodare sinunt. Sin domesticis discordiis ac dissidiis aliquando expeditus fuerit, tum iam omnibus illi cedendum libenter, ambiendamque studiose eius amicitiam. Nam tum illi armis adversari, nec se putare conducere, nec ipsis hoc suadere. Sic Crales non sua magis potentia, quam seditionibus ac dissensionibus Romanorum confisus, de integro bellum parturiebat, et die altero prima luce per phalangas disposito exercitu, e castris Thessalonicam procedebat: similiterque imperator pedestres et equestres copias educens, in acie adversa constituebat. Neuter autem proelium ordiebatur, stabantque diu, nec se exercitus commovebant. Crales tandem imperatori nuntiat, aut pacem componendam, si utrumque retinere velit, quae habet: aut sine mora pugnam incipiendam. Renuntiare iubet imperator,

φίλον ἐθέλειν μᾶλλον ἔχειν, ἢ πολέμιον, τὰς πόλεις ἀποδόντα· ἂν δ' αὐτὸς τὸν πόλεμον αἱροῖτο, πρῶτον μᾶλλον αὐτὸν ἄρχειν συμβολῆς μικρὸν προβάντα, ὡς οὕτω καὶ αὐτὸν ὡς ἀμυνόμενον καὶ οὐκ ἄρχοντα πολέμου ἀγωνιούμενον προθύμως, ἐπιμαρτυρόμενον καὶ ἀνθρώπους καὶ θεὸν, ὡς οὐκ ἀδικεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον ἀδικεῖται, οὐδὲ ἐπιορκεῖ καὶ κακὸς εἶναι βούλεται περὶ τὸν φίλον, ἀλλ' ἀνάγκῃ ἐφ' ἃ μὴ βούλοιτο χωρεῖ. ἂν δ' αὐτοῦ κινουμένου πρώτου, ἔφασκε, μὴ τὸ στράτευμα ἀντεπάγῃ καὶ αὐτὸς, τὴν νίκην ἐκεῖνον ἔχειν, ὡς αὐτοῦ φυγομαχήσαντος. Κράλης δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο τοὺς βασιλέως λόγους, πέμψας αὖθις, ἔφασκε μηδ' αὐτὸς βούλεσθαι τὴν μάχην· ἂν δὲ φαίνοιτο κινῶν τὰς φάλαγγας μετὰ μικρὸν, μὴ νομίζειν ἐπιέναι, ἀλλ' ἀναχώρησιν εἶναι τὴν κίνησιν πρὸς τὸ στρατόπεδον. τοιαῦτα ὁ Κράλης εἶπε· καὶ μετὰ μικρὸν ἀναστρέψας αὖθις ηὐλίσατο πρὸς τὸ στρατόπεδον τὴν νύκτα. καὶ βασιλεὺς ὁμοίως εἰσήλαυνεν εἰς τὴν πόλιν μετὰ τῆς στρατιᾶς. Κράλης δὲ εἰς τὴν ὑστεραίαν διαβὰς τὸν Ἄξειὸν, τὰ περὶ Ἔδεσσαν κατέδραμε καὶ περιστρατοπεδευσάμενος ἐπολιόρκει. βασιλεύς τε ἐπεὶ μὴ ἐδόκει ἔτι μέλλειν ἐν Θεσσαλονίκῃ, (πράττειν γὰρ ἔτι ἀξιόλογον οὐδὲν ἐξῆν,) παρεσκευάζετο ὡς εἰς Βυζάντιον πλευσούμενος. μέλλων δὲ ἀπαίρειν ἤδη, πολλὰ βασιλεῖ τῷ νέῳ περὶ τοῦ μὴ πείθεσθαι παρῄνει Κράλῃ. ᾔδει γὰρ ἐπιχειρήσοντα ἐκεῖνον, αὖθις τὸν πρὸς ἀλλήλους πόλεμον κινεῖν Ῥωμαίων, ἵν' αὐτῷ

A.C. 1350 — D — P. 794

11. αὐτὸ P. 23. ἐπιχειρήσαντα M.

se hesterno die pacta praeferre, et amicum ipsum, quam hostem, malle, si urbes restituerit. Sin bellum ei optatius sit, prior paulum progressus, pugnae det initium: tum enim se non ut conflictus auctorem, sed ut sui defensorem alacriter dimicaturum, Deum atque homines testantem, non se dare, sed accipere ac perpeti iniuriam, neque fidem frangere et male mereri de amico, sed necessitatem a se exprimere, quae ipse nolit. Quodsi prior ille se moverit, nec ipse contra gradiatur, victoriam sibi quasi de fugitivo habeat. His acceptis, Crales nec se pugnae avidum esse dixit. Si phalangas paulo post moveri viderit, ne putet motum illum sui invadendi, sed in castra revertendi causa exsistere. Haec Crales. Nec diu post in castra se recipiens, ibi pernoctavit. Imperator quoque cum cohortibus suis urbem repetivit. Crales, Axio transmisso, et finitimos Edessae locos depraedatus, ipsam obsidere instituit. Imperator cum diutius Thessalonicae commorandum non putaret, quod nihil memorabile agendum restaret, Byzantium navigationem comparabat. Discessurus iuniorem imperatorem maiorem in modum hortabatur, ne Crali fideret. Iam enim rursus aggressum bello ci-

A. C. 1350 ἐξῇ τὰς πόλεις ἔχειν, ἐκείνων ἀσχολουμένων πρὸς ἀλλήλους. καὶ συνεβούλευε φυλάττεσθαι τὴν ἐπιβουλήν. οὐδὲ γὰρ εἶναι περὶ μικρῶν, ἀλλὰ περὶ τῆς ἀρχῆς αὐτῆς ἐπιβουλεύειν, καὶ τὴν βλάβην οὐκ αὐτῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔσεσθαι Ῥωμαίοις· καίτοι γε ἐκεῖνον τῶν ὄντων τὰ ἐναντία καταψεύσεσθαι, φάσκοντα προθύμως συμμαχήσειν ἐπὶ τῷ τὴν πατρῴαν ἀνασώζεσθαι ἀρχὴν ἀφῃρημένην, καὶ ἀμύνεσθαι
B τὸν ἠδικηκότα, ἄδηλον ὂν, εἰ μὴ μόνον οὐκ ἀποδώσει τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ ἐπαγγέλλεται, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ζωῆς ἐπιβουλεύσει. τούτων δὲ αὐτῷ πείθεσθαι μηδὲν σαφῶς εἰδότα, ὡς ἀπάτῃ πάντα συσκευάζεται, ἵνα μᾶλλον ἀφέληται αὐτὸς τὴν οὖσαν ἀσφαλῶς. εἰ δ' ἀμελήσας τῶν παραινέσεων πείθοιτο αὐτῷ, τότε εἴσεται τὴν βλάβην, ὅτε μήτ' αὐτῷ μηδὲν, μήτε τοῖς ἄλλοις ὄφελος ἐκ τοῦ εἰδέναι ἔσται. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῖς πρωτοπλάστοις συνήνεγκε τοῦ παραδείσου ἐκβληθεῖσι τὸ εἰδέναι, ὡς ἠπάτηνται τῷ ὄφει. τοιαῦτα καὶ ἕτερ' ἄττα πλείω παραινέσας καὶ συνταξάμενος, ἀπέπλει, Ἀσάνην Ἀνδρόνικον τὸν κηδεστὴν μετὰ βασιλέως τοῦ νέου καταλιπών. Κράλης δὲ ὀλίγῳ ὕστερον ἢ ὁ βασιλεὺς ἀπῆρεν ἐκ
C Θεσσαλονίκης, Ἔδεσσαν ἐπόρθησεν, ἑλὼν τινων προδοσίᾳ τῶν
V. 635 τἀκείνου ᾑρημένων. συντέθειτο γὰρ αὐτοῖς κλίμακας κατασκευασάμενον, ἐπὶ τειχομαχίαν ἥκειν, αὐτοὺς δὲ σημεῖον ἄραντας ἐπὶ τῶν τειχῶν, ἐφ' ὧν ἑστᾶσιν, ἥκειν ἐπ' ἐκείνους μετὰ τῶν κλιμάκων. ἄδειαν δὲ ἐκείνων παρεχομένων καὶ ἀμυνομένων τοὺς

3. μικρὸν P.

vili Romanos implicare, ut, iis inter se dimicantibus, ipse urbes sibi habeat: et monebat, caveret insidias, quae non res parvas, sed imperium ipsum attingerent: unde non ad ipsum duntaxat, sed ad alios quoque Romanos calamitas redundaret. Tametsi is aliud, quam res est, loquens et mentiens, dicat, impigre se ipsum adiuturum, quo paternum imperium a raptore recuperet eumque ulciscatur: cum dubitetur, an non solum ei imperium non restiturus, quod tamen polliceatur, sed etiam vitae eius insidias instructurus sit. Nullam ei fidem horum commodet, certoque sciat, omnia haec artificiose strui, ut potius ipse quod reliquum est imperii secure devoret. Si, spretis admonitionibus, Crali crediderit, tunc cogniturum esse, quantum damni fecerit, quando nec ipsi, nec aliis ullum fructum ea cognitio datura sit. Neque enim protoplastis paradiso eiectis a serpente deceptos esse cognoscere profuisse. Haec et plura cum admonuisset, Andronicum Asanem socerum cum iuniore imperatore relinquens, dicto vale, solvit. Crales paulo post eius Thessalonica discessum, quibusdam de factione sua prodentibus, Edessam cepit, captam evertit: cum quibus pepigerat, ut, paratis scalis, signum de muro ipsis sustollentibus, accederet. Tum iidem arcen-

ἔνδον μᾶλλον, ῥᾳδίαν ἔσεσθαι τὴν ἅλωσιν. ὅπερ δὴ καὶ ἐγίνετο κατὰ τὸ σύνθημα. καταστάντων γὰρ εἰς τὴν τειχομαχίαν, τοῖς τε προδιδοῦσιν ἤρετο τὸ σημεῖον ἀπὸ τῶν τειχῶν, καὶ ὁ Κράλης τὰς κλίμακας ἔχων, ἐχώρει πρὸς ἐκείνους· ἀδείας δὲ τυχόντες, ἀνέβαινον ἐπὶ τὰ τείχη, καὶ καθῄρουν αὐτίκα προσπεσόντες, ἕως ἐποίησαν καὶ ἵπποις βάσιμα· ἦν γὰρ οὐδὲ ὕψους ἔχοντα ἱκανῶς. Λυζικὸς δὲ ὁ τῆς πόλεως ἄρχων, αἰσθόμενος τὴν προδοσίαν, ἐχώρει μὲν ἐπ' ἐκείνους ἔχων τοὺς περὶ αὐτὸν, ἤνυε δὲ οὐδὲν, καθῃρημένων ἤδη τῶν τειχῶν· ἀλλ' ἀναστρέψας ἔσπευδεν ἐπὶ τὴν ἄκραν. καὶ οἱ ἐκ Βυζαντίου παρὰ βασιλέως καταλελειμμένοι διακόσιοι φρουροὶ, ὡς ᾐσθάνοντο τὴν πόλιν ἑαλωκυῖαν, ἀνεχώρουν καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τὴν ἄκραν. Κράλης δὲ ἐπεὶ τὴν πόλιν εἶχεν, ἐχώρει ἐπ' ἐκείνους τεθορυβημένους ἔτι ἀπὸ τῆς τροπῆς. καθισταμένων τε πρὸς μάχην, ὁ Λυζικὸς ἐτέτρωτο βέλει τὸν μηρὸν, ἀμυνόμενος ἀπὸ τοῦ πύργου. ἦν γὰρ ἀνεπισκεύαστος ἡ ἄκρα. καὶ αὐτίκα ἡ φρουρὰ τὰ ὅπλα παρεδίδουν, πίστεις λαβόντες ἐπὶ τῷ μηδὲν ἀνήκεστον παθεῖν. ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ ἄκρα εἴχετο, τὴν μὲν φρουρὰν καὶ Μακροδούκαν τὸν ἄρχοντα ἀπέλυεν ὁ Κράλης κατὰ τοὺς ὅρκους, τὰ ὅπλα μόνον ἀφελόμενος, Λυζικοῦ δὲ τὸ γένειον ἐπ' αὐτοῦ τίλλεσθαι ἐκέλευεν, οὐ μόνον διὰ τὸ ἀντιστῆναι τότε, ἀλλ' ὅτι καὶ βασιλέως Ἀνδρονίκου περιόντος, ἐν Καστορίᾳ μεγάλων αἴτιος αὐτῷ κατέστη συμφορῶν. ἔπειτα ἐκέλευε δεθέντα ἄγεσθαι τὴν ἐπὶ

A. C. 1350 — D — P. 795

20. καὶ post ὅρκους add. P. 23. αὐτῷ om. P.

tes, qui intus propugnarent, securitatem facerent, ut ita urbs facilius caperetur. Res secundum pacta transigitur. Nam cum in eo essent, ut muros oppugnarent, proditoresque signum inde dedissent, Crales scalas admovit, milites impune adscenderunt, statimque irruentes ita eos diruerunt, (non enim erant alti,) ut equis pervios redderent. Lyzicus praefectus urbem proditam conspiciens, cum praesidio contra vadit: sed muris iam prostratis, actum agere se intelligens, in arcem festinus recurrit. Similiter Byzantii ducenti, ab imperatore in praesidio relicti, ubi urbem captam senserunt, ipsi quoque in arcem refugerunt. Crales urbe potitus, in illos adhuc ex fuga pavitantes tetendit. Cum e turri se tuerentur, (arx enim nondum reparata erat,) et Lyzicus femur sauciatus esset, subito praesidiarii arma tradiderunt, fide accepta, nihil incommodi perpessuros. Ut autem et arx in potestatem venit, praesidium et Macroducam praefectum Crales, ut iurarat, armis tantum ablatis, dimisit: Lyzico in conspectu suo barbam velli iussit, non solum quia tum restitisset, sed quia etiam Andronico vivo apud Castoriam non parvae calamitatis ipsi auctor fuisset. Deinde vinctum Scopiam, ibi poenas

A. C. 1350 Σκοπιὰν, ὡς ἐκεῖ τῶν τολμημάτων δίκας δώσοντα. ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ τραύματος ἀμεληθέντος καὶ τῆς ἄλλης δυσπραγίας ἐτελεύτησε μεταξὺ ἀγόμενος. Κράλης δὲ ἐφῆκε τὴν πόλιν τοῖς
B στρατιώταις διαρπάζειν· καὶ ἐπόρθησάν τε καὶ ἐνέπρησαν τὰς οἰκίας· τῶν οἰκητόρων δὲ τὸ μὲν πλεῖστον καὶ ἄριστον ἐξήλασε γυμνὸν μάλιστα ἐν ἀκμῇ τοῦ χειμῶνος, Ἰανουαρίου ἄρτι ἱστα-
A. C. 1351 μένου, καὶ διεσκεδάσθησαν κατὰ Βέῤῥοιαν καὶ τὰς ἄλλας πόλεις. ὁ δὲ ἄπορος παντάπασι καταλέλειπτο ἐκεῖ ἐπὶ τὰς ὑπολειπομένας καταφυγὼν οἰκίας. αὐτὸς δὲ ἐπεὶ καὶ χειμὼν ἐπεγένετο ἐξαίσιος, φρουρὰν ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν καταλιπὼν, πρὸς τὴν οἰκίαν ἀνεχώρει. ἐλέγετο δὲ ὑπὸ χειμῶνος στρατιώτας τε καὶ τῶν σκευοφόρων ὑποζυγίων πλεῖστα τῷ στρατοπέδῳ ἐναποθανεῖν. βασιλεὺς δὲ εἰς Βυζάντιον ἐπα-
C νελθὼν ἐπυνθάνετο περὶ τοῦ Μυσῶν βασιλέως Ἀλεξάνδρου ὅτι πλεῖστα ἀνιῷτο διὰ τὴν τῶν βαρβάρων ἔφοδον ἀπροσδόκητον γεγενημένην καὶ μέγιστα κακώσασαν τὴν γῆν αὐτοῦ· ὑπώπτευε δὲ οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν τοὺς βαρβάρους ἐπελθεῖν, ἀλλὰ βασιλέως πέμψαντος, ὃ καὶ μάλιστα ἠνία, ὅτι, μηδεμίαν πρόφασιν αὐτοῦ πρὸς τὸν πόλεμον παρεσχημένου βασιλεῖ, παρασπονδῶν αὐτὸς κακῶς ποιεῖ τὴν χώραν. πέμψας δὲ ὁ βασιλεὺς πρεσβείαν πρὸς αὐτὸν, πρῶτα μὲν περὶ τῶν βαρβάρων τῆς ἐφόδου ἀπελογεῖτο, μὴ κατὰ γνώμην ἐκείνῳ γεγενῆσθαι, ἀλλ' αὐτοὺς ἀφ' ἑαυτῶν μεγάλα δυναμένους, ἅττα ἂν δοκῇ ποιεῖν· τοῦτο δὲ συμβαίνειν οὐ μᾶλλον διὰ τὴν ἐκείνων δύναμιν

11. οἰκείαν M.

audaciae excepturum, duci mandavit. Qui et propter neglectam curationem vulneris et alioqui propter hunc casum suum in ipsa via decessit. Crales militi urbem diripiendam, incendendam evertendamque permisit. Incolarum pars maxima et praecipua, summa hieme, novo nimirum Ianuario, nuda expellitur, perque Berrhoeam et alias urbes dissipatur. Egentissimus quisque ad aedes relictas confugiens, ibi relinquitur. Crales, hieme saeviente, imposito in arcem praesidio, domum redit. Fama vulgavit, milites et animalia vectoria plurima frigoris acerbitate in castris emortua. Byzantium reversus imperator de Moesorum rege Alexandro quaerit: singularem quippe ex eo moestitudinem capiebat, quod Persae in eius regnum inopinato irruentes, cladem ei gravissimam intulerant. Incessebat enim Alexandrum suspicio, non suopte nutu, sed missu imperatoris irrupisse barbaros: quae res vehementissime illum cruciabat, quia, cum ei nullam ansam hostilia machinandi praebuisset tamen, contempto foedere, ab eo vexaretur. Missa igitur legatione primum quidem de incursione barbarorum respondit, non eam sua voluntate factam, sed ipsos per se potentes, cupiditatibus suis mo

ἢ διὰ τὸ μὴ αὐτοὺς ἐθέλειν τῆς πλεονεξίας ἀποστάντας καὶ A. C. 1351
τῶν ἀλλοτρίων τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλήλοις ὅση δύναμις ἐπιμα- D
χεῖν καὶ ἀνείργειν τοὺς βαρβάρους, ῥᾷστα δυναμένους, εἰ συμφωνήσαιεν. εἰ γὰρ ἐβούλετο Κράλης τὰς ἡρπασμένας πόλεις ἀποδιδόναι καὶ τὰ δίκαια ποιεῖν κατὰ τοὺς ὅρκους, V. 636
οὐκ ἂν αὐτῷ ἐδέησε βαρβάρων πρὸς τὴν συμμαχίαν πάντων μάλιστα ἀπεχθῶς πρὸς αὐτοὺς διακειμένῳ, ἀνάγκῃ δὲ χρωμένῳ, ἵνα τά τε ὄντα διασώζοι καὶ τὰ ἡρπασμένα, εἰ δύναιτο, ἀνακαλοῖτο. πρὸς μὲν οὖν ἐκεῖνον ποιήσειν, ὅ,τι ἂν δοκῇ μάλιστα λυσιτελεῖν, αὐτῷ δὲ συμβουλεύειν, συναίρεσθαι αὐτῷ πρὸς τὸ κωλύειν τοὺς βαρβάρους ἀδεῶς, ὅταν δοκῇ, πρὸς τὴν Θρᾴκην περαιοῦσθαι. τοῦτο δ' ἂν γένοιτο, εἰ χρήματα παρέχοιτο τακτὰ πρὸς τῶν τριηρέων τὴν παρασκευήν. αὐτὸν μὲν γὰρ εὐπορεῖν τῆς ναυτικῆς δυνάμεως, δεῖσθαι δὲ P. 796
χρημάτων, ἐξ ὧν ἂν τραφείη· ὧν εἰ καὶ αὐτὸς παράσχοιτο ὅσα δυνατὰ, τριήρεις ἐπιστήσει κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον, αἳ παραπλέουσαι οὐκ ἐάσουσι τοὺς βαρβάρους περαιουμένους βλάπτειν. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τῆς ἐκείνων ἀπηλλάχθαι περιέσται βλάβης. ἂν δὲ μὴ Κράλης ἐθέλῃ ποιεῖν τὰ δίκαια πρὸς ἀμφοτέρους, (εἰδέναι γὰρ καὶ αὐτὸν ὑπ' ἐκείνου ἀδικούμενον οὐ μικρά τινα,) εἰ μὴ ἡ παροῦσα δύναμις ἐξαρκεῖ ἐκεῖνον καταναγκάζειν τὰ δέοντα ποιεῖν, τότε χρήσεσθαι καὶ τοῖς βαρβάροις τοσούτους ὑπ' αὐτῶν περαιουμένους, ὅσους

rem gerere. Nec tamen magis istuc propter illorum potentiam evenire, quam quod ipsimet nolint avaritia et appetitione rerum alienarum desistentes, pro virili iuvare mutuum et coërcere barbaros, quod facile possent, si conspirarent. Etenim si Crales ereptas urbes restituere, et ut iuraverat, conservare iustitiam voluisset, non sibi societatem barbarorum requirendam fuisse, quos pessime oderit: necessario autem iis uti, quo et praesentia tueatur, et abrepta, si possit, recuperet. Adversus Cralem igitur se facturum, quod inprimis commodaturum videatur: ipsi autem se hoc dare consilii, uti ad barbaros in Thraciam nullo metu ac pro libidine traiicientes prohibendos secum vires coniungat. Hoc fieri posse, si pecuniae ad apparatum triremium constitutae pendantur: sibi navales copias non deesse, deesse autem pretium, unde alimenta provideantur: quod si ille pro facultate eroget, triremes in Hellespontum deducturum, quae oras praeternavigando barbaros traiicere ac nocere continenti non sinant. Et hoc modo eorum vexationes licere effugere. Quodsi Crales praestare se ambobus, qualem decet, noluerit, (constare enim sibi, eum quoque laesum ab illo graviter,) si praesens eum copia ad officium cogere nequiverit, tunc et barbarorum ope usuros, traiecta eorum auctoritate tanta multitudine, quan-

A. C. 1351 ἄγεσθαι οἷ ἂν ἐθέλωσι, καὶ μὴ πολλοὺς ὄντας, ἀφοβίᾳ τρέ-
B πεσθαι ἐπὶ σφᾶς καὶ διαφθείρειν. τοιαῦτα μὲν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον ἐπρεσβεύετο. καὶ ἐδόκει κἀκείνῳ ἡ βασιλέως παραίνεσις λυσιτελεῖν, καὶ συνετίθετο πρὸς τὴν πρᾶξιν· συμβὰν δέ τι καὶ τοιοῦτον ἐπέῤῥωσε μᾶλλον πρὸς τὸ ἔργον. ἑορτῆς γάρ τινος δημοσίας ἀγομένης ἐν Τρινόβῳ τοῖς αὐτοῦ βασιλείοις, καὶ ὄχλου πλείστου συνεῤῥυηκότος, ἐπεὶ παρῄει δι' ἐκείνων, καὶ τῶν βασιλέως ἑπομένων πρέσβεων, τῇ σφετέρᾳ διαλέκτῳ πάντες ἐπεβόων, ὡς δεῖ Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ πάντα ποιεῖν τὰ κατὰ γνώμην καὶ τὴν
C εἰρήνην ἐκ παντὸς τρόπου τὴν πρὸς αὐτὸν αἱρεῖσθαι, ἵνα μὴ ἐκπολεμωθέντος, ἀπόλωνται αὐτοὶ διαφθαρέντες ὑπὸ τῶν βαρβάρων, καὶ ἐδέοντο πείθεσθαι αὐτοῖς. Ἀλεξάνδρου δὲ τῶν πρέσβεων πυνθανομένου, εἰ τῶν εἰρημένων ἐπαΐουσιν, ἐπεὶ ἀγνοεῖν ἐκεῖνοι ἔφασαν, ἡρμήνευεν αὐτὸς ἑλληνιστὶ, καὶ τεκμήριον ἐποιεῖτο μέγιστον τοῦ ὄχλου τὴν ἀξίωσιν τοῦ σφίσι μάλιστα λυσιτελεῖν τὴν πρᾶξιν, ὅτι καὶ μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἐρωτώμενοι, τὰ σφίσι συμβουλεύουσι συνοίσοντα. αὐτίκα τε ἐπιψηφισάμενος, καὶ αὐτὸς ἐξέπεμπε τοὺς πρέσβεις. βασιλεὺς δὲ πυθόμενος, ὡς προθύμως δέξαιτο Ἀλέξανδρος τὴν παραίνεσιν καὶ βούλοιτο παρέχεσθαι χρήματα πρὸς τὴν πα-
D ρασκευὴν, ὑπερήσθη τε, δυνήσεσθαι νομίσας ἀπείργειν τοὺς βαρβάρους τοῦ μὴ Ῥωμαίους καὶ Μυσοὺς ἐπιόντας διαφθείρειν, καὶ ὥρμητο παρασκευάζεσθαι ἤδη πρὸς τὸ ναυτικὸν συ-

tam ducere quocunque voluerint: et ita, in hostes paucos intrepide facto impetu, eis vitam adempturos. Haec fuit legationis sententia. Regi cohortatio imperatoris visa est conducibilis, reique gerendae societatem pactus est. Evenit autem quiddam, quod ei ad hoc operis animos addidit. Cum enim Trinobi, ubi sedes illi, publica laetitia dies festus ageretur plurimique mortales aliunde concurrissent dum per eos transit, legatis imperatoris prosequentibus, omnes, sua quique lingua, acclamarunt, Cantacuzeno gratificandum per omnia et omnimodis pacem cum eo conficiendam, ne, si is ad bellum irritetur, ipsi barbarorum gladiis intereant, et orabant voti compotes fieri. Alexandro autem legatos interrogante, ecquid audita intelligerent, cum negassent, Graece illis interpretatus est, populique petitionem pro augurio maximo habuit, bene ipsis rem processuram quod etiam a nemine interrogatus, quae sibi expedirent, suasisset statimque et ipse petitis suffragatus, legatos dimisit. Imperator cognoscens, Alexandrum hortationi suae benignas aures commodasse et velle pecuniam ad apparatum conferre, mirabiliter gavisus est ratus, se posse barbaros reprimere, ne Romanos et Moesos incursando vastarent, et accingi ad expeditionem navalem barbaris pro

στησασθαι ἐπὶ κωλύσει τῶν βαρβάρων. τό,τε νεώριον τὸ [A.C. 1351] πρὸς τῷ Ἑπτασκάλῳ ἐν ἐκείνῳ τῷ ἔτει ἐξεκάθηρεν, ὑπὸ πολλῶν ἐτῶν ἰλύος ἐπιγενομένης προσχωσθὲν καὶ μὴ δυνάμενον εὐπετῶς εἰσδέχεσθαι ὁλκάδα φόρτον ἄγουσαν, μέγα ἔργον καὶ πλεῖστα λυσιτελοῦν τῇ πόλει, καὶ πολλῷ πόνῳ καὶ ἀναλώμασι κατορθῶσαι δυνηθείς. ἔληγον δὲ εἰς οὐδὲν αἱ τοῦ Μυσοῦ ἐπαγγελίαι. ὕστερον γὰρ ὀλίγῳ πρὸς βασιλέα πρεσβείαν πέμψας, ἀπηγόρευε τὴν εἰσφοράν. Κράλην γὰρ ἔφασκε πυθόμενον, οὐ μετρίως αὐτοῦ κατηγορεῖν, ὅτι φόρους [P. 797] Ῥωμαίοις παρέχειν ὑποσταίη ἑκοντὶ, καὶ ἃ μὴ τοῖς ὅπλοις δύναιτο βιάζεσθαι βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς, ταῦτα πείσειε παραγαγών. δι' ἃ μηδ' αὐτὸν τὰ ὑπεσχημένα δύνασθαι ποιεῖν, τοσαύτην αἰσχύνην προστριβόμενα αὐτῷ καὶ γένει. ἐφ' οἷς οὐ μετρίως ἀγανακτῶν ὁ βασιλεὺς, ἐπεχείρει πείθειν, ὡς μᾶλλον αὐτῷ λυσιτελοίη ἡ αὐτοῦ παραίνεσις, ἢ Κράλη. φθονοῦντα γὰρ ἐκεῖνον καὶ ἐπιβουλεύοντα ἀεὶ ταῦτα πειρᾶσθαι διαλύειν, ἃ πολλὴν αὐτῷ καὶ τοῖς ὑπηκόοις οἴσει τὴν ὠφέλειαν. οὐ γὰρ παρέχειν φόρους, ὥσπερ [V. 637] ἐκεῖνος ἀπατᾷ, ἀλλ' ἀναλίσκειν εἰς δέον ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς, πλὴν εἰ μὴ καὶ τὰ τοῖς σφετέροις στρατιώταις παρεχόμενα φό- [B] ρους ὀνομάσει. ἀλλ' ἦν οὐδὲν ἀξιόχρεων τῶν λεγομένων εἰς πειθώ. βασιλεὺς δὲ τὴν ἐσομένην αὐτῷ φθορὰν ὑπὸ τῶν βαρβάρων προειπὼν καὶ διαμαρτυράμενος, ὡς τότε τῆς νυνὶ μεταμελήσει ἀβουλίας, ὅτε μηδὲν ἀπόνασθαι ἐξέσται τῆς *

16. φρονοῦντα P.

hibendis constituit, navaleque in Heptascalo, pluribus annis luto ibidem exaggerato, ut onerariam cum onere haud commode posset excipere, illo anno expurgavit, potuitque magnum et civitati utilissimum opus multo labore multoque aere feliciter conficere. Ceterum Moesi promissa venti rapuerunt: non diu enim post per legatos de pecunia collatitia retractavit. Cralem quippe, re audita, non leviter reprehendisse, quod tributa Romanis ultro promisisset, et quae armis obtinere Cantacuzenus nequiret, haec sibi dolo persuaderi sustinuisset. Quare se promissa tantum dedecus sibi ac generi suo inurentia persolvere non posse. Hac de causa non parum indignatus imperator, docere aggressus est, suam, quam Cralis, admonitionem illi fructuosiorem fore: qui, ut homo invidus et insidiosus, semper ea disturbare nitatur, quae ipsi Alexandro eiusque populo valde conductura sint. Non enim Alexandrum tributa pendere, ut ille fraudulentus comminiscatur, sed in rebus imperio necessariis collocare pecuniam; nisi quae suis ipsemet militibus stipendia solvit, tributa nominet. Verum nihil horum ad Alexandrum inducendum satis valebat. Imperator imminentem a barbaris cla-

A. C. 1351 μεταμελείας, ἐπέπαυτο πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν καὶ αὐτός. ἃ
εἰς ὕστερον ἅπαντα ἐξέβαινε.

C κγ'. Μετὰ ταῦτο δὲ ὁ βασιλεὺς σύγχυσιν δεινὴν καὶ
ἀταξίαν ὁρῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γινομένην, καὶ τῆς κοινωνίας
τῶν λοιπῶν ἀφισταμένους τοὺς τὰ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου
ᾑρημένους, πολλούς τε τούτοις συναπαγομένους, διαστροφήν
τε τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἐγκαλοῦντας τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ τὴν δί-
κην ἐπιβοωμένους καὶ παρενοχλοῦντας ὁσημέραι καὶ δεομέ-
νους ἀντικαθίστασθαι πρὸς τὴν ἐξέτασιν, Καλλίστου τε
ὁμοίως τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν ἄλλων ἀρχιερέων καὶ τῶν
D λογάδων τῶν μοναχῶν, ὅσοι τοῖς ἀποσχισταῖς ἐναντία ἐφρό-
νουν ἐν τοῖς δόγμασι, δεομένων καὶ αὐτῶν ὁμοίως σύνοδον
συγκροτεῖν καὶ τῶν δογμάτων τὴν ἐξέτασιν ποιεῖσθαι, δί-
καιον εἶναι οἰηθεὶς μὴ τοιαῦτα γινόμενα περιορᾷν, ἀλλὰ τῆς
κατὰ τὴν ἐκκλησίαν εἰρήνης προνοεῖσθαι ὅση δύναμις, ἐπέ-
τρεπε τὴν σύνοδον γενέσθαι, καὶ τούς τε ἄλλους μετεπέμ-
πετο ἀρχιερέας γράμμασι καὶ τὸν Θεσσαλονίκης Γρηγόριον
τὸν Παλαμᾶν, καίτοι βασιλεὺς εὐθὺς ἐξαρχῆς μετὰ τὸ πε-
παῦσθαι τὸν συγγενικὸν πόλεμον καὶ πᾶσαν ὑπ' αὐτῷ τὴν
Ῥωμαίων ἡγεμονίαν γεγενῆσθαι, ἀναγκαῖον οἰηθεὶς ὥσπερ
τὰς κοσμικὰς διαφορὰς, οὕτω δὴ καὶ τὰς τῆς ἐκκλησίας παύε-
σθαι, τὸν Ἀκίνδυνον Γρηγόριον ἔτι περιόντα, ὅστις τῆς τοι-
P. 798 αὐτης διαφορᾶς μετὰ Βαρλαὰμ μάλιστα προέστη, οὐχ ἅπαξ,
*ἀλλὰ καὶ πολλάκις μετεπέμψατο, καὶ ἐκέλευε τῶν ἀντικαθι-

6. συναγομένους M.

dem ei praedicens et testificans, tunc propter istam amentiam poenitudine tactum iri, quando poenitere nihil proderit, hortatione destitit. Quae omnia postmodum ita acciderunt.

23. Post haec imperator confusionem horribilem et turbas in ecclesia excitatas intuens, atque a communione reliquorum discessisse Barlaami et Acindyni sectatores, multosque ab iis seductos, et illos ecclesiam perversorum dogmatum accusare, et iudicium postulare, tumultuantes quotidie rogantesque ad rationem reddendam se vocari, Callisto patriarcha et aliis episcopis monachorumque primariis, quod seditiosis ac distractoribus illis contraria sentirent, similiter orantibus synodum congregari et dogmata examinari, aequum existimans, non haec vili pendere, sed, quantum posset, ecclesiae paci consulere, synodum agi permisit: et cum alios episcopos, tum Gregorium Palamam Thessalonicensem litteris accersivit. Quanquam statim ab initio, postquam fluctus belli civilis resederunt, totius iam compos imperii, necessarium reputans quomodo civiles, sic etiam ecclesiasticas sedare lites atque controversias, Gregorium Acindynum adhuc superstitem, (qui cum Barlaamo huic dissidio au-

σταμένων ἀναφανδὸν κατηγορεῖν, εἴ τι ἔχοι. μάλιστα γὰρ A. C. 1351
αὐτὸν, εἰς λόγους ἀλλήλοις ἐλθόντων τῶν μερῶν, βούλεσθαι
εἰδέναι τἀληθὲς, ἐκ τῶν πρὸς ἀλλήλους ἀντιλογιῶν γινομέ-
νου ἐναργοῦς. Ἀκίνδυνος γὰρ αὐτὸς μὲν παῤῥησιάζεσθαι
οὐκ ἐθάῤῥει, ἑτέρους δέ τινας προσπέμπων τοὺς αὐτῷ φρο-
νοῦντας ἴσα, βασιλεῖ δι' ὄχλου γίνεσθαι παρέπειθε, καὶ τὴν
δίκην ἐξαιτεῖσθαι, ὡς ἀδικουμένους καὶ διαστροφὴν ἐγκαλου-
μένους τῶν ὀρθῶν δογμάτων, τῶν περὶ Παλαμᾶν μᾶλλον
τοιούτων ὄντων καὶ δικαίων ἐξωθεῖσθαι. δι' ἃ ὁ βασιλεὺς B
Ἀκινδύνῳ μᾶλλον παῤῥησίας μετεδίδου, καὶ ἐκέλευε μὴ αὐ-
τὸν κρυπτόμενον δι' ἑτέρων τὴν διαφορὰν ἀνακινεῖν, ἀλλ'
αὐτὸν ἐν φανερῷ τοῖς ἐναντίοις ἀντικαταστάντα, ἢ νικᾷν,
ἂν φαίνηται μᾶλλον αὐτὸς εὐσεβέστερα πρεσβεύων, ἢ ἡττώ-
μενος διορθοῦσθαι, καὶ μὴ ἀναισχυντεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς ἀδι- V. 638
κεῖ μᾶλλον ἑτέροις τὴν παρατροπὴν τῆς ἀληθείας ἐγκαλῶν.
Ἀκίνδυνος δὲ, ἀπηγγελμένων αὐτῷ τῶν βασιλέως λόγων, μά-
λιστα μὲν ἔφασκε βούλεσθαι ἀντικαθίστασθαι τοῖς ἀντιλέ-
γουσι, δεδοικέναι δὲ, μὴ φανερὸς γενόμενος δίκας ἀπαιτῆται,
ὧν καὶ αὐτὸς παρὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον τῷ πατριάρχῃ
Ἰωάννῃ συναιρόμενος προσέκρουσε πρὸς βασιλέα. καὶ ὁ βα- C
σιλεὺς αὐτίκα θέσπισμα ἐξετίθει, ὥστε μηδεμίαν Ἀκίνδυνον
βλάβην ὑφορᾶσθαι, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ περὶ τῶν δογμάτων λέ-
γειν ὅσα οἴεται εἶναι ἀληθῆ. ὁ δὲ καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην

12. ἀντικαθιστάντα M. 21. ἐτίθει M. mg.

ctor et patronus fuit,) non semel, sed saepius advocavit, et adversarios, si quid haberet, manifeste reos peragere iussit: maxime enim se, partibus disceptantibus, veritatem ex mutua contentione elucentem velle cognoscere. Acindynus siquidem ipse libere loqui non audebat, sed alios quosdam farinae suae allegans, suadebat eis nequiter, ut imperatorem turbarent et actionem, tanquam laesi deque corruptela rectorum dogmatum falso accusati, postularent, cum potius socii Palamae tales essent et proscribi mererentur. Quocirca imperator maiorem Acindyno libertatem impertiebat, hortans, ne se occultaret, aut per alios controversias suscitaret, sed palam ac per se adversariis resistens, aut vinceret, si magis pietatem ipse colere videretur, aut victus corrigeretur: neve impudenter ageret, aliis dissensionem a veritate exprobrans, cum in eo ipsemet scelus admitteret. Ille, verbis imperatoris sibi renuntiatis, percupere se dixit palam respondere adversariis, timere autem, ne, si publico se credat, poenas reposcatur eorum, in quibus, patriarchae Ioanni belli tempore subserviens, imperatorem offenderit. Imperator statim edictum proponit, ut Acindynus nihil durius formidans, de dogmatis quae vera putet, citra metum expromat. Nihilo minus ille, etiam

A. C. 1351 ἄδειαν μᾶλλον ἀφανὴς ἦν καὶ τὸν ζόφον ᾑρημένος ἄχρι τελευτῆς. καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν οἵ τε πρότερον τὰ ἴσα ᾑρημένοι, διαδεξάμενοι τὴν διαφορὰν, ἔτι τε ὁ τῆς Ἐφεσίων πρόεδρος καὶ ἄλλοι, ὅσοι αἱρεθήσεσθαι ἐλπίζοντες ἐπὶ τῶν πατριαρχικῶν θρόνων ἠγανάκτουν διὰ τὴν ἀποτυχίαν, προσθέμενοι ἐκείνοις, καίτοι Βαρλαάμ τε καταψηφισάμε- D νοι τὴν ἀρχὴν καὶ ὕστερον κατὰ Ἰωάννου τοῦ πατριάρχου καὶ Ἀκινδύνου πνεύσαντες σφοδρὸν, καὶ ψήφοις ἁπάσαις ἐκεῖνον καθελόντες τῆς ἀρχῆς δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὸ τὰ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου πεπρεσβευκέναι, ἐθορύβουν τε ὕστερον καὶ τῆς ἐκκλησίας κατηγόρουν, ὡς παρὰ τῶν θεολόγων τὴν παράδοσιν περὶ τῶν τῆς πίστεως δογμάτων καὶ πρεσβευούσης καὶ τοὺς ἄλλους διδασκούσης. δι' ἃ ὁ βασιλεὺς ᾠήθη δεῖν σύνοδον ἀθροίσας, ἐξέτασιν ποιεῖσθαι περὶ τῶν δογμάτων. ἐπεὶ δὲ συνῆλθον οἱ ἑκασταχόθεν προστάται τῶν ἐκκλησιῶν, ἀμφοτέρων τῶν μερῶν γενομένων ἐν βασιλείοις τοῖς τῶν Βλαχερνῶν λεγομένοις, καὶ βασιλέως τοῦ Καντακουζηνοῦ παρόντος καὶ τῶν ἐν τέλει Ῥωμαίων τῶν μάλιστα ἐπι- P. 709 φανῶν, ἐπὶ τέσσαρσιν ἡμέραις τῶν ἀμφισβητουμένων τὴν ἐξέτασιν ἐποιήσαντο. ὅσα μὲν οὖν ἀλλήλοις ἀντεῖπον Παλαμᾶς τε ὁ Θεσσαλονίκης (πρὸς ἐκεῖνον γὰρ μάλιστα ὁ λόγος ἦν,) καὶ οἱ τὰ Ἀκινδύνου ᾑρημένοι, ὧν ἦν κεφάλαιον ὅ,τε Ἐφέσου καὶ ὁ Γάννου μητροπολῖται, καὶ Γρηγορᾶς καὶ Δέξιος, οὐκ ἀναγκαῖον διηγεῖσθαι. εἰ γάρ τῳ τὰ τοιαῦτα

tanta libertate concessa, se occulere et in latebris usque ad obitum delitescere. Post hominis obitum eius sectae affines dissidium excipientes, (Ephesiorum antistite et aliis, qui se throno patriarchico, quem speraverant, excidisse indignabantur, accedentibus, quamvis Barlaamum a principio damnassent posteaque contra Ioannem patriarcham et Acindynum fremuissent, et omnibus calculis illum de gradu deturbassent, ob hoc solum, quod Barlaami et Acindyni doctrinam admiraretur,) tumultuabantur et ecclesiam criminabantur, quod de dogmatis fidei, quae theologi non tradidissent, ipsa et honorifice sentiret, et alios doceret. Idcirco imperator, coacta synodo, dogmata in disquisitionem adducenda censuit. Ubi undequaque ecclesiarum rectores convenerunt, et utraque pars affuit in palatio in Blachernis, quae dicuntur, affuit etiam Cantacuzenus imperator et de nobilitate Romana illustrissimi quique, inque controversiarum quaestione dies quatuor consumpti sunt. Quaenam igitur ibi altercationes exstiterint Palamae, Thessalonicensis episcopi, (cum eo enim potissimum certamen erat,) et Acindynianorum, (quorum capita et antesignani Ephesi et Gani metropolitae, Gregoras item et Dexius erant,) commemorare hoc loco supervacaneum esset.

προὔργου μαθεῖν, τῷ περὶ τούτων γεγραμμένῳ τόμῳ κατὰ A.C. 1351
μέρος ἅπαντα διηγουμένῳ ἐντυχόντι, πάντα ἀκριβῶς εἰδέναι
περιέσται. ἐκεῖνο δὲ μόνον ἀναγκαῖον εἶναι ἡγησάμεθα προσ-
κεῖσθαι τῇ ἱστορίᾳ, ὡς ἑάλωσαν ἐπ' αὐτοφώρῳ οἱ τὰ Ἀκιν- B
δύνου ᾑρημένοι τὰς ἴσας δόξας Βαρλαὰμ περὶ τῶν δογμάτων
ἔχοντες τῆς ἐκκλησίας. διὸ τῶν μὲν ἀρχιερέων ἡ σύνοδος
Ἐφέσου καὶ Γάννου καθαίρεσιν κατέγνω, Βαρλαὰμ τε καὶ
Ἀκινδύνου διαῤῥήδην χωρισμὸν ἀπὸ τοῦ λοιποῦ τῆς ἐκκλη-
σίας σώματος, ὡς μέλη νενοσηκότα ἀνιάτως καὶ μηδεμίαν
μετὰ τελευτὴν διόρθωσιν ἐπιδεχόμενα, τῶν δ' ἄλλων εἰ μέν
τις ἐπιστρέψας σύνθηται τοῖς ὑγιαίνουσι τῆς ἐκκλησίας δό-
γμασιν, ἐκείνων πολλὴν ἀσέβειαν καταγνοὺς, δέχεσθαι τὴν ἐκ-
κλησίαν καὶ ὡς οἰκείου μέλους προνοεῖν, μηδὲν μήτε ἐγκα-
λοῦσαν τῶν προτέρων, μήτε ὀνειδίζουσαν· εἰ δέ τις μένοι C
διὰ τέλους ἀδιόρθωτος, τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκεῖσθαι
Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνῳ. καὶ ἐπὶ τούτοις ἐγένετο τόμος τρί-
τος ἐπὶ δυσὶ τοῖς πρότερον γεγενημένοις. ὅ,τε γὰρ ἐπὶ κα-
θαιρέσει πατριάρχου τοῦ Ἰωάννου γεγενημένος, ὃν καὶ ὁ τῶν
Ἱεροσολύμων πατριάρχης ὑπογέγραφε, πολλὴν ἀσέβειαν Βαρ-
λαὰμ καὶ Ἀκινδύνου κατηγορεῖ καὶ τῶν ὀρθῶν δογμάτων
διαστροφὴν, δι' ἃ καὶ πατριάρχης ὁ Ἰωάννης καθῃρέθη, ὡς
ταὐτὰ φρονήσας Βαρλαὰμ, καὶ ὁ πρώτως ἐπὶ τῇ διαγνώσει
βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ νέου γεγενημένος, ἡνίκα καὶ ὁ πα- V. 63
τριάρχης Ἰωάννης τῆς συνόδου προστάτης ἦν, ὃν καὶ αὐ- D
τὸς ὑπεσημήνατο χερσὶν οἰκείαις, οὐ μόνον Βαρλαὰμ καὶ

17. γεγενημένος M.

Si cuius ea nosse interest, tomum super hoc conscriptum et sigillatim omnia recensentem legat licet, sat superque omnia discet. Illud tantummodo huic historiae inserendum duximus, Acindyni sectatores, quasi in ipso furto, ut dicitur, cum Barlaamo de ecclesiae dogmatibus sapere deprehensos fuisse. Quapropter synodus Ephesi et Gani episcopos ordine movendos decrevit: Barlaamum vero et Acindynum a reliquo ecclesiae corpore, ut membra morbo insanabili infecta nulliusque correctionis post mortem capacia, manifeste amputavit. Si quis autem eorum, nefaria impietate damnata, ad rectam semitam rediens, incorruptam ecclesiae doctrinam complecteretur, eum ab ecclesia suscipiendum et ut membro legitimo, sine ulla praeteritorum reprehensione aut exprobratione, providendum statuerunt. Qui usque ad extremum spiritum obstinatus maneret, iisdem poenis, quibus Barlaamus et Acindynus, multaretur. Secundum haec tomus tertius duobus prioribus est additus. Nam ille post Ioannis patriarchae abdicationem conscriptus, (cui etiam patriarcha Hierosolymorum subscripsit,) Barlaami et Acindyni scelera-

[redacted]

A. C. 1351 *Ἀκινδύνου καταψηφίζεται, ὡς ἀδίκως κατηγορηκότων τῶν μοναχῶν, ἀλλὰ καὶ εἴ τις, φησὶν, ἕτερός τι τῶν ὑπὸ τοῦ Βαρλαὰμ βλασφήμως καὶ κακοδόξως κατὰ τῶν μοναχῶν, μᾶλλον δὲ κατὰ τῆς ἐκκλησίας αὐτῆς λαληθέντων ἢ συγγραφέντων φανείη πάλιν τῶν μοναχῶν κατηγορῶν, ἢ ὅλως ἐν τοῖς τοιούτοις καθαπτόμενος, τῇ αὐτῇ καταδίκῃ παρὰ τῆς ἡμῶν μετριότητος καθυποβάλλεται, καὶ ἀποκήρυκτος ἔσται καὶ αὐτὸς καὶ ἀποτετμημένος καὶ τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ ὀρθοδόξου τῶν*
P. 800 *Χριστιανῶν συστήματος. οὕτω μὲν καὶ ὁ τρίτος τόμος ἀκόλουθος τοῖς δυσὶ προτέροις ἐγεγόνει, καὶ τὰ αὐτὰ κατεψηφίσατο τῶν τὰ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου ᾑρημένων. ὃν πατριάρχης τε ὁ Κάλλιστος μετὰ τῶν ἀρχιερέων ὑπογέγραφε καὶ βασιλεὺς πρὸ αὐτῶν ὁ Καντακουζηνός· ὕστερον δὲ καὶ ὁ Παλαιολόγος Ἰωάννης βασιλεὺς ὁ νέος σύμψηφος γενόμενος τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐρυθροῖς καὶ αὐτὸς γράμμασιν ὑπεσημήνατο. ἐπεὶ δὲ πάντα εἶχε τέλος τὰ περὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν δογμάτων, καὶ ὁ τόμος οὐδενὸς ἐδεῖτο ἔτι, Καλλίστου τοῦ πατριάρχου ἐν τῷ νεῷ τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας τὴν θείαν ἐπιτελοῦντος μυσταγωγίαν μετὰ τῶν λοιπῶν ἀρχιερέων, καὶ βασιλεὺς*
B *ὁ Καντακουζηνὸς πᾶσαν σκευὴν βασιλικὴν ἐνδὺς καὶ τῶν ἀδύτων ἐντὸς γενόμενος, πατριάρχῃ καὶ τῇ λοιπῇ τῶν ἀρχιερέων ἐκ-*

8. θεοῦ pro Χριστ. M.

tam impietatem et germanorum dogmatum corruptionem detegit, (quam ob causam et Ioannes patriarcha sede sua depulsus est: quod nimirum cum Barlaamo sentiret:) et primus, post diiudicationem Andronici iunioris imperatoris compositus, quando et patriarcha Ioannes synodo praesidebat, quem et ipse manu sua subsignavit, non solum Barlaamum et Acindynum, ut iniustos monachorum accusatores, damnat, sed et si quis alius, inquit, quippiam a Barlaamo, blaspheme et haeretice contra monachos, imo vero contra ecclesiam ipsam dictorum scriptorumve rursum monachis obiecerit, aut omnino in talibus eos perstrinxerit, eadem poena a nostra mediocritate damnatur, atque a sancta Dei catholica et apostolica ecclesia et orthodoxo Christianorum coetu etiam ipse exterminatur atque praeciditur. Sic itaque et tertius tomus duos praecedentes consequens factus est, eademque contra Barlaami et Acindyni sequaces decreta: cui Callistus patriarcha cum episcopis subscripsit, et ante eos Cantacuzenus imperator, deinde Ioannes Palaeologus imperator iunior, ecclesiae concors, et ipse rubrica subsignavit. Discussione dogmatum penitus absoluta et tomo plane iam perfecto, Callisto patriarcha in templo divinae sapientiae cum reliquis episcopis Missae sacrificio fungente, Cantacuzenus, omni imperatorio ornatu excultus, intra adyta patriarchae reliquoque episcoporum ordini to-

κλησίᾳ τὸν τόμον ἐπιδέδωκεν. μετὰ τοῦτο δὲ οἱ τὰ Βαρλαὰμ A.C. 1351
καὶ Ἀκινδύνου ᾑρημένοι ὑπὸ βασιλέως καὶ πατριάρχου τοῦ
Καλλίστου ἐκελεύσθησαν μηδὲν περὶ δογμάτων μήτε λέγειν,
μήτε γράφειν, ἵνα μὴ διαφθείροιεν τοὺς ἀκεραιοτέρους ἐξα-
πατῶντες. οἱ μὲν οὖν αὐτῶν ἐπείθοντο καὶ ἦγον ἡσυχίαν,
τοῖς δὲ οὐκ ἤρκει σιωπᾷν, ἀλλὰ καὶ διαλεγόμενοι πολλοὺς
προσδιέφθειρον καὶ γράφοντες. διὸ καὶ δεσμωτήριον ὑπὸ βα-
σιλέως κατεκρίθησαν καὶ ᾤκησαν ἐπὶ χρόνον· ὅσοι δὲ αὐ- C
τῶν ἦσαν ἐπιφανέστεροι, ἐν ταῖς ἰδίαις οἰκίαις εἴργοντο μηδέ-
σιν ἔρχεσθαι εἰς λόγους. καὶ οὕτω δείσαντες ἐπαύοντο τοῦ
κακουργεῖν· εἰ δέ τινες αὐτῶν καὶ μετὰ τὸ περιῃρῆσθαι τὴν
τοῦ πᾶσιν ἐντυγχάνειν ἄδειαν ἔγραφόν τισιν, ἢ διελέγοντο
περὶ τῶν δογμάτων, ἀλλὰ κρύφα καὶ πολλὴν τοῦ λανθάνειν
πρόνοιαν ποιούμενοι.

κδ΄. Γρηγορᾶς δὲ ὁ Νικηφόρος οὔτε πρότερον, οὔθ᾽ ὕστε- D
ρον ἐπέπαυτο, ἀλλὰ πρῶτα μὲν Τραπεζουντίοις ἔγραφε τοῖς
ἐπιτηδείοις καὶ τῆς Βυζαντίων ἐκκλησίας παρατροπὴν τῶν
ὀρθῶν δογμάτων κατηγόρει, ἐδίδασκέ τε ἀδεῶς, ὡς χρὴ ταύ- V.640
της ἀποτέμνεσθαι νενοσηκυίας· ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἐν Κύ-
πρῳ φίλοις, τῶν ἄλλων δὲ μάλιστα Λαπίθῃ Γεωργίῳ τινί,
πρὸς ὃν οὐ κοινῇ τῆς ἐκκλησίας μόνον κατηγόρει, ἀλλὰ καὶ ἰδίᾳ
τῶν προεστηκότων. ἔγραφε δέ ποτε πρὸς οὐδένα ὑγιὲς οὐδέν, P.801
ἀλλ᾽ ἐξεπίτηδες ψεύδη πλάττων καὶ συκοφαντίας, τὰ μήτε
ὄντα, μήτε λαληθέντα περὶ τῶν δογμάτων κατηγόρει. ἐπεὶ

num tradidit. Postea Barlaami et Acindyni discipuli ab imperatore et patriarcha iussi sunt de dogmatis nihil neque dicere, neque scribere, ne sinceriores suis fallaciis perverterent. Horum alii obedientes quiescebant, alii tacere non poterant, sed cum voce, tum scriptis disserendo plures insuper depravabant: quare et carcere ab imperatore puniti sunt, quem ad tempus habitarunt. Eorum illustriores in suis ipsorum aedibus attinebantur, ne cum illis verba miscerent. Ita timentes, sceleri modum faciebant. Si qui etiam post ablatam cum omnibus colloquendi potestatem cum quibusdam per litteras, aut coram super dogmatis agerent, id clam et cum multa latendi providentia fiebat.

24. At Nicephorus Gregoras nec ante, nec post cessabat, sed primum quidem, datis Trapezuntium litteris ad amicos, Byzantinam ecclesiam, ut rectorum dogmatum desertricem, accusabat; docebatque audacter, ab ea, ut morbida, secedendum; deinde et in Cyprum ad sui cupidos; prae aliis autem ad quendam Georgium Lapitham, apud quem non solum ecclesiam communiter, sed et separatim eius magistratus in vituperationem adducebat, cum tamen nihil quidquam sanum cuiquam scriberet, sed de industria mendacia et ca-

A. C. 1351 δὲ τὰ τοιαῦτα τολμώμενα λανθάνειν οὐκ ἐνῆν, βασιλεῖ τε ὁμοίως καὶ πατριάρχῃ δεινὸν ἐδόκει τὸ μὴ μόνον αὐτὸν ἑαυτῷ, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς ἑτέροις τῆς ἴσης ἀπωλείας αἴτιον εἶναι, τοῖς ἐν τῇ μονῇ τῆς ἀχωρήτου χώρας τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ προσαγορευομένης προσέταττον μοναχοῖς, ἐπεὶ καὶ Γρηγορᾶς αὐτοῖς χρόνον συχνὸν συνῆν, μηδένα πρὸς αὐτὸν φοιτᾷν ἐᾷν, κωλύειν τε ὁπόση δύναμις, μὴ τοῖς ἔξω γράμματα πέμπειν
B καὶ διαφθείρειν τοὺς πολλοὺς ἐξαπατῶντα. ἐπεὶ δὲ ἐκωλύετο τὰ κατὰ γνώμην πράττειν, οὐχ ἧττον κατὰ βασιλέως, ἢ τῆς ἐκκλησίας ἐκμανεὶς, ἔγραφε κατ' ἀμφοτέρων. καὶ τῆς μὲν κατὰ τῆς ἐκκλησίας ὕβρεως τὴν τοῦ γενομένου κατὰ τὴν τρίτην σύνοδον τόμου περὶ τῆς Ἀκινδύνου καὶ Παλαμᾶ διαφορᾶς προεστήσατο κατηγορίαν, μεγάλα μὲν ἀεὶ ἐπαγγελλόμενος καὶ δεινὰ ἀπελέγξειν καταψευδόμενον καὶ τοῖς θεολόγοις ἐναντία περιέχοντα, οὐδέποτε δὲ οὐδὲν τῶν ἐπηγγελμένων ἐκπληρῶσαι δυνηθείς. ὅταν γὰρ ἐπ' αὐτὴν μάλιστα τὴν
C ἀκμὴν τῶν ἀποδείξεων τοῦ ζητουμένου καταστῇ, ὥσπερ ἐκλαθόμενος τῶν ἐν χερσὶν, ἐφ' ἕτερά τινα μὴ προσήκοντα ἐξάγεται, ἢ τινων ὕβρεις καὶ συκοφαντίας, (ταῦτα γὰρ μάλιστα αὐτῷ φίλα κατὰ πᾶσαν συγγραφὴν,) ἢ διηγήματά τινα μηδὲν προσήκοντα, καὶ παραπαίει εἰκῇ καὶ μάτην λογομαχῶν καὶ

lumnias confingens, quae nec erant, nec in sermonem venerant de dogmatis, ea ille accusabat. Ubi vero huiusmodi facinorosa audacia diutius latere non potuit, pariterque imperator et patriarcha pro intolerando habuerunt, eum non sibi tantum, sed aliis praeterea multis idem exitium parare, monachis in monasterio, quod Christi appellatur, (et est in regione solitaria,) quoniam et Gregoras inter eos longo iam tempore vivebat, mandarunt, neminem aditum ad eum permitterent caverentque, quantum possent, ne foras litteras quopiam daret ac fraudibus suis multos circumduceret. Cum voluntatem explere non sineretur, nihilo minus contra imperatorem aeque, ut contra ecclesiam, insaniens, utrumque scriptis laceravit. Et contumeliis quidem in ecclesiam tomi in tertia synodo super Acindyni et Palamae dissensione facti reprehensionem praeposuit, semper pollicens, se ostensurum, illum librum valde ac turpiter mentiri sanctorumque patrum scitis contraria continere: nec tamen unquam, quod pollicetur, aliqua ex parte praestare valet. Cum enim ad ipsum articulum venit, quo probare debet, de quo quaeritur, quasi oblitus, quae in manibus erant, ad alia quaedam, nihil ad institutum pertinentia, aut ad quosdam calumniis et maledictis incessendos, (quod illi in omni scriptione sollemne est,) aut ad narrationem ineptam delabitur: et frustra atque inaniter verbis velitando nihilque opportunum proferendo desipit. Postquam vero Cantacuzenum imperatorem ipsum per se deprimere atque evertere

μηδὲν καίριον φθεγγόμενος. βασιλέως δὲ ἐπεὶ μὴ αὐτοπροσώ- A. C. 1351
πως εἶχε καταφέρεσθαι, τῶν τε Παλαιολόγων βασιλέων πρὸς
ἀλλήλους πόλεμον ἐνστησάμενος ὑπόθεσιν τοῦ λόγου, καὶ τὰ
μὲν ἀγνοίᾳ τῶν πραγμάτων, τὰ δ' εὐνοίᾳ τὴν ἀλήθειαν πα-
ραφθείρας, καὶ κατὰ πᾶσαν ἐξουσίαν ὥσπερ ἐν πλάσματι κα-
ταψευσάμενος, ἔπειτα καὶ καθ' εἱρμὸν ἐπὶ τὸν ἐφ' ἡμῶν πρὸς D
Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα πόλεμον κεκινημένον προϊὼν,
πολλὰ μὲν αὐτοῦ καὶ ἄλλα κατηγορεῖ, ἀνδραποδισμοὺς καὶ
φόνους καὶ σφαγὰς καὶ λεηλασίας καὶ ὅσα δυσχερῆ ἐν τῷ
τοῦ πολέμου χρόνῳ συμπέπτωκε Ῥωμαίοις, αὐτῷ προσάπτων,
καὶ διὰ φιλαρχίαν καὶ τιμῆς βασιλικῆς ἐπιθυμίαν τῶν δει-
νῶν ἐκείνων οὐδένα λέγων πεποιῆσθαι λόγον. ὃ δὲ μάλιστα
αὐτοῦ καθάπτεται καὶ ὡς ἐπιπλεῖστον διατρίβει, ἐκεῖνό
ἐστιν, ὅτι, περιόντος τε ἔτι βασιλέως Ἀνδρονίκου, τῆς Ῥωμαί-
ων βασιλείας ἐρῶν ὑπερφυῶς καὶ μὴ δυνάμενος τυχεῖν, ἐπὶ P. 802
τοὺς ἐν Ἄθῳ μοναχοὺς δοκοῦντας ἀρετῆς ἀντιποιεῖσθαι καὶ
μυστήρια θεοῦ εἰδέναι ἐφοίτησε, πευσόμενος περὶ τῶν μελ-
λόντων, καὶ εἰ πρὸς αὐτὸν ἡ βασιλεία Ῥωμαίων ἥξει. ἔπειτα
ἐπὶ τοὺς μοναχοὺς τραπόμενος, πολλὰ καὶ δεινὰ κατηγορεῖ,
οὐ μόνον Μασσαλιανοὺς καὶ περὶ τὰ ὀρθὰ δόγματα διεφθαρ-
μένους λέγων, ἀλλὰ καὶ περὶ πότους καὶ οἰνοφλυγίας ἀκρα-
τεῖς „ἐσθίουσι γὰρ" φησιν „ὑπὲρ χοίρους, καὶ πίνουσιν ὑπὲρ
ἐλέφαντας. ἐπειδὰν δὲ ἀνανήψωσι τῆς πολλῆς μέθης, μυ-

1. αὐτὸ προσώπως P.

non potuit, Palaeologorum imperatorum bellum mutuum pro argumento sumens, et partim ignorantia rerum gestarum, partim gratia corrupta veritate, ac totis viribus velut in fabula comminiscenda mentiens, deinde ordine ad bellum, quod nostra memoria contra Cantacuzenum excitatum est, progressus, tum alia complura crimini dat, servitutes, caedes, trucidationes, populationes et quaecunque Romanis per id bellum luctuosa inciderunt, illi adscribens: tum ob amorem dominandi imperialisque fastigii cupidinem malorum illorum nullam duxisse rationem affirmat. Illud autem Cantacuzenum ante alia vellicat, et cor eius urit, quod mentitur, eum, adhuc vivente Andronico, imperii Romani longe appetentissimum, cum id assequi non posset, ad monachos in monte Atho, qui viri sancti et a Deo afflati futurorum praesensionem habere iudicabantur, profectum esse, de futuris, et an ad se Romanum imperium perventurum esset, percunctaturum. Post ad monachos conversus, multis et acriter in eos, non solum ut in Massalianos et prave de religione sentientes, sed etiam ut crapulae ac vinolentiae deditos, invehitur. Comedunt enim, inquit, plus quam sues, et bibunt plus quam elephanti. Ubi autem ebrietatem nimiam edormierunt, arcana Dei se

A. C. 1351 στήρια θεοῦ εἰδέναι διατείνονται καὶ περὶ μελλόντων προφητεύουσι." καὶ ἕτερ' ἄττα κατηγόρηκεν ἐκείνων, ὧν πᾶς τις
V. 641 ἂν ἀπέσχετο πλὴν αὐτοῦ. ἔπειτα διηγησάμενος τὰ κατὰ τὸν
B πόλεμον μάλιστα φιλοψευδῶς, καὶ γενόμενος ἐν ᾧ τὰ κατὰ τῆς ἐκκλησίας τὴν διαφορὰν διηγεῖσθαι ἔμελλε, κακοδοξίαν βασιλέως κατηγορεῖ καὶ τῶν πατρίων ἀθέτησιν δογμάτων. δι' ἃ οὐδὲ τὴν δίκην οἴεται δεῖν στέργειν τὴν παρ' ἐκείνου δικασθεῖσαν, ὡς ἐκδεδιῃτημένην διὰ τὸ ἐκεῖνον Παλαμᾷ προσκεῖσθαι καὶ τὴν ἴσην ἐν τοῖς δόγμασι διαστροφὴν ᾑρῆσθαι. ἃ ἐπεὶ ἀνέγνω βασιλεύς, (ἧκε γὰρ αὐτῷ εἰς χεῖρας,) περὶ μὲν τοῦ τόμου τῆς κατηγορίας οὐδένα ποιήσεσθαι λόγον εἶπεν, ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀπολογεῖσθαι δυναμένου μάλιστα. εἰ γὰρ ἐκείνου τῆς ὀρθότητος καὶ τῆς ἀληθείας σαφὴς ἀπόδειξις τὸ τοῖς
C ἁγίοις σύμφωνα λέγειν θεολόγοις καὶ τοῖς ὑπὸ τῶν θείων πρότερον συνόδων περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως κεκυρωμένοις, τοῦτο δ' ἐκείνῳ σπουδάζεται διαπαντὸς καὶ πολλὴν τούτου τοῦ μέρους πρόνοιαν ποιεῖται, ἑτέρας ἀποδείξεως οὐκ ἂν δεηθείη περὶ ἑαυτοῦ, τῆς προσούσης ἐξαρκούσης. ἀξιόχρεως δ' ἂν εἴη καὶ ὁ κατηγορῶν αὐτός, ἐν ἄλλοις αὐτοῦ συγγράμμασι τὰ Βαρλαὰμ διεφθορότα δόγματα κακίζων καὶ ὅλην γλῶτταν ἐπαφιείς, ἡνίκα βασιλέα τὸν νέον Ἀνδρόνικον τετελευτηκότα μονῳδῶν, πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐγκωμίοις καὶ τοῦτο τέθεικεν· „οἱ τῆς ἐκκλησίας ἱεροὶ προστάται, ζητήσατε τὸν διάπυρον σπουδαστὴν καὶ συλλήπτορα τῶν δογμάτων, οἱ ἐν

scire contendunt, et responsa edunt. Denique aliorum quorundam eos insimulat, quae praeter ipsum nemo illis intentasset. Deinde cum de bello mirifice mentiendo narrasset, iamque eo pervenisset, ut ab ecclesia dissensionem quorundam exponeret, ipse docet, quo pacto imperator in fidem orthodoxam offendat et dogmata patria convellat. Quare nec iudicium ab illo iudicatum approbatione dignum putat, ut qui Palamae adhaereat eandemque doctrinae perversitatem colat. Quae cum legisset Cantacuzenus imperator, (in manus enim eius venerunt,) de accusatione quidem tomi nullum se verbum dicturum ait, cum is semet tueri maxime possit. Si namque ex eo eius rectitudo et veritas demonstratur, quia sanctis patribus et a sacris antea synodis de germana fide constitutionibus consentanea loquitur, et is haec semper studet, eique rei diligenter prospicit, alia probatione opus non est, cum sufficiat, quae suppeditat. Quin et ipse accusator testis idoneus fuerit, qui in aliis scriptis suis prava Barlaami dogmata liberrime vituperat, quando mortuum Andronicum iuniorem lamentans, inter cetera encomia sic praedicat: „Sacri ecclesiae praesides, fervidum amatorem et tutorem dogmatum: qui in montibus et speluncis habitatis, vestrae

ὄρεσι καὶ σπηλαίοις, τὸν πρόβολον καὶ προασπιστὴν τῆς ὑμετέρας A. C. 1351 εὐκλείας καὶ δόξης, οἱ τῶν θείων ἀσκητηρίων ἡγήτορες, τὴν τῆς D ὑμετέρας ἰσχύος ἀκρόπολιν. μνήσθητε τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν τελευταίους ἀγῶνας αὐτοῦ, πῶς, πεπονηκότος ἤδη καθάπαξ τοῦ σώματος ἔκ τε τῶν πολεμικῶν τραυμάτων, ἔκ τε τῶν ἰατρικῶν καυτήρων, καὶ πρὸς θάνατον ἐντεῦθεν ἐλαυνόμενος, κατεφρόνησέ τε τοῦ σώματος, καὶ τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς ἀφειδήσας, προθύμως ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ τοὺς ἱεροφάντας ἧκε, καὶ οὐ πρότερον ἐκεῖθεν ἀπήλλαξε, πρὶν τοὺς ὑμῶν ὑβριστὰς καὶ τὰ ἐκείνων διεφθορότα δόγματα καὶ παρέγγραπτα τῆς ἐκκλησίας ναυάγια συντρίψαι τε καὶ ὅλοις δοῦναι φθορᾶς καὶ ἀπωλείας βυθοῖς τε καὶ κύμασι." τοιαύτας καὶ αὐτὸς πρὶν διαφθαρῆναι τὰς δόξας εἶχε P. 803 περὶ τῶν δογμάτων. οὐ γάρ ἔστιν εἰπεῖν, ὡς ἕτερα μὲν ἦσαν, ὧν κατέγνω βασιλεὺς δικάζων καὶ διαφθορὰν κατεψηφίσατο καὶ παρατροπὴν τῆς ἀληθείας, ἕτερα δ' ὁ ἐπ' ἐμοῦ γεγενημένος τόμος ἐξήλασε τῆς ἐκκλησίας, καθ' οὗ τὴν θαυμαστὴν ἐπεδείξατο σπουδὴν, ἀλλὰ ταὐτὰ παντάπασιν. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν Ἄθῳ ἁγίων, ὧν μέθας καὶ ἀδδηφαγίας καταψεύδεται, τοῦ βίου λαμπρότερον παντὸς φωτὸς τὴν ἐκείνων ἀρετὴν καὶ οἰκειότητα πρὸς θεὸν ποιοῦντος ἐναργῆ. τοσοῦτον γὰρ ἀπέσχοντο μέθης καὶ κραιπάλης διὰ βίου, ὅσον ἀληθείας ὁ κατηγορῶν. Ἕλληνες μὲν οὖν φασιν ἐν μύθοις, Ἄτλαν- B τά τινα, τῶν μετὰ Κρόνου θεῶν καθῃρημένων, ταύτην ὑπὸ τῶν ἀρξάντων τὴν δίκην κατεψηφίσθαι τοὺς τῆς γῆς ἀνέχειν

5. ἰατρῶν add. M. ante ἰατρ. 12. τοιαῦτα P.

claritudinis et gloriae defensorem ac propugnatorem: sacrorum monasteriorum moderatores, vestri roboris arcem desiderate. Mementote supremos eius pro vobis agones, quomodo, debilitato iam penitus toto corpore hostilibus vulneribus medicorumque ustionibus, et inde ad mortem tendente, se contempserit vitaeque haud pepercerit, alacriter ad tribunal et sacrorum antistites venerit, nec prius inde abierit, quam insectatores vestros et depravata illorum dogmata et inducta ecclesiae naufragia contriverit et imis perditionis exitiique fluctibus dederit." Talis item eius fuit, priusquam perverteretur, de dogmatis sententia. Non enim dici potest, alia fuisse, quae iudicio suo ut depravationem ac perniciem veritatis condemnavit imperator: alia tomum sub me confectum ex ecclesia exturbasse, (adversus quem tomum mirum est quantum studii adhibuerit,) sed eadem penitissime. Idem et de sanctis in monte Atho habendum, quos temulentiae ac ventris vitio deditos mentitus, quando vita et mores omni luce clarius illorum virtutem et cum Deo coniunctionem produnt. Tantum enim semper a vinolentia et crapula abfuerunt, quantum accusator a veritate. Graeci fabulantur, Atlantem quendam, diis cum Saturno coelo pulsis, hac poena

A. C. 1351 *κίονας, ὡς ἂν πιέζοιτο τοσούτῳ βάρει. ἐγὼ δὲ τούτους φαίην*
ἂν, καὶ τῆς ἀληθείας ἐμοὶ συμμαρτυρούσης, ταύτην τὴν τι-
μὴν λαχεῖν τοῦ βίου τῆς πολλῆς φιλοσοφίας ἕνεκα παρὰ
θεοῦ τὸ τὴν γῆν ἀνέχειν, εὐχαῖς ἱλεουμένους αὐτῇ τὸ θεῖον.
ὅτι δ' αὐτὸς ἐν αὐτοῖς γενόμενος, ἔτι βασιλέως περιόντος, περὶ
τῆς Ῥωμαίων βασιλείας προφητεύειν ἐδεόμην, εἰ ἥξει πρὸς
ἐμὲ, ψεύδεται σαφῶς. καὶ τούτου γε ἀπόδειξις ἐναργεστάτη,
C *οὐχ ἧττον μὲν καὶ τοῦτ' αὐτὸ τὸ ἐκεῖνον τοιαῦτα λέγειν ψευ-*
δόμενον, ὡς τὰ πολλὰ καὶ περὶ τἆλλα, ὥσπερ δὴ καὶ περὶ
τοῦτο. μάλιστα δὲ καὶ Ἄννα ἡ βασιλὶς τἀληθῆ συμμαρτυ-
V. 642 *ρήσειε πάντων μάλιστα ἐμοὶ τὰ τοιαῦτα συνειδυῖα. οὐχ ἧτ-*
τον γὰρ ἡ βασιλεὺς καὶ αὐτὴ τότε τοῦ τὰ βεβουλευμένα ὑπερ-
θέσθαι μοι ἐγένετο αἰτιωτάτη. οὐ γὰρ ὥσπερ ἐκεῖνος κατε-
ψεύσατο, ἐπὶ προφητείας ἧκον ἐγὼ τότε καὶ μελλόντων ἀπο-
βάσεις ἐπὶ τοὺς ἐν Ἄθῳ μοναχοὺς, ἀλλὰ μάλιστα μὲν δεη-
σόμενος ἐκείνων ὑπὲρ τῆς βασιλέως ὑγιείας, ἧς οὐδὲν ἐμοὶ
βέλτιον, οὔτε τιμιώτερον ἐν βίῳ ἦν, ἔπειτα καὶ τὸ θεῖον
ἵλεων εὐχαῖς ἐμοὶ ποιεῖν πολλὰ προσκεκρουκότι ἐν τῷ βίῳ
D *καὶ τὴν ἐκεῖσε τῶν ἐνθάδε βεβιωμένων εὐθύνην δεδοικότι.*
πρὸς τούτοις δὲ ἐπεὶ ἐδόκει καὶ τῶν τοῦ βίου θορύβων ἀνα-
χωρεῖν, εἰς κόρον ἀπολαύσαντι καὶ δόξης ἀνθρωπίνης καὶ
εὐημερίας καὶ τρυφῆς, ἐσκεπτόμην, ἐν τίνι τῶν φροντιστηρίων

2. *ταύτης τῆς τιμῆς τυχεῖν* M. mg. 19. *εὐθύνειν* P. 21. *χό-ρον* P.

a principibus punitum, ut terrae columnas sustineret, atque ita ponderis vastitate premeretur. Atqui ego, veritate mihi attestante, hosce homines vita puriter admodum agenda hunc honorem a Deo consequi dixerim, ut terrarum orbem, eius numen precibus illi placantes, fulciant ac sustentent. Me autem, etiamnum vivo Andronico imperatore, ad eos profectum de imperio Romano ut mihi vaticinarentur, rogasse, ecquid ad me venturum esset, aperte mentitur: quem hoc ipsum mentiri certissima illa probatio est, quod toties etiam in aliis mentiri consuevit. Inprimis autem et Anna imperatrix, eorum omnium mihi conscia, veritati testimonium impertiet. Non enim minus illa me, quam imperator, commovit, ut deliberata in aliud tempus differrem. Non ego, ut ille mendax ait, tunc ad monachos in Atho monte discessi, ut futuros eventus ex eorum praedictionibus elicerem, sed ante omnia, ut imperatoris valetudinem, qua in vita nihil habebam melius ac pretiosius, eorum votis precibusque commendarem. Item, ut eorundem pro me supplicationes impetrarem, qui, quod toties Deum offendissem, perpetratorum supplicia post obitum luenda pertimescerem. Ad haec cum animo sederet, post humanae gloriae, felicitatis ac deliciarum satietatem a tumultibus recedere, praestare cogitabam alicui

βέλτιον οἰκεῖν καὶ τὸν ἐπίλοιπον βίον ἐν ἀταραξίᾳ διανύειν, A. C. 1351 τῶν τοῦ βίου ματαίων ἀποστάντα θορύβων καὶ ταραχῶν. καὶ ἐδόκει τὸ Βατοπεδίου αἱρετώτερον, αὐτίκα τε τοῖς ἐκεῖσε μοναχοῖς ἐκέλευον, ἀναλώματα παρέχων, οἰκήσεις ἐμοὶ ποιεῖν, αἳ καὶ εἰς δεῦρο διασώζονται ἀπόδειξις ἐναργὴς τῆς παρ' ἐμοὶ πρεσβευομένης ἀληθείας. τοῦ δὲ μὴ τότε αἴτιον ἐκεῖ καταλειφθῆναι καὶ σχῆμα μοναχῶν ἀναλαβεῖν, ἀλλ' αὖθις P. 804 πρὸς βασιλέα καὶ τὸν θόρυβον τῶν πραγμάτων ἐπανήκειν, οὔθ' ἡ φιλοκοσμία ἦν, οὔθ' ἡ ῥαθυμία περὶ τὰ καλὰ, ἀλλὰ βασιλεὺς αὐτὸς ἀτόπως ἐξεχόμενος καὶ οὐδὲ βιωτὸν ἡγούμενος αὐτῷ τὸν βίον ἐμοῦ διεστηκότος. ὡς γὰρ ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν, ἥ με ἄγει πρὸς τὸν Ἄθω, καὶ τῆς ἐν βίῳ φιλοσοφίας ἤκουεν ἐπιθυμίαν καὶ θορύβων καὶ πραγμάτων ἀπαλλαγῆς, πολλὴν ἀφιλίαν κατηγόρει, ὅτι τὰ δοκοῦντα λυσιτελεῖν ζητῶν ἰδίᾳ, τῶν κοινῶν καταμελῶ, καὶ μόνον καταλείπων ἐπὶ τοσοῦτον πραγμάτων ὄχλον, αὐτὸς βούλομαι ἀναχωρεῖν καὶ ἀπολαύειν τῆς γαλήνης. ἠγανάκτει τε καὶ ἀδικίαν B τὸ πρᾶγμα ἀπεκάλει καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀθέτησιν φιλίας. ἐμοῦ δὲ τὸ περὶ ψυχῆς τὸν λόγον πεποιῆσθαι ἰσχυριζομένου, καὶ μηδὲν ἀξιοῦντος ἡγεῖσθαι προτιμότερον, καὶ μᾶλλον ἐκεῖνον ὑποδεικνύντος ἀδικεῖν, εἰ βουλομένῳ ταύτης πρόνοιαν ποιεῖσθαι καί τινα εὐπρόσωπον ἀπολογίαν ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ ἐκείνου βήματος, ἐφ' οἷς προσκέκρουκα θεῷ, πορίζειν ἐμαυτῷ

11. βίον om. P.

monasterio me mandare, ibique reliquum annorum meorum ab inanibus mundi perturbationibus strepituque remotum in tranquillitate consumere. Placebat autem magis Batopedii monasterium. Moxque, monachis illis dato argento, praecepi, domicilia mihi construenda locarent, quae usque nunc exstant veritatemque, qua nihil colo sanctius, testantur clarissime. Cur autem non illic monachi habitum indutus manserim, sed ad imperatorem negotiorumque tumultus redierim, nec amor mundi in causa fuit, nec ad res humanas laude dignas torpor quidam, sed imperator ipse immodice mihi affixus, et qui sine me vitam sibi insuavem atque acerbam putaret. Ut enim sciscitatus, quid me Atho adduxisset, causam percepit, nempe liberandi me a curis et negotiorum turbis vitaeque innocenter actitandae desiderium, amicitiam a me magnopere violatam conquestus est, quod privata sectans commoda, publica negligerem et ipsum solum in tanta occupationum multitudine molestiaque destituens, ipse secedere et tranquillo otio perfrui meditarer: erumpensque in me stomachum, propositum meum iniuriam et amicitiae suae contemptum appellabat. Me autem affirmante, animam curare voluisse, et aequum censente, nihil hoc uno praestantius existimari, magisque ipsum iniquum esse, si me eo incumben-

A. C. 1351 αὐτὸς φαίνοιτο κωλύων, ἐπεὶ μὴ πείθειν ἐκεῖνος εἶχεν, ἀλλ'
ἰσχυρῶς ἐχόμενον ἑώρα τῶν προτέρων λογισμῶν, καὶ βασι-
λίδι τῇ γυναικὶ χρησάμενος συμμάχῳ, ἔπεισαν ἄμφω πολλοῖς
C χρησάμενοι λόγοις καὶ παραινέσεσι, μὴ τὸ νῦν ἔχον πράτ-
τειν τὰ κατὰ γνώμην. φίλον δὲ τἀληθὲς, οὐδ' αὐτὸν δυνά-
μενόν διαστῆναι βασιλέως ὑπὸ τῆς ἄκρας συνηθείας, καίτοι
μάλιστα βουλόμενον, οὐ μὴν παντάπασι τῶν λογισμῶν ἐκεί-
νων ἀπεσχόμην, ἀλλὰ τότε μὲν αὖθις ἀναστρέφειν ἐπηγγελ-
λόμην, ὥσπερ ἐκεῖνοί γε ἠξίουν. καὶ ἀνέστρεφον εἰς Θεσσα-
λονίκην πρὸς ἐκείνους μετὰ τὸ τοὺς ἁγίους ἐκείνους προσει-
πεῖν, καὶ τὴν δεξομένην ἐν ὑστέρῳ οἴκησιν οἰκοδομεῖσθαι ἐν
Βατοπεδίῳ παρασκευάσαι. γνώμην δὲ εἶχον, ὡς, εὖ διαθέμε-
νος τὰ κατ' ἐμὲ, αὖθις ἐπανήξων καὶ συνεσόμενος τοῖς ἐκεῖσε
μοναχοῖς, τὸν ἴσον βίον ἑλόμενος αὐτοῖς. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον
D τετελευτηκότος βασιλέως, ἐπεὶ πράττειν ἑτέρως οὐκ ἐξῆν, τῆς
ὅλης διοικήσεως τῶν πραγμάτων ἐπ' ἐμὲ καταλειφθείσης, καὶ
ἄκων κατεσχόμην, τῶν συκοφαντῶν δὲ ἐκείνων τὸν πόλεμον
κεκινηκότων καὶ τὸν περὶ τοῦ ζῆν κίνδυνον ἐμοί τε καὶ τοῖς
V. 643 συνοῦσιν οὕτως ἀθρόον ἐπενεγκόντων, οὐ τῆς ἐμαυτοῦ μᾶλλον
ἢ τῶν ὅλων σωτηρίας ἕνεκα τὸ βασιλεὺς Ῥωμαίων εἱλόμην
εἶναι, καὶ τοσοῦτον ὑπέμεινα κακῶν ἑσμὸν, ἀνημέρως οὕτω
πολεμηθεὶς ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον. δι' ἃ μάλιστα ψεύδεται
Γρηγορᾶς οὐκ ἀνεξέλεγκτα, ἀλλὰ πάντων μάλιστα εὐελεγκτό-

9. ἐν Θεσσαλονίκῃ P.

tum et honestam aliquam responsionem apud formidabile illud Dei tribunal pro admissis acquirere laborantem prohibere conaretur, postquam animum meum flectere nequivit et in suscepto consilio obfirmatum vidit, Augustam adscivit sociam. Inde ambo multis verbis et argumentis me pervicerunt, ne tum, quod cupiebam, exsequerer. Quanquam (amica enim veritas) nec ipse, etsi impense volebam, propter coniunctissimam familiaritatem ab imperatore separari poteram. Nec tamen ab ea mente prorsus discessi, sed tum quidem, pro eo ac illi petebant, rediturum me promisi: et ubi sanctos illos allocutus effeci, ut in Batopedio habitaculum mihi construeretur, Thessalonicam ad imperatorem redii. Erat autem in animo, rebus meis bene compositis, reverti, et inter monachos illos eadem vitae instituta legesque profiteri. Brevi intervallo imperatore mortalitate perfuncto, quia aliud non licebat, tota rectione in humeros meos translata, detentus sum etiam invitus. Cum autem sycophantae illi bellum suscitassent, et me meosque adeo in summum discrimen coniecissent, non meae potius, quam omnium saluti consulturus, imperatorem Romanum fieri me sustinui, tantumque malorum examen tamdiu oppugnatus toleravi. Quod cum ita sit, Gregoras mentitur ea impudentissime, quae non refutari modo, sed

τατα. ὅτι δέ με φησι τῇ Παλαμᾶ προσκείμενον μερίδι ἄδι- A. C. 1351
κον ψῆφον ἐπενεγκεῖν, καὶ διὰ τοῦτο μηδ' αὐτὸν πείθεσθαι P. 805
ἐθέλειν, ὡς τὸν αὐτὸν ὄντα καὶ δικαστὴν καὶ ἀντικαθιστάμενον πρὸς τὴν δίκην τοῖς κρινομένοις, εὐχερέστατα ψευδόμενον ἀπελέγξω. τοὐναντίον γὰρ μᾶλλον Βαρλαάμ, ὃς τῆς τοιαύτης ἦρξε διαφορᾶς, προσεκείμην ἐξαρχῆς αὐτός. αὐτόν τε γὰρ εἶχον ἐπὶ τῆς ἐμῆς οἰκίας διατρίβοντα καὶ τοὺς ἀδελφούς, καὶ πολλῆς ἠξίουν τῆς προνοίας, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα τῶν φίλων ἦγον, καὶ μᾶλλον ἐπ' ἐκείνου χώραν εἶχε τὸ ἐμὲ προκατειλῆφθαι. ἐκεῖνος γὰρ ἀεὶ συνῆν καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐξετίθει ἀκριβέστατα καὶ ὑφηγεῖτο συνεχῶς. ὅθεν οὐδ' ἔστι σκήψασθαί τινα, ὡς ἃ μὲν Παλαμᾶς περὶ ὧν πρεσβεύει B
καὶ διαβεβαιοῦται, ᾔδειν, τὰ τῶν ἀντιλεγόντων δὲ ἠγνόουν. ἀλλ' εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἐκείνοις μᾶλλον ἐνέτυχον προτέροις, καὶ μετὰ τοῦ πολέμου τὴν κατάλυσιν, ἐπεὶ τῶν Ῥωμαίων ὑπ' ἐμοὶ πᾶσα ἡ ἡγεμονία ἦν, τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ μᾶλλον προσκεῖσθαι τοῖς ἑτέροις ὑπ' ἀκρισίας, ὥστε πατριάρχην τὸν Ἰωάννην οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἐπὶ τὴν δίκην προὐκαλούμην μέλλοντα ἐν τοῖς αὐτοῖς τούτοις ἐξετάζεσθαι. τὰ ἴσα γὰρ ἐνεκαλεῖτο. καὶ μετ' ἐκεῖνον αὖθις τὸν Ἀκίνδυνον, ἐπεὶ κρυπτόμενος αὐτὸς ἑτέρους προσέπεμπε καὶ παρέπειθε θορυβεῖν, ὡς ἀδίκως ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας διαστροφὴν C

5. οὐ γὰρ μόνον P. pro τοὐναντίον γὰρ μᾶλλον, addito μᾶλλον ante προσεκείμην. 12. πρεσβεύειν διαβεβαιοῦται P.

facillime refutari queant. Quod porro me partibus Palamae addictum, iniustam tulisse sententiam ait, atque ideo nec se pariturum, cum iudicio disceptantibus idem et iudex et adversarius fuerit, nullo negotio eius vanitatem demonstrabo. Contra enim potius Barlaamo, eius dissensionis incentori, a principio adhaerebam, quem et in aedibus meis cum fratribus hospitio exceperam, et curabam cum studiose numerabamque in amicissimis: cui prae aliis patebat ad me aditus; assiduo enim mecum versabatur resque suas exponebat mihi accuratissime et docebat quotidie. Unde non est, cur quis fingat, me, quae Palamas quidem pro verissimis duceret et confirmaret, non ignorasse, ignorasse autem, quae contra ab aliis dicerentur. Sed si vera licet loqui, cum illis et prius et bello finito, postquam imperio universo potitus sum, egi: tantumque abfuit, ut magis temeritate quadam ab aliis starem, ut Ioannem patriarcham saepius in his ipsis examinandum ad iudicium provocarim: siquidem eorumdem reus erat. Et post illum rursus Acindynum (qui se parietibus tegens, alios mittebat, male a se persuasos, ut tumultuarentur, perinde, quasi corruptorum ecclesiae dogmatum per nefas accusaretur, cum ipsi potius adversarii ea corrumperent,) non praeterii, sed ad quaestionem de se habendam ire et iuri stare iussi,

A.C. 1351 τῶν δογμάτων ἐγκαλοῖντο, αὐτοὶ μᾶλλον κακῶς περὶ αὐτῶν φρονοῦντες, οὐ περιεῖδον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν ἐκέλευον χωρεῖν καὶ τυγχάνειν τῶν δικαίων, καὶ πίστεις παρεῖχον ἐπὶ τῷ πείσεσθαι προσδοκᾶν μηδὲν δεινόν. δεδοικέναι γὰρ ἔλεγε, μὴ εἱρχθῇ. αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ μετὰ τὰς πίστεις ἀπεκρύπτετο καὶ ἠγνοήθη μέχρι τελευτῆς. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐπεὶ αὐτός τε Γρηγορᾶς καὶ ἄλλοι ἀνεφύησαν τῆς Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου αἱρέσεως διάδοχοι καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐθορύβουν καὶ τὸ δικαστήριον ἐπεβοῶντο, οὐ περιεῖδον αὖθις, ἀλλὰ σύνοδόν τε ἐκ πολλῶν ἀρχιερέων συνεκρότουν, καὶ τὸν Θεσ-
D σαλονίκης Γρηγόριον τὸν Παλαμᾶν μετεπεμπόμην λόγον, περὶ ὧν ἐνεκαλεῖτο, δώσοντα, καίτοι δίκαιος ὢν τὰ δὶς ἐψηφισμένα στέργειν πρότερον. βασιλεύς τε γὰρ Ἀνδρόνικος ὁ ἀοίδιμος μετὰ τῆς συνόδου κατεδίκασεν ἁπάσαις ψήφοις οὐ Βαρλαὰμ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ὕστερον φαίνοιτο φρονῶν τὰ ἴσα, καὶ μετὰ ταῦτα, ἐμοῦ ἀπόντος, Ἄννα ἡ βασιλὶς μετὰ τῶν ἀρχιερέων, ἡνίκα πατριάρχην τε καθεῖλον τὸν Ἰωάννην διὰ τὴν κακοδοξίαν καὶ τοὺς φρονοῦντας τὰ ἴσα αὖθις ἢ φρονήσοντας, ὅτε καὶ τῶν ὕστερον ἀντιλεγόντων οἱ πλείους ἦσαν σύμψηφοι, ἢ προστάται τῶν γινομένων μᾶλλον. δίκαιος οὖν, ὥσπερ ἔφην, τὰ ἐψηφισμένα στέργειν ὤν, οὐχ ὑπέμεινα,
P. 806 μὴ καὶ ἐπ' ἐμαυτοῦ τὴν ἐξέτασιν ποιήσασθαι τῶν λεγομένων, καὶ τὸν τοῦ δικαίου λόγον οὐ παρεῖδον, ἀλλ' ἐξήνεγκα τὴν ψῆφον ἀληθῆ καὶ δικαίαν, οὔτε φιλίαν, οὔτε ἔχθραν, οὔτε

1. ἐγκαλοῖτο M. mg.

fidemque dedi, nihil ei triste eventurum: timere enim se affirmabat, ne iussu meo in carcerem raperetur. Ille vero, quamquam accepta fide, nihilo minus se occultabat, et ad mortem usque latuit. Tempore procedente, ubi ipse Gregoras et alii Barlaami et Acindyni haeresis successores exorti, ecclesiam perturbarunt et tribunal appellarunt, denuo rem minime dissimulandam censui, sed multorum episcoporum synodum coëgi Gregoriumque Palamam, Thessalonicensem antistitem, accersivi, de quibus accusabatur, responsurum, quamvis antea bis decretis merito contentus esse potuissem. Nam et laudatissimus ille imperator Andronicus cum synodo non Barlaamum solum, sed si quis in posterum paria sentire reperiretur, penitus damnavit, et postea, me absente, Anna imperatrix cum episcopis, quando Ioannem patriarcham propter opinionis errorem simulque omnes eadem sentientes aut sensuros exauctoravit, cum plures eorum, qui contradixerunt, assentirentur, imo rei agundae praeessent potius. Cum itaque, ut narravi, decretis contentus esse possem, non quievi, quin me quoque imperatore, quae dicta sunt, in disquisitionem vocarentur, et iustitiae rationem habui, sententiam

τῶν ὄντων οὐδὲν ἕτερον τῆς ἀληθείας προτιμήσας. ὃς γὰρ A. C. 1351
οὐδ' ἐπὶ μικροῖς τισι καὶ εὐκαταφρονήτοις τινῶν διαφερομέ-
νων τὸ δίκαιον παρεῖδον, ἀλλ' ἀληθῶς καὶ δικαίως ἐδίκασα
πᾶσι, σχολῇ γ' ἂν περὶ δογμάτων τῆς δίκης οὔσης, ἔνθα τὸ
κινδυνευόμενον θεὸς, τῆς ἀληθείας ἕτερόν τι προειλόμην·
ἀλλ' ὡς ἐπ' αὐτοῦ θεοῦ τὴν ἐξέτασιν τῶν δογμάτων σαφῆ
καὶ καθαρὰν πεποιημένος, Παλαμᾶν μὲν εὕρισκον καὶ τοὺς V. 644
τὰ ἴσα ᾑρημένους τοῖς ἁγίοις καὶ θεολόγοις ἄκρως συμφω-
νοῦντας, καὶ κατ' ἴχνος ἑπομένους φανερῶς, Γρηγορᾶν δὲ B
καὶ τοὺς ἄλλους, οἳ ἀντικαθίσταντο, τὰ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκιν-
δύνου δοξάζοντας ἀπαραποιήτως, ἃ ὅτι τῆς ἀληθείας ἔκφυ-
λα καὶ τῆς περὶ τῆς εὐσεβοῦς ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων πα-
ραδοθείσης πίστεως ἐναντία, ἐξῆν μὲν καὶ τοῖς προτέροις τό-
μοις χρήσασθαι διδασκάλοις. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τοῖς
ὑπὸ τῶν διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας παραδοθεῖσιν, ὥσπερ κα-
νόσι, παραθέντες, τὴν διαστροφὴν εὕρομεν σαφῆ καὶ καθαράν.
οὗ ἕνεκα καὶ αὐτὸς, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀρχιερέων συν-
επιψηφιζομένων, ἐκείνους μὲν ὡς ὀρθῶς φρονοῦντας ἐδι-
καίωσα, τούτων δὲ κατεψηφισάμην· τὸ δὲ ἑξῆς, ὥσπερ ἦν
δίκαιον, τοῖς μὲν νενικηκόσι πάντα τρόπον ἐπεκούρησα, τοῖς C
ἡττημένοις δὲ ἀναισχυντοῦσι καὶ μήτ' ἐπιστρέφειν πρὸς τὴν
ἀλήθειαν βεβουλημένοις, μήτε ἡσυχίαν ἄγειν, τῇ σφετέρᾳ μό-
νον ἀγαπῶσιν ἀπωλείᾳ, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἴσον βάραθρον καὶ
ἄλλους ἐκκαλουμένοις, καὶ πρὸς ὕβρεις χωροῦσιν ἀνερυθριά-

veram et iustam, nullo vel ad amicitiam, vel ad odium, vel ad aliud quidquam respectu, tuli. Qui enim nec ob parva quaedam et despicabilia litigantium iura vilipendi, sed ex vero et iusto ius dixi omnibus, multo minus in dogmatum iudicio, ubi id, de quo periculum est, Deus est, veritate quidquam antiquius habui; sed tamquam praesente et audiente numine dogmata ad liquidum et fideliter discutienda cum curassem, Palamam et socios sanctis Patribus summe congruentes eorumque vestigia manifeste prementes, Gregoram vero et alios, qui his adversabantur, Barlaami et Acindyni genuinos discipulos inveni, quorum placita cum veritate pugnantia, et pietate fidei a sanctis Patribus traditae esse contraria, licebat etiam magistris prioribus tomis discere. Nihilo minus cum praescriptis ab ecclesiae doctoribus velut canonibus ea comparassemus, minime dubiam plane depravationem vidimus. Quocirca, episcopis omnibus approbantibus, illos quidem ut recte sentientes absolvi, hos condemnavi: ac de cetero, ut aequum erat, victoribus omni ratione adiutorem me praebui, victis, amissa fronte nec ad veritatem redire, nec quiescere volentibus, nec sua tantum pernicie contentis, sed ad idem barathrum et alios illicientibus, sine ulla

A. C. 1351 στως καὶ πᾶσαν ὑπερβολὴν ἀναισχυντίας ἐπιδεικνυμένοις,
ὥσπερ ἔθος ἐξαρχῆς τοῖς ἐχθροῖς τῆς ἀληθείας καὶ τῆς ἐκ-
κλησίας πολεμίοις, καὶ δίκην τὴν προσήκουσαν ἐπέθηκα, μᾶλ-
λον δὲ καὶ τῆς ἀξίας ἀποδέουσαν πολύ. οὐδὲ γὰρ τοῦ κακῶς
ἐκείνους πάσχειν πρόνοιαν ἐποιησάμην, ἀλλὰ τοῦ μὴ δύνα-
σθαι κακῶς ποιεῖν. ἔστι δὲ, οἶμαι, νόμος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλ-
D λων τῶν βιωτικῶν, καὶ δημοσίων καὶ ἰδίων, ἐγκλημάτων, τὸν
δικαστὴν πρὶν μὲν εἰς λόγους ἀντικαταστῆναι τοὺς ἀλλήλοις
διαφερομένους, μηδενὸς καταψηφίζεσθαι ἐρήμην, εἰ μὴ βού-
λοιτο ἐκδιαιτᾶν· ἐπειδὰν δὲ ἥκοιεν εἰς λόγους, καὶ ἡ νίκη χω-
ρήσοι πρὸς τὸν ἕτερον, (πᾶσα γὰρ ἀνάγκη,) καὶ αὐτὸν τῷ τὸ
πλέον ἔχοντι προστίθεσθαι καὶ καταναγκάζειν τὸν ἀδικοῦντα
τὰ δίκαια ποιεῖν. οὐ δὴ διὰ τοῦτο πᾶς τις ἀδικῶν παραγρά-
ψεται τὸν δικαστὴν καὶ ἀδικίαν ἐπικαλέσει, ὅτι τῷ ἠδικη-
μένῳ προσετέθη. ἃ Γρηγορᾶς νυνὶ ποιῶν, οὐ μᾶλλον ψευ-
δολογίας, ἢ ἀνοίας καὶ μοχθηρίας δόξαν ἀποφέρεται. ὅτι δ᾽
αὐτὸς τὴν διαστροφὴν παθὼν τῆς ἀληθείας καὶ τὴν πάτριον
P. 807 εὐσέβειαν ἐξομοσάμενος καὶ συναπαχθεὶς τοῖς αἱρετικοῖς
Ἀκινδύνῳ καὶ Βαρλαὰμ ὑπὸ μοχθηρίας τρόπων καὶ ἀποτυ-
χίας, ὧνπερ ἤλπισεν, ἀφειδήσας καὶ ψυχῆς αὐτῆς, ἵνα μόνον
ἀμύνηται τοὺς δόξαντας λελυπηκέναι, ἐμοὶ τὰ ἴσα ἐγκαλεῖ,
θαυμαστὸν οὐδέν. ὃς γὰρ οὐκ ἐφείσατο θεοῦ, ἀλλὰ διὰ τὴν
πρός τινας ἀπέχθειαν ἐκείνου ψευδῆ πολλὰ κατεῖπε, σχολῇ

verecundia contumeliosis et supra omnem modum impudentibus (id quod a principio inimicis veritatis et ecclesiae hostibus in more fuit) poenam debitam inflixi, imo enimvero minorem debita; neque enim ut illi malum, quod merebantur, acciperent, sed ne possent malum dare, providebam. Est autem, opinor, lex et in aliis vitae humanae publicis privatisque criminibus, iudicem, priusquam litigatores causam dicant, nullum damnare, nisi ab officio velit discedere: auditis autem utrisque partibus, et ad alteram respiciente victoria, (quod omnino oportet,) et ipsum ad validiorem accedere, illamque aliam, quae laeserat, ad officium compellere. Non igitur iniurius quilibet propterea contra iudicem excipiet eumque pro iniusto traducet, quia se ad violati partes adiunxerit. Quod Gregoras nunc faciens, non magis mendacii, quam amentiae et improbitatis opinionem consequitur. Quod autem legitimum de veritate sensum in se corrumpi passus, et patria pietate eiurata, transversim raptus, a Barlaamo et Acindyno haereticis, propter improbitatem suam et frustrationem eorum, quae speraverat, nec ipsi animae suae pepercit, ut ulcisceretur tantummodo, a quibus se laesum putat, mihi eadem obiicit, mirari nemo debet. Qui namque Deum ipsum non est reveritus, sed propter odium suum in quosdam adversus illum

γ' ἂν ἀπέσχετο βασιλέως, καὶ ταῦτα δόξαντος λελυπηκέναι. A.C. 1351
ἔτι δ' εὐσεβὴς ἐγὼ καὶ τῆς ὀρθῆς καὶ πατρίου δόξης ἐξεχόμενος ἀκριβῶς, καὶ πᾶσα μὲν ἡ τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησία συμμαρτυρήσειε, χάριτι θεοῦ βεβαίως ἡδρασμένη περὶ τὴν ἀλήθειαν καὶ τῶν ἀποστολικῶν παραδόσεων ἐχομένη ἀκριβῶς· οὐχ ἧττον δὲ καὶ Γρηγορᾶς αὐτὸς ὁ νυνὶ τοιαῦτα ἐγκα- B
λῶν, παρὰ πάντα τὸν τοῦ πολέμου χρόνον οὐ μόνον ἐγκώμια πολλὰ διεξιὼν ἐμοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔσχατα ὑπομένειν ὑπὲρ τῆς εἰς ἐμὲ εὐνοίας ἠρημένος, ὅτε τὰ αὐτὰ ἐφρόνουν οἷα καὶ νυνί. τῇ γὰρ ὑπὸ βασιλέως ἐξενηνεγμένῃ καταδίκῃ Βαρλαὰμ καὶ αὐτὸς συνεπεψηφισάμην, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν αὖθις Ἀκίνδυνον κατεδίκασα, Ἰωάννου τότε πατριάρχου τὴν σύνοδον συγκροτοῦντος καὶ οὐ μέτρια ἀγανακτοῦντος, ἐφ' οἷς Ἀκίνδυνος Παλαμᾶ καὶ τῶν ἄλλων μοναχῶν ἀδίκως κατηγόρει, Βαρλαὰμ συνηγορῶν. C

κέ. Τοιαῦτα μὲν βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς ὕστερον, V. 645
ἐπεὶ εἰς χεῖρας αὐτῷ τὰ Γρηγορᾶ συγγράμματα ἧκει, ἀπε- D
λογεῖτο περὶ ἑαυτοῦ, καὶ ψευδῆ καὶ ἀπίθανα συγγεγραφέναι ἀπεδείκνυεν ἐκεῖνον. ἔπειτα καὶ τῶν Ῥωμαίων τοὺς ἐν λόγῳ μάλιστα καὶ ἐπιφανεστέρους ἐξεπίτηδες συγκαλεσάμενος, εἰς ἐπήκοον ἀναγινώσκεσθαι παρεῖχε πάντων, καὶ πολλὴν αὐτοῦ πάντες κατεγίνωσκον ψευδολογίαν καὶ ἀναίδειαν καὶ κουφότητα, ὅτι περὶ δημοσίων πραγμάτων, ἃ πολλοί, μᾶλλον δ' ἅπαντες συνίσασι, γράφειν προείλετο οὐκ ἀληθῆ, ἐφ' οἷς

17. γράμματα P. ἀπεγορεῖτο P.

mendacia multa effudit, longe minus ab imperatore, praesertim cum ei offecisse videretur, temperare voluit. Pietati autem meae et in vera atque avita religione constantiae tota ecclesia, gratia Dei in veritate stabilita et Apostolicis traditionibus sedulo inhaerens, testimonium dabit: nec minus ipse Gregoras, accusator meus, qui toto belli tempore non solum de laudibus meis multa disseruit, sed etiam benevolentia quadam in me mea causa extrema perpeti paratus fuit, quando eadem sentiebam, quae hodie sentio. Nam damnationem Barlaami, qua illum feriit Andronicus imperator, ipse approbavi, et post eius mortem rursum Acindynum damnavi, Ioanne patriarcha synodum convocante et stomachante vehementius propter ea, quae Acindynus Barlaamo patrocinans, in Palama ceterisque monachis iniuste accusaverat.

25. Haec Cantacuzenus imperator postea, cum scripta Gregorae in manus eius venissent, pro se respondit, ipsumque falsa et incredibilia scripsisse demonstravit. Deinde honoratissimis et nobilissimis Romanorum dedita opera convocatis, in eorum praesentia recitari ambo iussit, omnesque Gregoram mendacem graphicum et hominem bene inverecundum ac levem pronuntiarunt, quod de publicis re-

A. C. 1351 ἔμελλε ῥᾷστα ἀπελέγχεσθαι ψευδόμενος. πυθόμενος δὲ ὁ Γρη-
γορᾶς ἃ δράσειε βασιλεὺς τὰ ἐκείνου θριαμβεύσας πλάσμα-
τα, οὐ μετρίως ἠνιάθη, ὅθεν καὶ συντυχὼν ὕστερον, ὠνείδιζε
P 808 τὸν θρίαμβον, ὡς ἐπ' ἐκείνου τῇ αἰσχύνῃ εἰργασμένον. ἔφα-
σκέ τε τὴν μὲν πρὸς τὸν τόμον ἀντιλογίαν ἰδίαν εἶναι, τὰ
δὲ κατ' αὐτοῦ συγγεγραμμένα, ὅτου εἴη, ἀγνοεῖν· βούλεσθαι δὲ
ἀφανίζειν ἐντυχόντα καὶ αὐτόν· ἃ εἰ καὶ πρότερον ἐπέμφθη
πρὸς αὐτὸν, πυρὶ παρεδίδου ἂν πρὶν εἰς ἑτέρας ἥκειν ἀκοάς.
βασιλεὺς δ' ἔφασκεν, οὐ συνορᾷν αὐτῷ τοὺς λόγους εἰς ὅ,τι
τείνει. εἰ μὲν γὰρ μὴ τὰ συγγεγραμμένα ἤθελεν εἶναι φα-
νερὰ, ἀλλ' ἀφανείᾳ πολλῇ κατέχεσθαι τὸν πάντα χρόνον, ἀνθ'
ὅτου συντιθεὶς τοσοῦτον πόνον ἤνεγκεν; εἰ δ', ὅπερ δίκαιον,
μᾶλλον εἶναι φανερὰ ἐβούλετο, καὶ μεγάλας ἂν εἴη χάριτας
εἰδέναι δίκαιος, ὅτι ἐπὶ τοσούτων καὶ τῶν ἐπιφανεστέρων μά-
B λιστα καὶ θαυμάζειν λόγων δύναμιν εἰδότων παρέσχετο ἀνα-
γινώσκεσθαι, ἵν' ἐπαινοῖτό τε καὶ τὰς ἐπικαρπίας κομίζοιτο
τῶν πόνων ζῶν, μάλιστα καὶ τῶν ἐπαίνων αἰσθανόμενος. νε-
κροὺς γὰρ οὔτ' ἔπαινος, οὔτε ψόγος ἡδύνειν ἢ ἀλγύνειν οἶ-
δεν. εἰ δὲ διὰ τὸ πεφωρᾶσθαι τὰ ψευδῆ, ἃ ἐξ οὐκ ὄντων
αὐτὸς παρ' ἑαυτοῦ πλάττεται, ἀλγεῖ, οὐκ αὐτὸς ἂν εἴη τῆς
ἀλγηδόνος αἴτιος αὐτῷ, εἴπερ μηδὲ πέπεικεν αὐτὸς φαῦλον
εἶναι καὶ τῆς ἀληθείας καταψεύδεσθαι. δέον μέντοι καὶ πρὸς
τοῦτο μὴ πάνυ δάκνεσθαι. ὀλίγῳ γὰρ ὕστερον ἀπολιπὼν τὸν

bus, quas plerique omnes nossent, figmenta litteris mandare non dubitasset, adeo ut mendaciorum convinci facillime posset. Gregoras, audito quod imperator fecisset, et quomodo de eius commentis triumphum egisset, tristitia non vulgari affectus, eum convenit, de triumpho illo, ut ad dedecus suum instituto, conquestus est. Quae contra tomum dicta sint, sua esse: quae contra ipsum imperatorem, nescire se, cuius sint: velle autem, ubi inciderit, ea supprimere: quae si prius accepisset, quam ad aliorum aures venirent, igni mandaturum fuisse. Hic imperator, non se perspicere, quorsum verba eius pertineant. Si enim scripta sua nolebat exire in publicum, cur tantum laborem in componendo susceperit? Si autem, quod aequius, publica volebat esse, etiam magnas sibi gratias merito debere, cum coram tam multis et illustribus et vim dicendi admirari scientibus ea legenda dederit, ut et laudaretur et laborum suorum fructum adhuc vivus perciperet gloriamque sentiret; mortuos enim nec laudibus delectari, nec vituperatione contristari. Quodsi propterea doleat, quia eius mendacia deprehensa sint, quae nullo fundamento ipse excogitarit, non se illi causam doloris esse, quandoquidem non suaserit, ut tam improbe contra veritatem mentiretur. Oportere tamen etiam ob hoc moerori non indulgere:

βίον, οὔτε τῶν ἐπαινούντων αἰσθήσεται, ἢ τῶν ὑβριζόντων, A. C. 1351
ἄν τε δίκαιοι καὶ ἀληθεῖς αἱ μέμψεις ὦσιν, ἄν τε μή, ὥσπερ C
καὶ ὧν αὐτὸς κατηγόρηκε πολλὰ καταψευδόμενος. ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον δίκαιον λυπεῖν καὶ οὐκ ὀλίγην ἐμποιεῖν φροντίδα, μὴ ἐν τῷ μέλλοντι δικαστηρίῳ, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἐγκλημάτων τῶν κατὰ τὸν βίον καὶ τοῦ ψεύδους καὶ τῆς συκοφαντίας δίκας δῶμεν, καὶ μάλιστα εἰ μηδεμίαν πρόφασιν ἑτέραν ἔχοι, ἢ ἄδικον ἀπέχθειαν. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ ἐπράχθη τε καὶ εἴρητο μετὰ τὸ τῆς ἀρχῆς βασιλεῖ τῷ γαμβρῷ παρακεχωρηκέναι καὶ καθ' ἡσυχίαν βιοτεύειν, ὑποδύντα σχῆμα μοναχῶν. τότε δὲ ἐπεὶ
τὰ κατὰ τὴν σύνοδον ἀπήρτιστο πάντα καὶ τέλος εἶχε, καὶ V. 646
οἱ τὰ Ἀκινδύνου ᾑρημένοι ἠλέγχοντο ἀσεβοῦντες φανερῶς, D
ἐπὶ τὰς πολιτικὰς ἐτρέπετο πάλιν πράξεις· καὶ παρεσκευάζετο ὡς ἐπιστρατεύσων Τριβαλοῖς. ἐν τούτῳ δὲ τοῖς ἐν Γαλατᾷ Λατίνοις δέκα καὶ τέτταρες ἐκ Βενετίας ἐπέπλευσαν τριήρεις. νυκτός τε ἐπελθόντες ἀπροσδόκητοι, ἀπέβησάν τε οὐ προαισθομένων, καὶ ἐγένοντο ἐντὸς τειχῶν, (ἦσαν γὰρ αἱ πύλαι τοῦ φρουρίου νυκτὸς ἀνεῳγμέναι ὑπ' αὐθαδείας καὶ θρασύτητος τῶν ἐνοικούντων,) καὶ ἐκάκωσαν οὐκ ὀλίγα. ὡς γὰρ ᾐσθάνοντο οἱ φύλακες τὴν ἅλωσιν, βοῇ τε ἐχρῶντο καὶ συνεκάλουν ἐπὶ τὴν ἄμυναν τοὺς ἐγχωρίους. οἱ δὲ ἐκ τῶν οἰκιῶν ἄοπλοι ἐπὶ τὴν θάλασσαν κατιόντες, βουλόμενοι, ὅ,τι

12. ἀπήρτηστο P. 17. τε om. M. 21. ἅλησιν P. 23. βουλόμενοι om. P.

paulo enim post discessu facto ex hac vita, nec laudes, nec reprehensiones sensurum, sive iure ac vere, sive secus reprehendatur. Sicut nec illi sentiant, quos ipse multa mentiendo insimulaverit. Illud potius aegritudinem ac sollicitudinem non parvam ingenerare nobis debere, ne in futuro iudicio quomodo aliorum criminum in hac vita designatorum, sic mendacii quoque calumniarumque poenas persolvamus: potissimum si praeter iniquum odium nullam aliam mentiendi calumniandique causam habuerimus. Haec postea a Cantacuzeno facta et dicta sunt, quum imperatori genero imperium tradidit et sub habitu monachi vitae genus pacatum et quietum agere constituit. Tunc autem synodo prorsus finita, et Acindyni sectatoribus impietatis evidenter convictis, civilibus actionibus sese reddens, expeditionem in Triballos adornavit. Interea ad Latinos Galataeos quatuordecim Venetorum triremes appelluntur. Et quia noctu improvisi supervenerant, non animadversi descenderunt, intraque muros ingressi, (portae siquidem oppidi per noctem apertae relinquebantur; ea erat incolarum superbia et audacia;) non parum nocuerunt. Custodes enim ubi oppidum captum animadverterunt, vociferationibus cives ad vim propulsandam concitarunt, qui

A. C. 1351 εἴη τὰ δρώμενα μαθεῖν, ἐτιτρώσκοντό τε καὶ ἀπέθνησκον πολ-
P. 809 λοί. ἔπειτα ὡς ᾔσθοντο ἀναθαρσήσαντες καὶ ὁπλισάμενοι, ἐξήλασαν τοὺς πολεμίους αὖθις, οὐδὲν γενναῖον εἰργασμένους, ἀλλὰ φαυλότατα ἠγωνισμένους· ὅμως διεσώθησαν πάντες ἐπὶ τὰς τριήρεις, οὐδενὸς πεσόντος, τραυματιῶν δὲ ὀλίγων γενομένων, ἀναγόμενοί τε τοῦ λιμένος, καὶ ὁλκάδας εἵλκυσαν κενάς τινας καὶ ἐκυρίευσαν. ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἤδη ἦν, δὶς μὲν καὶ τρὶς ἐπεχείρησαν πῦρ ἐνεῖναι ταῖς ὁλκάσιν οὔσαις πλείσταις ἐπὶ τοῦ λιμένος, ἀπεκρούσθησαν δὲ ὑπ᾽ ἐκείνων, οὐδ᾽ ἐγγὺς γενέσθαι δυνηθέντες. ἔπειτα παραπλέοντες ἐκάκουν, καί τινων ἐκράτησαν ὁλκάδων ἐκ Πόντου καταπλεουσῶν. ἐν
B ταύταις δὴ ταῖς ὁλκάσι καὶ πρέσβυς ἐκ Βενετίας ἀφῖκτο Δελφὶν ὠνομασμένος πρὸς βασιλέα, καὶ ἐδεῖτο συμμαχεῖν αὐτοῖς πρὸς τὸν κατὰ τῶν ἐκ Γεννούας πόλεμον, μεγάλα τέ τινα ἐπηγγέλλετο τὸν δοῦκαν Βενετίας καὶ τὴν βουλὴν Ῥωμαίους ὠφελήσειν, εἰ πείθοιτο αὐτοῖς συμμαχεῖν ὁ βασιλεύς. τὰ ἴσα δὲ καὶ ὁ ῥὴξ Ῥαουήνας πρὸς βασιλέα διὰ γραμμάτων ἐπρεσβεύετο, καὶ μεγάλα ἐπηγγέλλετο, καὶ ἐδεῖτο βασιλέως τοῖς ἐκ Βενετίας συμμαχεῖν, οἷς καὶ αὐτὸς σύμμαχός ἐστι. βασιλεὺς δὲ ἀπηγόρευεν αὐτοῖς, ὥσπερ καὶ πρότερον, τὴν συμμαχίαν ἐν Θεσσαλονίκῃ. ἔφασκε γὰρ ἀδικεῖν μηδὲν, εἰ
C πρὸς τῷ μηδὲν αὐτοῖς ἐμποδὼν εἶναι πρὸς τὸν πόλεμον, μηδὲ πρὸς ἐκείνους πολεμοίη. ὡς μὲν γὰρ αἰτίας ἐκεῖνοι πολλὰς

6. εἵλκεισαν P. 12. τριήρεσι M.

ex aedibus inermes versus mare decurrentes, et quid hoc rei esset noscitare cupientes, partim vulnerabantur, partim (et quidem non pauci) interficiebantur. Tandem re comperta, animis et armis instructi, hostes, nulla re memorabili gesta, et ignavissime proeliantes, rursum eiiciunt: qui ad triremes, nullo suorum interfecto, aliquot dumtaxat vulneratis, pervenerunt, solventesque onerarias quasdam vacuas secum abstraxerunt ac sibi proprias fecerunt. Claro iam die bis terque ignem in onerarias, quae plurimae in portu stabant, immittere conati sunt, sed accedere propius non sinebantur. Deinde praetereundo alias infestabant et quasdam e Ponto descendentes onerarias capiebant. In istis igitur triremibus etiam legatus Venetorum, nomine Delphinus, ad imperatorem mittebatur, opem rogatum ad bellum contra Genuenses, promittebatque, ducem Venetiarum et senatum de Romanis meriturum optime, si auxilium annueret. Paria Ravennae princeps per litteras pollicens rogabat, nempe uti Venetos adiuvandos susciperet, quibus etiam ipse opitularetur. Imperator eis societatem, ut et antea apud Thessalonicam, negavit, addiditque, nullam se ipsis facere iniuriam, si, praeterquam quod nullo eis ad bellum impedimento esset, adversum Galataeos etiam non pugnaret. Qui tametsi bellum saepe commeruerint, et

παρέσχοντο πολέμου, καὶ οὐδεὶς ἂν αὐτῷ μέμφοιτο δικαίως A. C. 1351
ἀμυνομένῳ τῶν προτέρων ἕνεκα ἀδικημάτων, οὐδεὶς ἂν ἔχοι
ἀντειπεῖν· πρὸς μέντοι τὴν αὐτῶν φιλίαν ἐνστήσεσθαι οὐδὲν,
εἰ αὐτὸς ἑκὼν εἶναι τοῖς προσκεκρουκόσι παρέχοιτο συγγνώ-
μην. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς οὕτως εὐφυῶς ἀπεσκευάζετο τὸν
πόλεμον. μᾶλλον γὰρ ἐδόκει εἶναι ἄριστον ἑκατέρων ἀποσχό-
μενον προσέχειν τῇ ἠπείρῳ καὶ τὰς δεδουλωμένας Ῥωμαίων
πόλεις ἐλευθεροῦν ἀπὸ τῶν πολεμίων. ὁ ἐκ Βενετίας δὲ
πρεσβευτὴς καὶ ἄλλοι οὐ μετρίως ἠγανάκτουν, πρὸς τὴν συμ-
μαχίαν αὐτοῖς ἀπαγορεύοντος βασιλέως. οἵ τε ἐκ Γαλατᾶ D
ὁμοίως εἰδότες, ὡς οἱ πολέμιοι σφίσι δέονται βασιλέως συμ-
μαχεῖν, πρεσβείας καὶ αὐτοὶ συχνὰς ποιούμενοι, ἐδέοντο μὴ
σφᾶς περιιδεῖν, ἀλλὰ συγγνώμην τε παρέχειν, εἴ τι πρότερον
ἠγνωμονήκασι, καὶ νῦν μὴ συμμαχεῖν τοῖς πολεμίοις. ἐπηγγέλ-
λοντό τε εἰσαῦθις μηδέποτε ἀγνωμονήσειν, ἀλλὰ πάντα ποι-
ήσειν τὰ κατὰ γνώμην βασιλεῖ καὶ δουλεύειν ἀκριβῶς. ἅμα
δὲ καὶ χρήματα παρείχοντο οὐκ ὀλίγα. βασιλεὺς δὲ τὸ μὲν
μὴ πολεμήσειν ἐπηγγέλλετο, εἰ τὰ ἐπαγγελλόμενα καὶ αὐτοὶ
ἀληθῆ ἐπὶ τῶν ἔργων ἀποδείξαιεν, τὰ δὲ χρήματα οὐκ ἐλάμβα-
νεν, οὐκ αὐτῷ πρέπουσαν οἰόμενος εἶναι τὴν μικρολογίαν, οὐδὲ
δοκεῖν ἐπὶ χρήμασι τὰ κοινῇ λυσιτελοῦντα προΐεσθαι Ῥωμαίοις.
οἱ ἐκ Βενετίας δὲ ὡς βασιλεὺς ἀσυμβάτως ἔχει συνορῶντες P. 810
πρὸς αὐτούς, (οὐδὲ γὰρ ᾤοντο οὐδὲν λόγον ἄξιον αὐτοὶ δυ- V. 647
νήσεσθαι, μὴ βασιλέως συνεφαπτομένου πρὸς τὸν πόλεμον,)

nemo queat reprehendere, aut contradicere, si praeteritas iniurias persequatur, attamen in amicitiam Venetorum nihil peccaturum, si offensas ipsis sua sponte condonet. Imperator igitur ita scite bellum subterfugit. Longe enim melius putabat, ab utrisque abstinentem, ad Romanorum urbes, quae erant in continente, ab hostium dominatu asserendas incumbere. At Venetus legatus et alii, qui cum eo venerant, huius societatis recusationem permoleste ferebant. Galataei quoque, ut resciverunt, hostes suos imperatorem rogare auxilia, iteratis legationibus orare insistebant, ne despicerentur, sed si quid antea improbius in illum admisissent, veniam daret, nec iam vires hostium augeret, in posterum nihil per scelus unquam, sed omnia ex eius arbitratu facturos diligenterque parituros; simul pecuniam ingentem offerebant. Imperator armis se temperaturum spondere, si opere ipso promissorum veritatem confirment: pecuniam repudiare, ratus, non se decere hanc humilitatem animi, neque videri pecunia delinitum commune Romanorum emolumentum in extremis ponere. Veneti eum a societate secum paciscenda abhorrentem experti, quoniam absque ipso nihil egregium se effecturos opinabantur, graviter id atque indigne ferebant: et cum

[redacted]

A. C. 1351 δεινὰ μὲν ἐποιοῦντο καὶ ἠγανάκτουν· φανερῶς μέντοι κινεῖν πρὸς βασιλέα πόλεμον ὡρμημένοι οὐκ ἐφαίνοντο, ἀλλ' ὑποψίας παρεῖχον μόνον. αἱ γὰρ πρὸς Ῥωμαίους αὐτοῖς σπονδαὶ ἐπ' ἐξόδῳ ἔτυχον οὖσαι τότε. ἔχουσι γὰρ πρὸς Ῥωμαίους οὐ διηνεκεῖς, ἀλλ' ἐπ' ἔτεσι ῥητοῖς ἀπὸ τῶν Μιχαὴλ τοῦ πρώτου τῶν Παλαιολόγων βασιλέως χρόνων. ἐπειδὰν δὲ ἐν ἐξόδῳ αἱ συμβάσεις γένωνται, ἔξεστιν ὁποτερῳοῦν πόλεμον, εἰ βούλοιτο, κινεῖν· εἰ δ' ἑκατέροις λυσιτελεῖν δοκοίη μᾶλλον ἡ εἰρήνη, αὖθις τὰς σπονδὰς ἀνανεοῦσι καὶ τοὺς ὅρκους. ἐπε- B κράτησε δὲ παρὰ Ῥωμαίοις καὶ τοῖς ἐκ Βενετίας Λατίνοις τὸ τοιοῦτον ἔθος ἐκ τοιαύτης μάλιστα αἰτίας. βασιλεὺς ὁ πρῶτος Μιχαὴλ, ἐπεὶ Βυζάντιον ἀνεσώσατο Ῥωμαίοις καὶ Θρᾴκην καὶ Μακεδονίαν καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἑσπέραν ἑξήκοντα ὀλίγῳ πλείω ἔτη δουλεύσαντα Λατίνοις, πεζὴν μὲν καὶ ἱππικὴν δύναμιν μεγάλην εἶχε καὶ ἀξιόμαχον πρὸς πάντας πολεμίους, ναυτικὴν δὲ οὔπω τοσαύτην παρεσκευασμένος ἦν, ὅσην ὕστερον· ὅθεν καὶ τοὺς θαλασσοκρατοῦντας ἐδεδίει καὶ ἐθεράπευε, τῷ καιρῷ προσήκοντα ποιῶν· δεῆσαν μέντοι πρὸς ἑκάστους τί- C θεσθαι σπονδὰς, τοῖς μὲν ἄλλοις, ὅσοι κατ' ἐμπορίαν εἰς Βυζάντιον ἢ ἑτέρας παραλίους πόλεις Ῥωμαίοις ὑπηκόους καταπλέουσι, φόρους ἔταττε καὶ ἀργύριον ῥητὸν τῷ δημοσίῳ· καὶ ἐπείθοντο ἀδύνατοι ὄντες ἀντιλέγειν. ἄχρι γὰρ καὶ νῦν παρέχονται τοὺς φόρους. οἱ ἐκ Βενετίας δὲ καὶ Γεννούας μέγα δυνάμενοι καὶ τὸν Ἰώνιον καὶ Αἰγαῖον καὶ τὸν Εὔξει-

20. Ῥωμαίους P. 24. μεγάλα M. mg. Ἰόνιον P. et M.

aperte bellum adversus illum moliri non viderentur, suspicionem tamen praebebant: nam foedus cum Romanis tum exspirabat. Quod quidem non aeternum, sed ad annos praefinitos ac certos habent, a temporibus Michaelis primi Palaeologi imperatoris: quibus transactis, utrivis parti bellum movere integrum est. Sin utrique parti pax utilior appareat, foedus denuo sancitur. Ea consuetudo inter Romanos ac Venetos hinc potissimum manavit. Michael imperator, Byzantio, Thracia, Macedonia, toto occidente (quae paulo amplius sexaginta annos sub ditione Latinorum fuerant) Romano imperio recuperatis, copias quidem pedestres et equestres non exiguas et quibusvis hostibus opponendas habebat, classem nondum tantam, quantam postea aedificavit: unde et maris dominos timebat, et tempori se accommodans, officiis eos demerebatur. Cum autem foedus facere cum singulis oporteret, aliis quidem mercatus causa Byzantium et ad alias urbes Romanorum maritimas navigantibus portoria et pecuniam certam aerario inferendam imposuit: qui quod aliter non possent, parebant et usque hodie vectigal pendunt. Veneti autem et Genuenses, freti potentia sua et Ionium, Aegaeum, Euxinum

νῦν στόλοις μεγάλοις παραπλέοντες, ὧν τὰ παράλια πάντα A.C. 1351 μάλιστα, ἢ τὰ πλείω ὑπήκοα Ῥωμαίοις τότε ἦσαν, οὐκ ἐπείθοντο παρέχειν φόρους, ἀλλ' ἠξίουν ἐν πᾶσιν ἐμπορίοις τὴν βασιλέως ἀτέλειαν καρποῦσθαι. βασιλεὺς δὲ τότε πείθειν οὐκ ἔχων, καὶ βιάζεσθαι τοῖς ὅπλοις μὴ δυνάμενος, τοῖς μὲν ἐκ Γεννούας ἔθετο σπονδὰς διηνεκεῖς ἐπὶ τῷ ἐκείνους μὲν εἶ- D ναι ἀτελεῖς παντάπασιν ἐν πάσαις πόλεσι καὶ ἐμπορίοις, ἃ εἰσιν ὑπήκοα Ῥωμαίων, καταπλέοντας, αὐτοὺς δέ τινα τρόπον ὑπὸ βασιλέα τελεῖν, τριήρεις τε παρέχειν κατὰ συμμαχίαν, εἰ δέοιτο, πεντήκοντα ἐφωπλισμένας, βασιλέως μόνον ναύταις καὶ ὁπλίταις μισθὸν παρέχοντος. εἰ δὲ κενῶν δέοιτο τριηρέων, τὰς ἴσας παρέχειν μετὰ τῶν ὅπλων μόνων καὶ ἀρχόντων, συμμαχεῖν τε βασιλεῖ καθ' ὁποίου ἂν ποτε πολεμῇ, καὶ φίλους εἶναι αὖθις καὶ συμμάχους, οἷς ἂν ἐκεῖνος φίλοις χρῷτο. τοῖς ἐκ Βενετίας δὲ ἀσυμβάτως εἶχε καὶ ἐβούλετο πολεμεῖν. ἑτέρου δὲ πολέμου μείζονος ἐπικειμένου τοῦ ῥηγὸς Καρούλου, (προσεδοκᾶτο γὰρ ἐκεῖνος στόλῳ μεγάλῳ P. 811 ἐπιπλεύσειν Βυζαντίοις,) καὶ παρασκευαζομένου βασιλέως πρὸς ναυμαχίαν ἐπ' ἐκεῖνον, ἐδόκει δεῖν ἀνακωχὰς πρὸς τοὺς ἐκ Βενετίας τίθεσθαι, καὶ ἔθετο ἐπ' ἔτεσι ῥητοῖς, ἵν', εἴ ποτε ἀπαλλαγείη τοῦ πρὸς Κάρουλον πολέμου, ἐξείη πολεμεῖν αὐτοῖς, τῶν σπονδῶν ἐξηκουσῶν. τὸ δὴ τοιοῦτον ἐξ ἐκείνου ἄχρι νῦν ἐπικρατῆσαν ἔθος, τὸν ἴσον τρόπον αἱ πρὸς Ῥωμαίους

8. καταπλέουσιν P.

maria magnis classibus circumnavigantes, (ad quorum littora urbes paene omnes, aut saltem plurima pars tunc Romanis suberat,) huiusmodi portorium solvere detrectabant, volebantque per omnia emporia immunitatem sibi concedi. Imperator, quoniam illos tunc nec verbis movere, nec armis cogere valebat, cum Genuensibus foedus perpetuum percussit, ut essent quidem per universas urbes et emporia Romanorum immunes penitus, aliquo tamen modo imperatori subiicerentur et, si opus foret, subsidiarias triremes armatas quinquaginta mitterent, imperatore solum remiges et stipendia in militem suppeditante. Si vacuis egeret, totidem numero, tantum cum armis et praefectis praeberent et, quo bellatum proficisceretur, eo sequerentur eosdemque secum amicos ac socios colerent. Cum Venetis, quia convenire nihil poterat, proelio contendere cogitabat. Verum bello alio maiore ingruente, a rege, inquam, Franciae Carolo, (exspectabatur enim cum potenti classe Byzantium venturus,) et parante se ad navalem pugnam imperatore, placuit in annos certos cum Venetis inducias pacisci: ut, si quando bello contra Carolum defungeretur, exeunte foedere, adversum illos fortunam bellicam experiretur. Atque hac ab illis temporibus ducta consuetudine,

A. C. 1351 αὐτοῖς γίνονται σπονδαί. ἐπειδὰν δὲ ἥκωσιν εἰς τέλος, ἀνανεοῦνται αὖθις. εἰ δὲ δοκοίη θατέρῳ πολεμεῖν, ἔξεστι μηδὲν ἐγκαλουμένῳ. ἐν ἐξόδῳ τοίνυν τῶν πρὸς τοὺς ἐκ Βενετίας σπονδῶν, ὥσπερ ἔφημεν, οὐσῶν, ἐπεὶ μὴ βασιλέα πείθειν εἶχον συμμαχεῖν αὐτοῖς ἐπὶ τοὺς πολεμίους, φανερῶς
B μὲν οὐ κατήγγελλον τὸν πόλεμον, τὸν δὲ ἄρχοντα τῶν ἐν Βυζαντίῳ οἰκούντων ὑπηκόων αὐτοῖς ἐν ταῖς τριήρεσιν ἀναλαβόντες, ἀπεχώρουν, δόκησιν δὲ παρεῖχον, ὡς ἀμυνοῦνται βασιλέα τοῦ μὴ συμμαχεῖν, εἴ ποτε λάβοιντο καιροῦ.

V. 648 κϛ'. Οἱ ἐν Γαλατᾷ δὲ ὁρῶντες ἐκείνους ἀποχωροῦντας,
C οὐκ ἐνόμισαν ὅπερ ἦν, ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων χάριν ἀπαγορεύσειεν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς τὴν συμμαχίαν, ἀλλ' ᾤοντο μεγάλα τινὰ ἀλλήλους ἀπαιτεῖν, δι' ἅπερ ἀσυμβάτως ἐσχηκέναι, ἄλλως τε καὶ τοὺς εὐεργετοῦντας ἀεὶ κακοῖς ἀμείβεσθαι εἰωθότες, ὥσπερ τοὺς πάλαι Λακεδαιμονίους λέγουσιν, ἵνα μηδενὸς δοκῶσι δεῖσθαι, μηδ' ἥττους εἶναι μηδενός, ὑπ' ἄκρας
D αὐθαδείας καὶ φυσήματος, ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ, καὶ μηδεμίαν αὐτοῖς αἰτίαν πολέμου παρεσχημένου βασιλέως, λίθον ἀφῆκαν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον διὰ τῆς μηχανῆς. ἐπεὶ δὲ ἐπύθετο τὸ συμβὰν ὁ βασιλεύς, πρὸς τὸν ἐκείνων ἄρχοντα πέμψας καὶ τὴν βουλήν, τὴν αἰτίαν ἐπυνθάνετο, δι' ἣν ἄρχονται πολέμου. ἐκείνων δὲ ὑποκρινομένων ἀγνοεῖν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀτοπίας τῷ ἐπὶ τῆς μηχανῆς ἀνατιθέντων τεταγμένῳ, ἐκέλευον οἱ πρέσβεις ἐκεῖνόν τε καὶ τοὺς συναραμένους κολάζειν. ἀδύ-

15. *Λακεδαιμονίας* P.

Veneti cum Romanis foederantur: ea foedera, cum terminus advenerit, renovantur. Quod si alterutris bellum arriserit, citra crimen licet. Ergo in exitu foederis cum Venetis, ut dicebamus, ubi imperatorem ad coëundam belli societatem adducere nequiverunt, palam quidem arma haud denuntiantes, praefectum suorum, qui Byzantii habitabant, in triremes accipientes recesserunt, cum opinione, si occasionem nanciscerentur, se de imperatore ulturos.

26. Galataei cernentes, abire Venetos, et falso existimantes, non in ipsorum gratiam imperatorem auxilium denegasse, sed potius, cum magna quaedam inter se reposcerent, convenire non potuisse: cum alioqui etiam bene meritis semper male gratiam referre consuevissent, (quomodo olim Lacedaemonios fecisse fertur,) ne ullius egere, neve ulli cedere viderentur, prae nimio fastu et arrogantia meridie, nulla re ab imperatore irritati, lapidem tormento Byzantium per machinam iaculati sunt. Quo cognito imperator ad eorum principem et senatum mittit percunctatum, quare bellum inceptarent. Illi factum ignorare simulant et causam facinoris tam insolentis machinario tribuunt. Tum legati in illum et administros exemplum edi

νατον γὰρ μὴ καὶ πολλοῖς ἑτέροις χρῆσθαι συνεργοῖς. οὕτω A. C. 1351 γὰρ ἦν αὐτοῖς προστεταγμένον ὑπὸ βασιλέως. οἱ δὲ ἐπηγγέλλοντο προθύμως. ἐς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἅμα ἕῳ καὶ λίθον ἕτερον ἐπὶ Βυζάντιον ἀφῆκαν. νομίσας δ' ὅπερ ἦν ὁ βασι- P. 812 λεὺς, ὡς διὰ τὸ τοὺς ἐκ Βενετίας ἀνακεχωρηκέναι θρασυνθέντες αὐτοὶ περιφρονοῦσι καὶ πολέμου ἄρχουσιν, αὐτοῖς μὲν αὐτίκα πόλεμον κατήγγελλε πέμψας, καὶ ἐκέλευεν ἡμέραις ὀκτὼ διαλυσαμένους, ὅσα πρὸς Ῥωμαίους ἔχουσι συμβόλαια ἐπ' ἐμπορίας ἢ χρέα ἢ ἑτέρας τινὰς προφάσεις, καθίστασθαι πρὸς πόλεμον. τοὺς δὲ ἐκ Βενετίας μετεπέμπετο. οἱ δ' ἀνέστρεφον αὐτίκα χαίροντες, καὶ ἐτίθετο πρὸς αὐτοὺς συμμαχίαν καὶ σπονδὰς, ἥττους μὲν ὧν ἔμελλε πρότερον ποιεῖν παραπολὺ, (μεγάλα γάρ τινα καὶ μάλιστα λυσιτελῆ Ῥωμαίοις ἐπηγγέλλοντο, περιπλείστου ποιούμενοι τὴν βασιλέως συμμαχίαν,) τότε δὲ, ἐπεὶ ἑώρων ἀδυνάτως ἔχοντα ἑτέ- B ρως πράττειν, (ἤδη γὰρ οἱ ἐν Γαλατᾷ ἐκπεπολέμωντο,) ἀφῄρουν πολλὰ τῶν πρότερον ἐπηγγελμένων. ὅμως δ' οὖν γεγενημένων τῶν σπονδῶν, ὁ πρὸς τοὺς ἐκ Γεννούας αὖθις ἤρχετο πόλεμος τῷ βασιλεῖ. αἰτία δὲ ἦν τοῖς ἐκ Βενετίας καὶ Γεννούας τοῦ πολέμου τούτου, ὃς ἀμφοτέροις συμφορῶν μεγάλων αἴτιος ἐγένετο, ὅτι, πρὸς Τάναϊν ἐπ' ἐμπορίᾳ πλεόντων ἀμφοτέρων, συμβέβηκέ τινι τῶν ἐκ Βενετίας πρὸς Σκύθην τινὰ διενεχθῆναι, καὶ τὴν διαφορὰν μέχρι φόνου προελθεῖν, ἀμυνομένων δὲ ὑπὲρ τοῦ ὁμοφύλου τῶν Σκυθῶν, τῶν

8. διαλυσάμενος M. 22. Γεννούας M. mg.

instant; (fieri enim neutiquam posse, quin multos adiutores habuerit;) sic enim sibi ab imperatore mandatum. Galataei se facturos statim pollicentur. Postridie mane aliud saxum Byzantium iaciunt. Tum reputans imperator et scopum tangens, propter recessum Venetorum in hanc confidentiam et contemptionem erupisse, ut bellum ordiantur, ipsis continuo per internuntium bellum indicit, iubens, diebus octo, quos haberent cum Romanis, mercaturae contractibus ac nominibus aliisve, quae praetexi possent, compositis, ad proeliandum occurrant. Deinde Venetos revocat, qui statim gaudentes revertuntur. Cum his societatem ac foedus instituit, multo minore conditione, quam prius erat facturus, quando, summopere expetita imperatoris societate, eximia quaedam et Romanis utilissima promittebant. Sed ut eum animadverterunt facile aliter non posse, (iam enim Galataei arma fremebant,) multa ex promissis illis magnificis resciderunt. Nihilo minus facto contra Genuenses foedere, bellum denuo ab imperatore inchoatum est. Causa porro belli huius Venetis et Genuensibus (quod utrisque magnae cladi fuit) erat quod, Tanaim ambobus mercatus gratia navigantibus, Genuensi

A. C. 1351 τε Λατίνων ὁμοίως ὑπὲρ τοῦ οἰκείου, δημοσίᾳ τῶν γενῶν
C ἑκατέρων ἐγένετο ἡ μάχη, καὶ ἔπεσον μὲν πολλοὶ Λατίνων
V. 649 παρὰ τὴν μάχην, διπλασίους δὲ καὶ περαιτέρω τῶν Σκυθῶν. ἔπειτα ἐπὶ τὰς ναῦς τῶν Λατίνων ἀναχωρησάντων, ἐπεὶ μηδὲν οἱ Σκύθαι βλάπτειν ἦσαν δυνατοί, ἀθάλαττοι ὄντες παντελῶς, ἐπεστράτευσαν Καφᾷ, ὃ Λατίνων τῶν ἐκ Γεννούας φρούριόν ἐστι τοῖς παραλίοις τῆς Σκυθίας κατῳκισμένον, καὶ ἐπολέμησαν ἐπ' ἔτεσι δυσὶ, μηδεμίαν ἐνδιδόντες ἀνακωχήν. ἐν οἷς αὐτοί τε τῶν οἰκείων πολλοὺς ἀπέβαλον κατὰ τὰς μάχας καὶ τοῖς Λατίνοις αἴτιοι πολλῶν κατέστησαν ἀναλωμάτων. τῶν μὲν γὰρ τειχῶν ἦσαν ἥττους, τῶν ἔνδον κραταιῶς ἀμυνομέ-
D νων, ἐμπορικῶν δὲ χρημάτων κατὰ τὴν Σκυθίαν ἐκράτησαν πολλῶν, καὶ κατὰ τὸν πόλεμον ἀναγκάζοντες τρέφειν μισθοφορικὸν ἐπὶ φρουρᾷ τοῦ πολιχνίου, οὐκ ὀλίγα ἐζημίωσαν. ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς ἀνήνυτος ἐφαίνετο ἡ ἐπιχείρησις, διέλυον τὸν πόλεμον, θέμενοι σπονδάς. μετὰ δὲ τοῦ πολέμου τὴν κατάλυσιν ἠξίουν οἱ ἐκ Γεννούας, μηδένα μήτε Ῥωμαῖον, μήτε ἐκ Βενετίας ἔμπορον πλέειν ἐπὶ Τάναϊν, μήτ' ἐκ σφῶν, πρόφασιν μὲν, ὡς μὴ καὶ αὖθις ἀναγκάζοιντο ἔκ τινος αἰτίας Σκύθαις πολεμεῖν, τῇ δ' ἀληθείᾳ, προσόδων μεγάλων ἀφορμὰς σφίσιν αὐτοῖς κατασκευάζοντες. διενοοῦντο γὰρ, ὡς, εἰ κοινὸν ὁ Καφᾶς ἐμπόριον τοῖς ἁπανταχόθεν κατασταίη, μεγάλα ὠφελήσεσθαι αὐτοὺς ἁπανταχόθεν ἀργυρολογοῦντας.

13. *ἀνασκευάζοντες* M. 23. *τοὺς* add. P. ante *ἁπανταχόθεν*.

cum Scytha quodam altercante, lis usque ad caedem pervenerat. Dumque Scythae tuentur suum et Latini suum similiter, communis et publica inter utramque gentem pugna commissa est, multique Latini, sed amplius altero tanto Scythae oppetiverunt. Postea Latinis ad naves reversis, Scythae quia nocere nequibant, utpote maris expertes funditus, Capham, Genuensium oppidum in maritimis Scythiae aedificatum, oppugnare instituerunt obsederuntque biennio continenter. Quo tempore et de suis adverso Marte multos amiserunt et Latinos ad grandes impensas adegerunt. Nam muris oppugnandis haud satis valebant, quod castellani viriliter se acriterque defenderent: mercatorum vero mercimonia et illa multa per Scythiam occupantes et conductitios ad oppidi praesidium alere cogentes, non parum eis detrimenti creabant. Verum ut labor inanis apparuit, bellum foedere diremerunt. Quo dirempto, Genuates neque Romanum, neque Venetum mercatorem, nec de suis ullum Tanaim navigare voluerunt: verbo, ne rursus ipsis belli cum Scythis gerendi nasceretur materia, re, ut magnorum vectigalium causam sibi pararent. Sic enim ratiocinabantur, si Capha undecumque adventantibus commune emporium fieret, quaestum uberem argenti exactione collecturos:

ἢ εἰ μὴ τούτοις, ἔφασαν, ἀγαπῷεν, τὰς κατὰ τὸν πόλεμον συνεκ- [A. C. 1351] τινέτωσαν δαπάνας. Βενετικοῖς δὲ τό,τε Ταναΐδος παντά- [P. 813] πασιν ἀποσχέσθαι ἐδόκει ἥκιστα λυσιτελεῖν, καὶ τὸ τὰ χρήματα συνεκτίνειν ἀνεκτὸν οὐδ' ἄκροις ἦν ὠσὶν, ἀλλ' ἔφασαν, μηδένα ἂν κωλύσειν πλέειν, ὅποι ἂν δοκῇ λυσιτελεῖν· καὶ ἅμα ἐπεχείρουν πλέειν ἐπὶ Τάναϊν, ἀκόντων Γεννουϊτῶν· οἱ δ' ἐκώλυον πρὸς βίαν καὶ ἐζημίωσαν εἰς χρήματα, ἐμπόροις ἐπιθέμενοί τισι καὶ κρατήσαντες ὁλκάδων. ἐκ δὲ τούτου εἰς τὸν πόλεμον κατέστησαν, καὶ μέγας ἀνεῤῥιπίσθη, καὶ χρήματα οὐκ ὀλίγα καὶ τριήρεις ἀπώλοντο ἀφ' ἑκατέρων. τότε δ' οὖν ἐπεὶ καὶ βασιλεὺς Βενετικοῖς συνεξώρμητο πρὸς τὸν [B] πόλεμον, τριήρεις τὲ ἐπλήρου καὶ τῆς θαλάττης ἐκράτει μετὰ τῶν ἐκ Βενετίας, καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου πέμψας στρατιὰν, ἐπολιόρκει. καὶ πρῶτα μὲν ἑκατέρωθεν ἥ τε ναυτικὴ καὶ ἱππικὴ δύναμις προσβαλόντες, τὰς ἔξω Γαλατᾶ ἐνέπρησαν οἰκίας πάσας πλὴν ὀλίγων, αἳ ὑπὸ τοῖς τείχεσιν αὐτοῖς ἦσαν, ἔπειτα ἡ μὲν ἠπειρῶτις συχνὰς καθ' ἡμέραν ποιουμένη τὰς ἐφόδους, ἀκριβῶς ἐπολιόρκει καὶ οὐδὲ προβαίνειν εἴα τειχῶν ἔξω τοὺς Λατίνους. τὴν ναυτικὴν δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς δύο διελὼν, τὴν μὲν αὐτοῦ κατέλιπε τὸ φρούριον πολιορκεῖν, τὴν ἑτέραν δὲ ἔπεμπεν ἐπὶ Πόντον, τὰ Γεννουϊτῶν κακώσουσαν· καὶ ἐκάκω- [C] σαν ἐπιπλεῖστον. χρημάτων τε γὰρ ἐκράτησαν καὶ ἐμπόρων οὐκ ὀλίγων, καὶ ὁλκάδας ἐνέπρησαν πολλάς. ἐπεὶ δὲ ἐπα-

12. τῆς om. P. 17. ἡμῖν P. 21. ἐκάκωσεν M.

aut si istuc non probarent, belli sumptum una tolerarent. At Venetis Tanai prorsus excludi non videbatur e re publica, de communitate autem sumptuum horrebant audire, aiebantque, neminem sibi navigationem, quo sperata invitaret utilitas, ademptorum: simulque, nolentibus etiam Genuensibus, Tanaim cursum dirigebant, qui per vim obsistebant et quosdam mercatores cum onerariis intercipientes, mercibus eos multabant. Inde bellum atrox conflatum, nec parum pecuniae et triremium utrimque deperditum. Tum igitur, ut et imperator Venetis belli socium se adscripsit, triremes militibus complebat, mare cum Venetis obtinebat et ex continente missa manu oppidum obsidebat. Ac primum quidem ab utroque latere et navalis et terrestris copia invadentes, aedes exteriores, (exceptis, quae sub ipsis muris erant,) incenderunt. Deinde agmen ex continente frequenter in dies singulos impetum faciebat arcteque obsidebat, ut Latinos ne prodire quidem extra muros permitteret. Navalem vero turbam bipartito dividens imperator, unam partem illic ad obsidionem reliquit, alteram in Pontum ad Genuates vexandos misit, quod cumulatissime praestiterunt: nam et merces et mercatores non paucos interceperunt et onerarias multas exusserunt.

A. C. 1351 νῆκον ἐκ τοῦ Πόντου, παρεσκευάζοντο πρὸς τὴν τειχομαχίαν,
καίτοι μάλιστα βασιλέως ἀπαγορεύοντος καὶ μὴ δεῖν οἰο-
μένου τείχεσιν ὀχυρωτάτοις καὶ πολλοὺς τοὺς ἀμυνομένους
ἔχουσιν ἐφεστηκότας προσβάλλειν, οὐδεμιᾶς ἐλπίδος οὔσης
περιγίνεσθαι τοῖς ὅπλοις, ἀλλὰ μᾶλλον χρονίῳ κατεργάζε-
σθαι πολιορκίᾳ, καὶ τῷ τῶν Βενετικῶν ναυαρχοῦντι Νικολάῳ
τῷ Πισσαίῳ παραινοῦντος. τῷ δὲ ἐδόκει μᾶλλον τειχομαχεῖν
D ὑπ' ἀπειρίας, καὶ τῶν Ῥωμαίων ἐῴκει ὁμαλῶς καθάπτεσθαι,
ὡς διὰ τὴν ἀτολμίαν σφῶν Γαλατᾶ ἀναλώτου μένοντος, ῥᾷ-
V. 650 στα δυναμένου, εἰ αὐτοῖς καὶ Ῥωμαῖοι συμπροθυμηθεῖεν. δι'
ἃ ὁ βασιλεύς, καίτοι μάλιστα εἰδώς, ὡς οὐ προσήκουσιν
ἔμφρονι καὶ δεινῷ στρατηγῷ ἐπιχειρεῖ, ὅμως ἐπείθετο διὰ
τὸ φύσημα τοῦ Λατίνου καὶ τὸ μὴ δοκεῖν ὑπ' ἀτολμίας
προΐεσθαι τὰ δυνατά. καὶ ἄλλα τε παρεσκευάζοντο ἐπιτήδεια
πρὸς τὴν τειχομαχίαν, καὶ ὁλκάδας μυριοφόρους συζεύξας
δύο καί, ὡς μάλιστα ἐνῆν, δοκοῖς μεγάλοις ἐφαρμόσας, ἔπειτα
πύργον ξύλινον ἐπέστησεν ἐπὶ τοσοῦτον ὕψους ἥκοντα, ὥστε
P. 814 εἶναι τῶν Γαλατᾶ μετεωρότερον τειχῶν. ὀροφάς τε εἶχε τρεῖς,
ἐξ ὧν ἔμελλον ἑστῶτες οἱ ὁπλῖται μάχεσθαι. ἀπὸ δὲ τοῦ
πύργου προβεβλημέναι ἦσαν δύο κεραῖαι μέγισται μεγέθει,
ἃς ᾤοντο διικνεῖσθαι ἄχρι τῶν τειχῶν, ἐφ' ἃς σανίσιν οἱ δη-
μιουργοί, ὥσπερ ἀναβάσεις, θέμενοι, ὁδόν τινα κατεσκεύασαν
ἀπὸ τοῦ πύργου φέρουσαν ἐπὶ τὰ τείχη. ᾤοντο δέ, ὡς, τῶν
ἀπὸ τοῦ πύργου μαχομένων ἄδειαν παρεχομένων καὶ ῥᾳστώ-

8. ἐδόκει M. mg. pro ἐῴκει.

Ubi e Ponto redierunt, ad oppidi expugnationem se instruxerunt, quamquam imperatore nimiopere adversante existimanteque, muros validissimos, multis propugnatoribus supra adstantibus, nulla spe obtinendae victoriae adoriri non oportere, sed longinquitate obsidionis potius rem confectum iri, ac Venetae classis Nicolaum Pisanum ob id monente, cui, ut inexercitato, tentanda videbatur oppugnatio, quique Romanos aeque omnes notabat quodammodo, quasi per eorum timiditatem staret, quo minus Galata caperetur, quod facillime posset, si Romani secum vires alacriter consociarent. Quocirca imperator, etsi evidentissime sciret, eum aggredi, quae prudentem ac peritum ducem non decerent, tamen ne, quae obtineri possent, ipse quadam ignavia e manibus dimisisse putaretur, Latini spiritibus obsecundavit et cum alia ad oppugnationem apta comparavit, tum binas onerarias praegrandes coniunxit et, quantum potuit, trabibus copulavit, ligneamque turrim superposuit, cuius altitudo Galatae muros excederet. Turris illa tabulata habebat tria, in quibus milites consistentes pugnarent. Ab eadem duo cornua longissima proiiciebantur, quae usque ad moenia perventura existimabant, super

νην πρὸς τὴν δίοδον, δι' αὐτῆς τῶν εὐψύχων τινὲς συμβα- A. C. 1351 λοῦσι τοῖς ἐπὶ τοῖς τείχεσι καὶ κρατήσουσι βαλλομένους καὶ ἀπὸ τοῦ πύργου. ὃ κἂν προὐχώρησε κατὰ τὴν ἐπίνοιαν αὐτοῖς, εἰ αἱ κεραῖαι ἄχρι ἀφικνοῦντο τῶν τειχῶν. ἀποδέουσαι δὲ ὀφθεῖσαι οὐκ ὀλίγον, ἄπρακτον τὸ μηχάνημα ἐποίουν. B ταύτῃ δὲ ὁμοίαν, πλὴν τοῦ πύργου, καὶ Φακεωλάτος ὁ πρωτοστράτωρ κατεσκευάζετο, βασιλέως προστεταχότος, μηχανὴν ἐφ' ὁλκάδος καὶ αὐτὸς μεγάλης. ἐπ' ἄκραις δὲ ἐκεῖνος ταῖς κεραίαις ἐσχάραν ἐπέθηκε ξυλίνην· οὕτω δὲ ἦν ἡ ἐσχάρα κατεσκευασμένη, ὥστε κινεῖσθαι καλωδίοις δή τισι καὶ δοκοῖς, ἐφ' οἷς ἐπέκειτο· ἔπειτα ὕλην συμφορήσας τρέφειν δυναμένην πῦρ, ἐπέθηκε τῇ ἐσχάρᾳ. γνώμην δὲ εἶχεν, ὡς ἑνὶ τῶν Γαλατᾶ πύργων ἐπιθήσων ἐξαφθεῖσαν, (ἦσαν γὰρ οὐκ ὀλίγοι ξύλοις ἄνωθεν ἐπεσκευασμένοι,) ὥστε διὰ τοῦ πύργου καὶ C ταῖς οἰκίαις ἐπελθεῖν τὸ πῦρ, ἀνέμου πνεύσαντος. ἀνύειν δὲ οὐδὲν οὐδ' ἡ ἐκείνου ἐπίνοια ἐδύνατο, ἀποδεουσῶν τῶν κεραιῶν. καὶ τρίτην δὲ οἱ Βενετικοὶ προσεξειργάσαντο, ὥσπερ κλίμακα ἀπὸ τῆς νεὼς ἐπὶ τὰ τείχη τῶν πολεμίων. ἐπεὶ δὲ τὰ ἐκ θαλάττης πάντα ἦσαν παρεσκευασμένα, καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου τὰ δέοντα προσεπορίζοντο καὶ κλίμακάς τε κατεσκεύαζον καὶ σιδήρια, οἷς χρῆσθαι ἔμελλον ἐπὶ τῷ τὰ τείχη διορύσσειν, ὕλης τε φάκελοι ἐκομίζοντο ἐφ' ἁμαξῶν, αἷς ἔμελλον πρός τε τὴν διάβασιν τῆς τάφρου χρήσεσθαι, αὐταῖς ἁμάξαις εἰσωθήσαντες, καὶ πρὸς ταῖς πύλαις, εἰ δέοι, ἐνιέναι πῦρ. καὶ D

quibus fabri compactis instar tabulati asseribus pontem ad muros straverant. Credebant autem, iis, qui de turri pugnabant, tuto transeundi facultatem praebentibus, magnanimos quosdam inde progressos, cum oppidanis propugnatoribus in muro commissuros et victuros. Et processisset illis inventum, si extrema cornuum usque ad moenia pertinuissent. Sed quia non parum longitudini deerat, machina inanis fuit. Similem pontem absque turri etiam Phaceolatus protostrator iussu imperatoris super grandi oneraria fecit, et extremis cornibus ligneam basin seu craticulam imposuit, ita compositam, ut quibusdam funibus et vectibus, super quibus iacebat, moveretur, eoque ligna igni alendo idonea congessit, eo consilio, ut incensam uni turrium Galatae imponeret, (erant enim pleraeque ligno superne constructae,) quo per turrim etiam aedes flamma, vento flante, comprehenderet. Sed enim cornibus deficientibus, in nihilum recidit eius cogitatio. Tertiam insuper machinam Veneti tamquam scalas a navi ad muros fabricati sunt. Paratis iam a mari omnibus, etiam a continente quae opus erant, praestabantur, scalaeque et ferramenta quaerebantur, quibus muros perfoderent: et libenter lignorum fasces advehebantur, quibus cum ipsis plaustris

A. C. 1351 ἐπεὶ οὐδὲν ἐνέδει ἔτι, ἡ πεζὴ καὶ ἱππικὴ δύναμις ἐξή
ὧν ἐστρατήγει δεσπότης Μανουὴλ Ἀσάνης, ὁ βασιλίδος
Εἰρήνης ἀδελφὸς, ὑποστράτηγον ἔχων τὸν πρωτοστράτορα
κρασῆν, καὶ περιεστρατοπέδευε Γαλατᾶν. καὶ ἡ ναυτικὴ
παρεσκεύαστο, ὡς εἰς τὴν ὑστεραίαν ἅμα ἕῳ τοῖς τεί
ἐμβαλοῦντες. καὶ οἱ ἐν Γαλατᾷ δὲ παρεσκευάζοντο, ὡς
νούμενοι. τάς τε γὰρ ὁλκάδας καὶ τριήρεις, ὅσας εἶχον,
τέδυσαν πρότερον εἰς τὴν θάλασσαν, κατὰ μίαν ἐφεξῆς
τῶν τειχῶν ἀνάψαντες τοῖς καλωδίοις ἀπὸ τῶν ἐπάλ
ὅσον μὴ παντάπασι καταδύεσθαι, ἀλλ' ἀνάγεσθαι εἶεν
ρεῖς καιροῦ καλοῦντος, καὶ ἄλλα, ὅσα πρὸς ἀποτροπὴν
P. 815 λυσιτελήσειν τῶν μηχανημάτων. συνήνεγκε δὲ αὐτοῖς
μάλιστα τῶν ὁλκάδων ἡ κατάδυσις. αὗταί τε γὰρ ἀν
τοι ἦσαν τῷ πυρὶ διὰ τὸ ὕδωρ, καὶ ταῖς πολεμίαις ν
ἀπόβασιν οὐ παρεῖχον, τάς τε μηχανὰς ἐκώλυον ἐγγὺς
χῶν ἰέναι. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς μετὰ τῆς ἐκ τῆς ἠπ
στρατιᾶς διενυκτέρευσεν ἐλθών· πρωτοστράτορα δὲ τὸν
χανειώτην, ὃς τῶν βασιλικῶν τριηρέων ἐστρατήγει, κα
τῶν Βενετικῶν ἄρχοντα Νικόλαον ἅμα ἕῳ ἐμβαλεῖν ἐκέ
V. 651 ἀπὸ θαλάττης, ὡς καὶ τῆς πεζῆς καὶ ἱππικῆς δυνάμεω
τῆς ἠπείρου ἐμβαλούντων. τριήρεις δὲ ἦσαν αἱ σύμπ
Ῥωμαίων καὶ Λατίνων κατ' ἐκείνην τὴν μάχην δύο καὶ
κοντα. συνέβη δὲ τῆς αὐτῆς νυκτὸς ἐκ Βενετίας τριήρη
B Νικόλαον ἀφῖχθαι, ἣ ἐμήνυεν, ἑβδομήκοντα τριήρεις ἐκ

in fossam iniectis, ad transeundum et ad portas, si opus fore
flammandas uterentur. Cumque nihil iam desideraretur, ped
et equitatus a despota Manuele Asane, Irenes imperatricis
eductus, (cuius legatus seu minor dux Phacrases protostrator,)
tam circumsedit. Et pars navalis iam accincta erat, ut orta
postridie ad muros ferretur, ipsique Galataei ad resistendum
struebant. Nam onerarias et triremes, quotquot habebant,
deduxerant, singulas deinceps ante muros funibus a pinis reli
ne penitus abriperentur, sed pro tempore subduci facile posse
alia quaecumque ad machinas avertendas commodatura cred
Maxime autem illis profuit onerariarum deductio: ipsae enim
consumi nequibant, propter aquam scilicet, et hostiles naves a
ad muros prohibebant. Imperator itaque cum exercitu terrest
veniens, noctem egit: protostratorem vero Tarchaniotam, in
toriis triremibus praefectum, et Venetorum ducem Nicolaum d
centi a mari aggredi iussit, utpote eodem tempore equitibus
ditibus a continente simul aggressuris. Numerabantur autem
pugna triremes Romanorum et Venetorum simul binae supr
ginta. Eadem porro nocte triremem Venetiis ad Nicolaum

νοῦας ἀνηγμένας ἰέναι ἐπ' αὐτούς, ἐκέλευόν τε ἡ βουλὴ καὶ ὁ A. C. 1351 δοῦξ, πρόνοιαν αὐτοῦ καὶ τῶν τριηρέων ποιεῖσθαι, μὴ ὑπὸ τοῦ πολεμίων στόλου ἐγκαταληφθεὶς ἀπόληται. ὁ γὰρ ἐν Γεννούᾳ δῆμος οὐκ ὀλίγῳ χρόνῳ πρότερον πρὸς τοὺς παρὰ σφίσι πολεμήσαντες δυνατούς, τοὺς μὲν ἐξήλασαν, περιγενόμενοι τῶν ἀρίστων καὶ ἀειφυγίαν καταψηφισάμενοι, τοὺς δ' ἀτίμους εἶχον, μήτε βουλῆς ἀξιοῦντες, μήτ' ἀρχῆς μηδεμιᾶς, ἀλλὰ πάντα τρόπον ἐπίεζον καὶ ἐταπείνουν. δημοκρατεῖσθαι γὰρ ἐβούλοντο μᾶλλον, ἢ ὑπ' ἐκείνων ἄρχεσθαι. τοῦ δήμου δέ τινα προστησάμενοι Σίμωνα Μπουκανέγραν προσαγορευόμενον, C ἄρχειν ἐφῆκαν τῶν πραγμάτων, καὶ τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς συνεπιψηφιζομένης. τοῦ Βενετικοῦ δὲ πολέμου τουτουῒ κεκινημένου, ἐπεὶ ἑώρων ἀντικαθίστασθαι ὄντες ἀδύνατοι αὐτοί, μὴ καὶ τῶν δυνατῶν συναιρομένων, οἷα δὴ πολλῶν χρημάτων καὶ μείζονος δεομένου τοῦ πολέμου τῆς παρασκευῆς, τῶν τε φευγόντων ἀρίστων κάθοδον ἐψηφίσαντο καὶ τῆς παρὰ σφίσι μετέδοσαν βουλῆς καὶ τῶν πραγμάτων ἅπτεσθαι ἐκέλευον. οἱ δυνατοὶ δὲ ὁρῶντες, ὡς, ἢν αὐτοὶ πρὸς ὀργὴν τὰς πρὸς τὸν δῆμον διωθῶνται καταλλαγάς, οὐδὲν ἕτερον ὑπολείπεται, ἢ, ἐκείνων διαφθειρομένων ὑπὸ τῶν ἐκ Βενετίας, καὶ αὐτοὺς συγκινδυ- D νεύειν, καὶ δεινὸν ἡγούμενοι καὶ τῶν αἰσχίστων, διὰ τὴν τοῦ δήμου πρὸς αὐτοὺς ἀγνωμοσύνην ἑκόντι προδιδόναι τὴν ἐλευθερίαν καὶ δουλεύειν τοῖς πολλῷ χείροσιν αἰσχρῶς καὶ ἀγεννῶς, ὠνείδισαν μὲν τῷ δήμῳ τὴν ἀγνωμοσύνην καὶ τὴν ἀκρι-

16. μετέδωκαν M. mg.

contigit, quae docebat, septuaginta triremes solvisse Genua et in illos tendere: mandabantque dux et senatus, sibi et navibus suis consuleret, ne ab hostium classe interclusus periret. Populus siquidem Genuensis, iam pridem potentibus oppugnatis, et optimatum victor, alios in perpetuum exilium egerat, alios capite diminutos, neque senatorio ordine, neque ullo magistratu dignabatur, sed omnibus modis eos premebat ac deprimebat: populari enim, quam illorum, imperio uti malebat. Tum vero de plebe quemdam Simonem Buccanegram summae rei publicae praefecerant, idque populus et senatus approbarat. Ceterum bello hoc cum Venetis exardescente, cum se viderent non posse resistere, nisi a potentibus adiuvarentur, quod et multa pecunia et maiore apparatu opus esset, optimatibus reditum ab exilio decreverunt, eos in senatum legerunt et rem publicam capessere iusserunt. Potentes, cum prospicerent, si iratis animis reconciliationem gratiae cum populo aspernarentur, futurum, ut, eo a Venetis attrito, ipsi eamdem calamitatem subirent, et turpe, imo vero turpissimum ducentes, propter populi adversus se crimen ultro libertatem prodere, inhonestamque ac minime ingenuam servitutem

A. C. 1351 σίαν, ὅτι τοὺς ἀρίστους οὕτω προπηλακίζουσιν εὐχερῶς, μηδὲν ἕτερον ἔχοντες ἐγκαλεῖν, ἢ ὅτι βελτίους τῶν πολλῶν εἰσιν, ὑφίσταντο δὲ τὸν πόλεμον προθύμως ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ, καὶ χρήματα παρασχόμενοι καὶ ὅπλα καὶ τὴν ἄλλην συντέλειαν, ὅσην ἔδει· τόν τε στόλον τῶν ἑβδομήκοντα νεῶν παρεσκευάσαντο, καὶ Παγανὴν ἐπιστήσαντες στρατηγὸν ἐκ τοῦ τῶν Ορίων γένους τὸν ἐπιφανέστατον, καὶ συνέσεως καὶ τόλμης ἕνεκα καὶ ἐμπειρίας ὑπερέχοντα τῶν ἄλλων, ἐξέπεμψαν ἐπὶ

P. 816 τὸν πόλεμον. Νικόλαος δὲ ὁ τῶν Βενετικῶν τριηρέων στρατηγὸς, ἐπεὶ ἐπύθετο τὴν περὶ τοῦ τῶν πολεμίων στόλου ἀγγελίαν, καὶ πρότερον ἀτολμότατος πρὸς μάχας ὢν, τότε μᾶλλον ἐξεπέπληκτο καὶ εὐθὺς ἀπεῖδε πρὸς φυγήν· ἵνα δὲ μὴ ἡ παρεσκευασμένη τειχομαχία κωλυθῇ, βασιλεῖ μὲν οὐδὲν ὧν ἐπύθετο ἀπήγγελλε, τὰς σφετέρας δὲ τριήρεις ἔχων καὶ τὴν ἐπὶ τῆς ὁλκάδος μηχανὴν, ὅσον μὴ βάλλεσθαι παρατεταγμένος, μόνον ἐν τοῖς ὅπλοις ἦν, δόκησιν παρέχων, ὡς μαχούμενος, ἔργου δὲ παντάπασιν ἀπείχετο. Ῥωμαῖοι δὲ κατὰ τὸ ἐπίταγμα βασιλέως ἅμα ἕῳ τοῖς τείχεσι προσέβαλον τῶν πολεμίων καὶ

B ταῖς τριήρεσι καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ὁλκάδων μηχαναῖς. αἱ μὲν οὖν μηχαναὶ τῶν τειχῶν μὴ ἐφικνούμεναι, ἄπρακτοι ἐλείποντο. ὅμως ἐγγὺς γενόμενοι οἱ ἐν αὐταῖς ὁπλῖται ἔβαλλον τοὺς ἀπὸ τῶν τειχῶν καὶ πλείστους ἐτραυμάτισαν· ὁμοίως καὶ οἱ ἀπὸ τῶν τριηρέων. ἐτραυματίσθησαν δὲ οὐκ ὀλίγοι καὶ ἀπὸ τῶν βασιλικῶν, καὶ ἔπεσόν τινες. ἐτρώθη

7. Δορίων M. mg. 11. εὐτολμότατος Pontanus.

longe inferioribus servire, sceleis ei et stultitiam exprobrarunt, quod optimates ob hoc solum, quia vulgo praestarent, adeo facile dedecori ac ignominiae subiecissent, bellum pro re publica impigre arripuerunt, arma et reliqua necessaria contulerunt et classem septuaginta navium aedificatam cum praefecto Pagano Auria, viro nobilissimo prudentiaque, fortitudine, experientia ante alios eminente, bellatum miserunt. Nicolaus, Venetarum triremium ductor, ubi classem hostium adventare accepit, quamquam alioqui ad pugnam audacissimus, timore correptus, confestim de fuga cogitavit. Sed ne parata oppugnatio impediretur, imperatorem audita celans, cum triremibus suis et machina super oneraria, extra teli spatium dumtaxat, ordinem armatus tenebat, pugnaturi opinionem praebens, cum re penitus abstineret. Romani diluculo iussa facessentes, cum triremibus et machinis onerariarum muris sese admovent. Verum machinae, quod eos non attingerent, inutiles erant. Nihilo minus qui intus erant milites propiores facti, in propugnatores iacula contorquebant et vulnerabant plurimos. Id ipsum faciebant, qui e triremibus pugnabant. Nec pauci ex imperatoriis vulnerati sunt, ex quibus nonnulli occubuerunt. Quin et

δὲ καὶ ὁ στρατηγὸς Ταρχανειώτης τὸν δεξιὸν ἀγκῶνα βέλει, A. C. 1351
καὶ διήλασεν ἀμφοτέρας τὰς ἐπιφανείας, καίτοι τεθωρακι-
σμένον· μετὰ τοσαύτης προσέπεσε τῆς ῥύμης· ἐξ οὗ μάλιστα
μὲν ἦλθε τοῦ ἀποθανεῖν ἐγγὺς, προνοίᾳ δὲ θεοῦ περιεσώθη,
πολλὰς καὶ ἀνυποίστους ἀλγηδόνας ἐνεγκών· μόλις γὰρ ἐν
ἔτεσι δυσὶν οὐλὴν ἐδέξατο τὸ τραῦμα. βασιλεὺς τε ἐκ τῆς V. 652
ἠπείρου προσβάλλειν τε ἐκέλευε τῇ στρατιᾷ καὶ τῇ τάφρῳ C
ἐμβάλλειν τὰς ἁμάξας, ὡς ἂν τοῖς τείχεσι τὰς κλίμακας ἐρεί-
σωσι, διαβατῆς γεγενημένης. καὶ ἐνέβαλλον οὐ πάσας. ἔτι δὲ
τοῖς στρατιώταις περὶ ταῦτα ἠσχολημένοις, οἱ ἐν Γαλατᾷ τὴν
ἐκ θαλάττης μάχην ἀποσκευασάμενοι, ἔθεον ἐπὶ τὸ μάλιστα
πονοῦν τῶν κατὰ τὴν ἤπειρον τειχῶν, καὶ τὰς πύλας διανοί-
ξαντες, ἐξεχέοντο καὶ πῦρ ἐνίεσαν τῇ ὕλῃ καὶ πᾶσαν κατέφλεξαν
αὐταῖς ἁμάξαις. ἐτραυμάτισαν δὲ καὶ ἀπὸ τῶν τειχῶν βάλ-
λοντες πολλοὺς ἀνθρώπους τε καὶ ἵππους· οὐκ ἐλάττους δὲ
καὶ αὐτῶν ἐτραυματίσθησαν. ὁ βασιλεὺς δὲ ἤδη τὴν ἐπι-
χείρησιν ὁρῶν ἀδύνατον, καίτοι καὶ πρότερον εἰδὼς, ἀπή- D
γαγε τὴν στρατιὰν, καὶ τὴν μὲν πεζὴν ἐκέλευεν ἀναχωρεῖν
αὐτίκα, αὐτὸς δὲ τὴν ἵππον ἔχων ἔμεινεν ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου
καὶ ηὐλίσατο τὴν νύκτα. εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ὡπλισμένην ἀγα-
γὼν τὴν στρατιὰν, ἔστησε πρὸ τῶν Γαλατᾶ πυλῶν ἐφικανὸν,
οὐδεὶς δὲ Λατίνων ἀντεπεξῆλθεν, οὐδὲ βέλος ἀφῆκεν ἐπ'
αὐτούς. ἐκεῖθεν δὲ, ἐπεὶ μηδεὶς ἀντεπεξῄει, εἰς Βυζάντιον ἀνέ-

9. ἐνέβαλον P.

dux Tarchaniota cubitum dextrum per thoracem seu loricam (tanto impetu telum advolavit,) traiectus, paulum a morte abfuit. Divina autem providentia servatus, multos et intolerandos dolores sustinuit: vix enim biennio plaga cicatricem obduxit. Imperator quoque ex continente invadere et currus onustos fossae immittere iussit, ut, ea pervia, scalae ad muros applicarentur. Immiserunt, etsi non omnes. Adhuc in eo negotio militibus occupatis, Galataei, maritima pugna dimissa, qua moenia versus continentem praecipue laborabant, accurrerunt, apertisque portis effusi et igni in virgulta arida coniecto, omnia cum ipsis plaustris combusserunt: ac de muris homines et equos magno numero vulnerarunt: nec ipsi vicissim pauciores vulnera retulerunt. Imperator iam cernens, operam inanem esse, quamquam id futurum antea scivisset, receptui cecinit, et pedites quidem extemplo iussit abscedere: ipse cum equitatu per noctem in castris mansit. Altero die cum armatis diu ad portas Galatae constitit, nec quisquam Latinorum contra processit, nec telum iecit. Inde, quia nullus prodibat, Byzantium se recepit. Nicolaus, Venetorum ductor, occultata causa, ob quam proelio supersedisset, omnino volebat discedere, atque hoc solum elocutus, a senatu et duce sibi

[redacted]

A. C. 1351 στρεφε. Νικόλαος δὲ ὁ τῶν Βενετικῶν ἄρχων τὴν αἰτίαν
ἀποκρύψας, δι' ἣν τῆς τε μάχης ἀπέσχετο παντάπασι καὶ
βούλοιτο ἀναχωρεῖν, μόνον δὲ τοῦτο εἰπὼν, ὡς παρὰ τῆς
βουλῆς καὶ τοῦ δουκὸς ἀποπλέειν κελευσθείη, πρὸς Βενε-
τίαν ἀπεχώρει συνταξάμενος, τὸν πρὸς τοὺς ἐκ Γεννούας πό-
P. 817 λεμον μόνῳ βασιλεῖ καταλιπὼν, ὃς τριήρεσί τε ἐκ θαλάττης
ἐπολιόρκει ταῖς ἰδίαις καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου συχνὰς ἐποιεῖτο
τὰς ἐφόδους, πέμπων στρατιὰν, καὶ πάντα ἔπραττεν, ἐξ ὧν
ἐκείνους πάσχειν ἦν κακῶς, καὶ ἔβλαπτεν οὐ μέτριά τινα.
Νικόλαος δὲ πρὸς Βενετίαν ἀποπλέων, τῷ τῶν πολεμίων στόλῳ
περιέτυχε, προαισθόμενος δὲ ἔφευγεν, ᾗ τάχους εἶχεν, ἐπε-
δίωκόν τε οἱ πολέμιοι, φθάσας δὲ αὐτοὺς πρὸς τῇ κατὰ τὴν
Εὔβοιαν πολίχνῃ, ᾗ αὐτοῖς ἐστιν ὑπήκοος, τάς τε τριήρεις
διέσωσεν οὐδεμίαν ἀπολέσας, καὶ περιεποίησε τὴν πολίχνην,
ῥᾷστα ἂν ἑαλωκυῖαν, εἰ μὴ φθάσαντες αὐτοὶ εἰσῆλθον.

B κζ. Ἐν τούτοις δὲ τῶν πραγμάτων ὄντων, καὶ ὁ τῶν
βασιλέων πόλεμος αὖθις ἤρχετο καὶ ἐλάμβανεν αἰτίας οὐ
μικράς. οἱ γὰρ ἐν Θεσσαλονίκῃ μετὰ βασιλέως ὑπολελειμ-
μένοι τοῦ νέου Ἰωάννου οὐκ ἠγάπων τοῖς παροῦσιν, ἀλλὰ
C νεωτέροις ἐπεχείρουν καὶ βασιλέα τὸν νέον ἐξεπολέμουν βα-
σιλεῖ τῷ κηδεστῇ, καίτοι οἱ πολλῆς εὐμενείας παρὰ Καν-
τακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ τυγχάνοντες καὶ τῶν εὔνων καὶ οἰ-
κείων μάλιστα δοκοῦντες εἶναι. ἔφασαν γὰρ ἀγανακτεῖν
ὑπὲρ αὐτοῦ ἀδικουμένου καὶ τῆς πατρῴας ἡγεμονίας ἀπο-

21. οἱ om. V.

mandatum, uti rediret, salute dicta, Venetias renavigavit, bello contra Genuates soli imperatori relicto, qui triremibus suis e mari Galatam obsidebat et a continente crebris eam impressionibus lacessebat nihilque ad oppidanos affligendos praetermittebat: nec sane mediocriter illos vexabat. Nicolaus Venetias cursum tenens, in hostium classem devenit, quam praesentiens summam in fugiendo celeritatem adhibuit, et hostes insequentes effugiens, apud Euboeae oppidulum, Venetis subiectum, triremes servavit ipsumque tutatus est, quod Genuenses cepissent, ni ille intrando antevertisset.

λως θ' ὅταν οἱ ἀκούοντες οὐ λόγοις ὦσι μόνον πολλάκις περὶ A. C. 1353 τῶν αὐτῶν δεδιδαγμένοι, ἀλλὰ καὶ τοῖς πράγμασιν αὐτοῖς D παρηκολουθηκότες, ἐξ ὧν ἐσχήκασι σαφῆ καὶ φανερὰν τὴν ἀπόδειξιν τῶν λεγομένων. ὡς μὲν οὖν ἀδίκως πεπολέμημαι μετὰ τὴν βασιλέως τελευτὴν καὶ πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ὑπέμεινα τὰς δυσχερείας καὶ τὰς ἐπιβουλὰς καὶ τοὺς κινδύνους, καὶ ὡς μετὰ τὴν τοσαύτην τῶν δεινῶν ἐπιφορὰν καὶ, τοῦ κρείττονος συναιρομένου, τοὺς ἀντιτεταγμένους σύμπαντας κεκρατηκὼς, οὐ τοῖς ἴσοις ἠμειψάμην, ἀλλ' ἐφιλονείκησα πᾶσαν ὑπερβολὴν προσθεῖναι τῇ μεγαλοψυχίᾳ, καὶ ὡς οὐ πάντα τἄλλα προεῖμαι μόνον εὐχερῶς, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν, ὑπὲρ ἧς ἐδόκουν τὰ δεινὰ ὑπομενενηκέναι, βασιλείαν, (ἴστε γὰρ δήπου σύμπαντες, ὡς τήν τε παῖδα τὴν ἐμὴν συνῴκισα τῷ νέῳ βα- P. 852 σιλεῖ καὶ τῆς ἀρχῆς μετέδωκα εὐθὺς, καὶ βασιλίδα τὴν μητέρα τῆς προτέρας δόξης καὶ τοῦ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι Ῥωμαίων δεσπότιν ἀπεστέρησα οὐδὲν,) παρήσειν μοι δοκῶ, πάντων ὑμῶν σαφέστατα εἰδότων καὶ οὐδεμιᾶς δεομένων περὶ ταῦτα ἀποδείξεως. ὅτι δὲ μετὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συμβάσεις οὐδενὸς ἠμέλησα τῶν καθηκόντων πρὸς αὐτοὺς, ἀλλὰ πᾶσαν ἐπεδειξάμην καὶ σπουδὴν καὶ εὔνοιαν, καὶ οὐδεμίαν ἐν οὐδενί ποτε πρόφασιν αὐτοῖς πολέμου παρεσχόμην, νῦν ἐναργῆ πειράσομαι τὴν ἀπόδειξιν τὴν ἐκ τῶν λόγων παρασχέσθαι. εὐθύς τε γὰρ μετὰ τοῦ πολέμου τὴν κατάλυσίν τινων τῶν παρ' ὑμῖν μάλιστα ἐπιφανῶν δυσανασχετούντων καὶ ἀναινομένων B

15. δεσπότην M. 19. ἐν om. P.

per afferentibus contrarii, perinde in vitio sunt: praesertim cum, qui audiunt, non solum sermone de iisdem docti saepe fuerint, sed rebus ipsis quoque ea compererint, quae certam ac manifestam verbis fidem conciliarunt. Me igitur imperatore Andronico mortuo iniuste ut hostem oppugnatum, multosque et varios casus, insidias, pericula subiisse, et post tantos malorum turbines, nemine opitulante, adversarios vicisse, nec paria retulisse, sed omni ratione magnitudinem animi exaggerare studuisse, et non solum cetera omnia, sed et ipsum, pro quo infanda perpessus videbar, imperium reliquisse, (scitis enim nimirum omnes, quo modo et filia mea iuniori imperatori collocata, collegam meum statim illum cooptarim, et Augustam, eius matrem, priori appellatione, ut esset videlicet et diceretur Romanorum domina, penitus non privaverim,) haec, inquam, silentio praeterire mihi certum est, quando nemo vestrum adest, cui ea non sint notissima, ut proinde a me nullam probationem requirat. Quod autem post sancitum foedus eorum dignitatem cordi habuerim et omnia in eos officia omneque benevolentiae munus

[redacted]

A. C. 1353 ὅρκους ἐπὶ δουλείᾳ παρέχεσθαι τῷ νέῳ βασιλεῖ, καὶ βαρὺ
καὶ ἐπαχθὲς λογιζομένων, ᾧ πάσῃ δυνάμει πεπολεμήκασιν
ἄχρι τότε, τούτῳ μετὰ τὸ δοκεῖν κεκρατηκέναι αὖθις ἑαυ-
τοὺς ὑπάγειν καὶ καταδουλοῦν, καὶ μὴ ταύτην ἐπιτιθέναι
τὴν ἀνάγκην, ἀλλ' ἐμοὶ μόνῳ τὴν δουλείαν ὀφείλειν δεομέ-
νων, οὐκ ἠθέλησα αὐτὸς, ἀλλ' αὐτοῦ τε ἕνεκα τοῦ καλοῦ καὶ
τοῦ δικαίου καὶ τῆς εἰς βασιλέα τὸν γαμβρὸν εὐνοίας τοὺς
πολλοὺς ὑπὲρ ἐμοῦ πόνους καὶ κινδύνους ἐκείνων ὑπεριδὼν
καὶ τῆς ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον ἀμυθήτου κακοπραγίας, ἀπει-
πάμην φανερῶς καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐκέλευον ἀνα-
χωρεῖν, εἰ μὴ βούλοιντο καὶ βασιλεῖ τῷ νέῳ παρέχεσθαι
C τοὺς ὅρκους καὶ δουλεύειν ἀκριβῶς, ὥσπερ οἴονται κἀ-
μοὶ προσήκειν· ἐκείνῳ δὲ καὶ μᾶλλον, ὅσον ἐμοὶ μὲν οὐκ
εἰς τοὺς παῖδας ἔγνωσται διαβιβάζειν τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' ἐ-
κεῖνον καταλείπειν κληρονόμον, ἐκείνῳ δὲ εἰς παῖδας καὶ
παῖδας παίδων διαβήσεται. ἃ καὶ ἔπραττον, ᾗ ἐκέλευον αὐ-
τὸς, καὶ παρείχοντο τοὺς ὅρκους ὑπ' ἀνάγκης. αὖθις δὲ
τῶν βασιλίδι προσεχόντων τραπομένων τινῶν εἰς νεωτερι-
σμοὺς καὶ συνθεμένων, ἀπάτῃ συναρπάσαντας τὸν νέον βα-
V. 680 σιλέα, διαβαίνειν ἐπὶ Γαλατᾶν καὶ πόλεμον ἐγείρειν ἐπ'
ἐμὲ, δύναμιν συμποριζομένους, ὅθεν ἂν ἐξῇ, οἱ μὲν φωρα-
D θέντες ἔδοσαν τῆς κακουργίας δίκην, ἐκεῖνοι δὲ οἱ βαρέως
φέροντες τὴν ὑπὸ βασιλεῖ δουλείαν, ὥσπερ εὐλόγου προφά-

contulerim, nec ullam unquam in ullo belli occasionem suppeditarim, nunc evidenter conabor demonstrare. Protinus enim, ut bellum consopitum est, quibusdam inter vos illustrissimis id aegre ferentibus et iuniori imperatori obedientiam iurare detrectantibus graveque et onerosum fore ratiocinantibus, qui cum totis viribus ad eum diem belligerassent, ei iam victo, ut appareret, rursum se subdere ac subiicere, et orantibus, ne tali eos necessitate constringerem, sed mihi soli subiectionem debere sinerem, ego nolui, et amore honestatis atque iustitiae et ipsius imperatoris generi mei exantlatos ab iis mea causa labores, adita discrimina et diuturnam eorum incredibilemque calamitatem parvi pendens, libere denegavi et solum Romanum vertere iussi, nisi etiam illis sacramentum vellent dicere et subesse perfecte, quemadmodum ut mihi subessent, decere arbitrarentur, imo vero illi perfectius, quod mihi non stat, imperium in filios transmittere, sed illum heredem relinquere, qui id ad natos ac nepotes transmittet. Huic postulationi meae, quamquam inviti, obsequentes iuraverunt. Rursus, cum quidam de studiosis imperatricis rerum novarum cupidi inter se pacti essent, per fraudem abrepto secum iuniore imperatore, Galatam petere, et undeunde contracto exercitu, bellum contra me concitare, illi quidem de-

σεως εὐπορήσαντες, αὖθις ἠξίουν μὴ ἐνέχεσθαι τοῖς ὅρκοις, A. C. 1353
ἀλλ' ἀπολελύσθαι τῆς ἀνάγκης καὶ πράττειν, ὅ,τι ἂν δοκῇ συμφέρειν σφίσιν. ἐγὼ δὲ οὐδ' ἄκροις ὠσὶ τὸν λόγον ἠνεσχόμην, ἀλλὰ βασιλέα μὲν καὶ τὴν μητέρα ἠξίουν ἐνέχεσθαι μηδεμιᾷ γραφῇ, ἅτε συνειδότας τοῖς νεωτερίσασι μηδὲν, ἐκείνους δὲ ἐκέλευον ἠρεμεῖν καὶ μὴ πρόφασιν ζητεῖν, ἐξ ἧς αὖθις τὴν Ῥωμαίων ἐμπλήσουσι πολλῶν κακῶν. ἐκείνων δὲ οὐδ' οὕτω πεπεισμένων, ἀλλὰ Ματθαῖον ἐξηπατηκότων τὸν ἐμὸν υἱὸν καὶ πεπεικότων ἰδίαν συστήσασθαι ἀρχὴν, πόλεις κατασχόντα τινὰς P. 853
καὶ χώραν ἀποτεμόμενον τῆς ὅλης ἡγεμονίας, οὔτ' ἐνέδωκα διὰ τὸ πρὸς τὸν παῖδα φίλτρον, οὔτ' ἀμελῶς καὶ ῥαθύμως εἶχον περὶ τὰ τοιαῦτα, ὡς μικρᾶς καὶ τῆς τυχούσης ἄξια φροντίδος, ἀλλὰ πᾶσαν πρόνοιαν ἐποιούμην ἀπάγειν τῶν ἀτόπων τὸν υἱόν. καὶ πέμψας βασιλίδα τὴν αὐτοῦ μητέρα, μὴ τοιαῦτα ἔπειθον νεωτερίζειν, ἀλλ' ἀσφαλῶς ἐμοί τε καὶ βασιλεῖ δουλεύειν τῷ γαμβρῷ. καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἄν τις ἐξετάζων εὕροι διὰ παντὸς ἐμοὶ τοῦ χρόνου πεπραγμένα. ἐξ ὧν ἔστι μάλιστα ἐναργεστάτην ἀπόδειξιν λαβεῖν τοῦ μηδὲν ἐμὲ μήτε πεπραχέναι, μήτε διανενοῆσθαι, ἐξ ὧν ἄν τις οἰηθείη τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐκεῖνον βούλεσθαι ἀποστε- B
ρεῖν· τοὐναντίον μὲν οὖν ἅπαν πάντα πράττειν, ἐξ ὧν βεβαίως ἕξειν περιέσται. ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ὤφθη κἀκεῖνος ἐμοὶ τὴν ἴσην εὔνοιαν διασώζων, ἀλλ' ἐπὶ Θεσσαλονίκην ὑπ' ἐμοῦ

prehensi, mercedem sceleris sui susceperunt. Qui vero animis parum aequis imperatori suberant, velut idoneam causam nacti, denuo iurisiurandi religione absolvi postularunt et facere posse, quod ex re sua videretur. Ego vero ad haec surdus, imperatorem et matrem, tamquam nescios, quae illi novitatis consilia coquerent, omni culpa liberavi et postulatoribus praecepi, ut se continerent, nec Romanum imperium de integro aerumnis cumulandi praetextum quaererent. Cum ne sic quidem desinerent, sed Matthaeo filio meo decepto persuasissent, ut, occupatis quibusdam urbibus et parte quadam de toto imperio avulsa, suum sibi principatum institueret, nec amori paterno succubui, nec dissolute et oscitanter in hoc negotio, quasi minuto, nec singulari cura digno me gessi, sed omnimodis elaboravi, ut filium a coeptis illicitis abducerem, et missa insuper eius matre, ut novis rebus supersedens, mihi et genero imperatori se tuto subiiceret, perfeci. Atque istiusmodi complura me semper praestitisse, qui indagaverit, inveniet. Ex quibus clarissime liquet, me nec facto, nec cogitatione ausum, unde quispiam opinari queat, me illum imperio spoliare velle; quin contrarium potius, nempe me id agere, ut id ipsum illi bene securum ac stabile permaneat. At ille nequaquam parem mihi animum remensus est. Nam Thessalonicae a

A. C. 1353 καταλειφθεὶς, ὡς τὰ ἐκεῖσε πράγματα διαφυλάξων ἄχρις ἐπανήξω παρασκευασάμενος, οὐκ ἐφύλαξεν, ὥσπερ ἔδει. πειθόμενος γὰρ ἀνθρώποις φαύλοις καὶ διεφθορόσι καὶ κέρδους ἕνεκα μικροῦ οὐ σύμπασαν μόνον τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν, ὑπὲρ οὗ ταῦτα πράττειν ἐδόκουν, προϊεμένων, ἐμοὶ μὲν πόλεμον ἤρατο φανερῶς, ὃς πάντα ἔπραττον,
C ὅπως αὐτῷ βελτίω καὶ μείζω ποιήσω τὴν ἀρχὴν, πρὸς Κράλην δὲ ἐτίθετο σπονδὰς καὶ συμμαχίαν, καὶ τῶν ὄντων ἀφιστάμενος, ὥστε μόνον λυπ.,. ὃς ἐμοὶ τῷ πάνυ μάλιστα φιλοῦντι φαίνεσθαι. ἐγὼ δὲ οὐκ εὐθὺς πρὸς ἄμυναν ἐτρεπόμην, οὐδὲ τοῦ περὶ αὐτὸν φίλτρου τὸ παράπαν οὐδὲν ὑφῄρουν, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐνάγοντας πρὸς τὰ τοιαῦτα μάλιστα εἶχον ἐν αἰτίαις, ἐκείνῳ δὲ πολλὴν ᾠόμην δεῖν παρέχεσθαι συγγνώμην, οὐ διὰ τὴν ἡλικίαν μόνον, ῥᾳδίαν οὖσαν ὑπὸ πονηρῶν παράγεσθαι ἀνθρώπων, ἀλλ', εἰ δεῖ τι καὶ τἀληθὲς εἰπεῖν, νικώμενος ὑπὸ τοῦ φίλτρου. καὶ βασιλίδα τὴν μητέρα πέμψας, πάντα ἔπραττον, ἐξ ὧν ἐνόμιζον ἀποστήσειν τῶν οὐ καλῶν ἐκείνων ἐπιχειρήσεων καὶ πρὸς τὴν προτέραν
D ἐπανήξειν εὔνοιαν ἐμοί. ἃ καλῶς ποιοῦσα πάντα ἔπραττεν ἐκείνη καὶ μετὰ τοῦ προσήκοντος αὐτῇ φρονήματος. δεηθέντος δὲ πόλεις αὐτῷ παρασχέσθαι, ὅσας ἤθελεν, ὥστε ἄρχειν αὐτὸν ἰδίᾳ καὶ μηδὲν εὐθύνεσθαι παρ' ἐμοῦ πρὸς τὴν ἀρχὴν, μικρολογεῖν μὲν αὐτὸν ᾤόμην καὶ μὴ ἑαυτῷ προσήκον-

11. ἀφῄρουν M. mg. 23. αὐτὸ P.

me relictus, ut eius civitatis custos, donec paratus et instructus redirem, malum custodem egit. Siquidem hominibus improbis ac nefariis et lucelli gratia non solum universum Romanum imperium, sed ipsum quoque, cui in hoc retinendo studere videbantur, prodentibus, auscultans, mihi non dissimulanter bellum intulit, qui nihil non faciebam, quo imperium ei beatius atque latius redderem: ruptoque quod mecum intercedebat foedere, cum Crale societatem pactus est, tantum ut me sui amantissimum cruciaret. Ibi tum ego non statim ad ulciscendum insurrexi, neque meum erga illum amorem funditus abieci, sed culpam omnem in impulsores conieci: ei autem non ob aetatem modo, hominum nequam strophis et fraudibus valde opportunam, sed, ut verum dicam, caritate victus, omnino ignoscendum putavi, legataque eius matre tentavi omnia, quo illum a conatibus parum laudabilibus retraherem et in priorem erga me amicitiam reducerem. Quod quidem illa, ut decuit, et quo spiritu illam decuit, effectum dedit. Ubi postea rogavit, sibi urbes privatim possidendas attribui, quot vellet, quarum gubernationis nullam a me rationem posceretur, arbitratus sum, parva illum magni facere, nec id ex dignitate sua, dum haud longo post tempore universorum dominus futurus,

τα ποιεῖν, μέλλοντα ὀλίγῳ ὕστερον συμπάντων εἶναι κύ- A.C. 1353
ριον, ὀλίγων ἄρχειν δεῖσθαι πρὸ καιροῦ· προθύμως δὲ ὅμως παρεσχόμην, δεῖν χαρίζεσθαι νομίζων τοῦ νέου τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ Διδυμότειχον προσετίθουν εἰς φιλοτιμίαν, ἀντίῤῥοπον οὖσαν πόλιν τῶν ἄλλων, ὧν αὐτὸς ᾐτεῖτο, ὥσπερ δήπου καὶ αὐτοὶ ἐπίστασθε σαφῶς. γενομένῳ δὲ ἐν P. 854
Βυζαντίῳ πάντα τὰ δέοντα παρῄνουν καὶ συνεβούλευον ἐξέχεσθαι ἐμοῦ παντὸς μᾶλλον φιλοῦντος, καὶ πολέμιον ἡγεῖσθαι φανερῶς ἐκεῖνον, ὃς ἂν ἐπιχειροίη πείθειν, ὡς κακὸς ἐγὼ περὶ αὐτὸν, τὴν ἐκ τῶν ἔργων ἔχοντι ἀπόδειξιν λόγου V. 681
παντὸς ἰσχυροτέραν. ἔπειτα ἐξέπεμπον χαίροντα χαίρων ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, καὶ βασιλίδα τὴν γυναῖκα συνέπεσθαι κελεύσας· οὕτως οὐδὲν ὑπώπτευον δεινὸν περὶ αὐτοῦ. εἰδὼς δὲ αὐτὸν οὐ καλὰς περὶ τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν ἔχοντα ἐννοίας, ἀλλ' οἰόμενον ἐφεδρεύειν αὐτῷ πρὸς τὴν ἀρχὴν καὶ τρόπῳ δή τινι μετάγειν ἐφ' ἑαυτὸν πειρᾶσθαι, ἀναγκαῖον μὲν ἐνόμιζον πρὸς Θρᾴκην καὶ αὐτὸς ἐλθὼν διαλύειν τὴν μικροψυχίαν καὶ πείθειν ἀλλήλοις εὐνοεῖν· κατεχόμενος δὲ ὑπὸ τοῦ πρὸς B
Λατίνους πολέμου τότε καὶ Βυζαντίου μὴ δυνάμενος ἀφίστασθαι, ἔπεμπον τὴν βασιλίδα, ὡς πάντα πράξουσαν, ὅσα περ ἂν ἐγὼ, καὶ διαλλάξουσαν ἀλλήλοις τοὺς υἱούς. τὸ δ' ἐναντίως ἀπέβαινεν, ἢ αὐτὸς ᾠόμην. οὐ μόνον γὰρ οὐδὲν ἔπραττε τῶν δεόντων ὁ νέος βασιλεὺς, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ βασιλίδα τὴν γυναικὸς μητέρα ἄπρακτον ἀποπέμψαι πρὸς

paucis ante tempus imperitare concupisceret. Tamen cupiditati iuvenis gratificandum ducens, dedi lubens, et honoris causa Didymotichum adieci, urbem aequiparandam aliis, quas petebat, simul omnibus, quemadmodum ipsi probe nostis. Byzantium cum venisset, quaecumque ex eius officio essent, admonui suasique, ut mihi, quo amiciorem haberet neminem, coniunctus, capitalem inimicum numeraret, qui secus me affectum illi persuadere niteretur, quando animi mei sincerissimi argumenta ex factis ipsis quavis oratione ad probandum firmioribus exstarent. Ita gaudens gaudentem ad provinciam suam emisi, et uxorem meam sequi iussi: usque adeo nihil ab illo metuebam mali. Et quia sciebam, eum de fratre uxoris suae sinistra sentire putareque, illum peculio suo insidiari, et illud quodam modo ad se transferre conari, ad medendum huic effeminato timori et ad eos benevolentia mutua copulandos iter in Thraciam necessarío mihi suscipiendum censui. Verum tamen Latino bello obstante, per quod Byzantio abesse non licebat, misi ad coniugem meam, quae munus meum fungeretur filiosque concordia inter se devinciret. Sed aliter cecidit, quam sperabam. Etenim Palaeologus imperator non modo officio suo prorsus defuit, sed

[redacted]

A. C. 1353 πόλεμον ἐχώρησεν εὐθὺς καὶ ἄλλας τε πόλεις ὑπηγάγετο, ἃς αὐτὸς οὐ παρεσχόμην, καὶ τῷ γυναικὸς ἐπεστράτευσεν ἀδελφῷ, οὐδὲν ἠδικηκότι πρότερον. καὶ κατακλείσας πρὸς C τὴν ἄκραν Ἀδριανοῦ τῆς πόλεως ἐπολιόρκει, οὐ Ῥωμαίους μόνον ἄγων, ἀλλὰ καὶ βαρβάρους κατὰ συμμαχίαν. ἐγὼ δ' ἐπεὶ μέλλειν οὐκ ἐνῆν, ᾗ τάχιστα εἶχον, ἐν Ἀδριανοῦ γενόμενος, τὸν μὲν υἱὸν ἀπήλλαττον τοῦ κινδύνου, βασιλέα δὲ τὸν νέον οὐδὲν ἠνώχλουν πρότερον εἰς Διδυμότειχον ἀπηρκότα, ἀλλὰ καὶ πρέσβεις πέμψας, ἐδεόμην κατατίθεσθαι τὸν πόλεμον. ὁ δ' ὑπὸ τῶν ἀγόντων πεπεισμένος καὶ τὴν ἐμὴν παραίνεσιν ἐν ὀλίγῳ θέμενος, οὐδὲν ἧττον ἢ πρότερον ἐπολέμει, καὶ ἄλλα τε ἔπραττεν, ὅσα πολέμιον εἰκὸς, καὶ συμμαχίαν ἐκ Τριβαλῶν καὶ Μυσῶν μετεκαλεῖτο. ἐπεὶ δ' ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐκεῖνοι διεφθάρησαν, οὓς αὐτὸς μετεπεμψάμην ἐξ D Ἀσίας, πρεσβείαν καὶ αὐτὸς πρὸς Σουλιμὰν τὸν τῆς Περσικῆς ἡγούμενον ποιούμενος στρατιᾶς, (ἐδόκει γὰρ αὐτῷ λυσιτελεῖν πείθειν ἐκεῖνον εἶναι μὴ πολέμιον αὐτῷ,) ἔπεμπε καὶ γράμματα, ἐν οἷς ἐπιμνησθεὶς ἐμοῦ, οὐ βασιλέα προσηγόρευεν, ἀλλὰ Καντακουζηνὸν ἁπλῶς· ὃ μέγιστα ἐλύπησεν, ἀπόδειξιν ἐναργεστάτην οἰηθέντα τοῦ μέχρι καὶ τοῦ δυνατοῦ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς ἐμὲ τηρεῖν ἀκατάλυτον πεπεῖσθαι. ἤδη δὲ τὰ τελευταῖα ταῦτα νῦν, ἐπεὶ μὴ μένειν πρὸς τὰς τῆς Θρᾴκης πόλεις ἠδυνήθη, οὐχ οἷός τε ὢν ἀντέχειν ἔτι πρὸς τὸν πόλεμον, πρὸς Τένεδον ἐπεραιώθη, καὶ

19. καὶ add. M. post ἀλλά. 21. ἀκατάλυκτον P.

etiam frustra dimissa imperator socru sua, mox ad arma venit et cum alia oppida a me non data subegit, tum in fratrem uxoris, a quo nulla erat lacessitus iniuria, cum Romanis barbaros quoque duxit eumque in arce Adrianopolitana conclusum obsedit. Ego, quoniam procrastinationi locus haud dabatur, quam citissime potui, Adrianopolim profectus, et filium periculo exemi, et Palaeologo imperatori, qui paulo ante Didymotichum concesserat, molestiarum nihil creavi, quem per legatos, uti bello temperaret, admonui. Verum ille a sollicitatoribus suis inductus, spreta hortatione mea, haud secus, ac prius, bellum urgere perrexit et cum alia, quae solent hostes, perpetravit, tum auxilium ex Triballis advocavit. Quos postquam barbari a me ex Asia accersiti contriverunt, ad Sulimanum, Persicarum copiarum ducem, cuius amicitiam sibi commendaturam credebat, legatos cum litteris misit, in quibus mei mentionem faciens, non imperatorem, sed tantummodo Cantacuzenum appellavit: id quod me momordit vehementer, interpretantem id signum manifestissimum, obdurasse, ut, quoad posset, bellum contra me continuaret. Iam vero ad extremum nunc, quia in Thraciae

συμποϱισάμενος δύναμίν τινα ὀλίγην ναυτικὴν, ἐν τοῖς και- A.C. 1353
ϱιωτάτοις ἐπεβούλευσεν. οὐ γὰϱ ἴσον, πόλεις καὶ νήσους τὰς P. 855
ὑπ' ἐμοὶ τελούσας ἴσως καταδουλοῦσθαι, καὶ αὐτῇ ἑστίᾳ ἐπελ-
θεῖν. τούτου δὲ ὄντος οὕτω δεινοῦ, ἕτερον αὐτῷ πολλῷ δει-
νότερον καὶ μεῖζον εἰς ἀπεχθείας λόγον ἐτολμήθη. τοῖς γὰϱ
ἑπομένοις ναύταις καὶ μάλιστα τοῖς ἐκ τῆς τριήϱεως, ἧς
ἐπέβαινεν αὐτὸς, ἀδεῶς ἐφῆκεν ὑβϱίζειν εἰς ἐμέ· ὃ οὐκ ἂν
ἐτόλμησεν, ἐδόκουν, εἰ μὴ πεπεικὼς ἦν μάλιστα ἑαυτὸν ἀσύμ-
βατον μέχϱι παντὸς τὸν πόλεμον τηϱήσειν. ὡς μὲν οὖν ἄχϱι
τέλους ἀπ' ἀϱχῆς ἴσον ἑαυτῷ καὶ ὅμοιον ἐν πᾶσιν ἐμαυτὸν
τετήϱηκα ἐγὼ καὶ πϱόφασιν οὐδεμίαν ἐκείνῳ πολέμου παϱε-
σχόμην, πάντας οἴομαι πεπεῖσθαι ἐκ τῶν εἰϱημένων. ἐκεί-
νου δὲ οὐδενὸς τῶν ὅσα ᾤετο λυπεῖν ἀποσχομένου, οὐδένα B
τῶν νοῦν ἐχόντων οἴομαι ἐμοὶ δικαίως ἐγκαλέσειν, εἴ τι πα-
ϱὰ τὰ δεδογμένα πϱότεϱον πϱάξω νῦν μεταβαλών. οὐ γὰϱ
εὐκολίᾳ τϱόπων ἐπὶ τοῦτο ἤχθην, οὐδ' εἰκῇ καὶ μάτην ἐκεῖ-
νον βουλόμενος λυπεῖν, ἀλλ' ἠναγκασμένος ὑπ' ἐκείνου. τίνα
γὰϱ ἔχει λόγον, ἐκεῖνον μὲν ὑβϱίζειν εἰς ἐμὲ καὶ πάντα
τϱόπον πειϱᾶσθαι κατάδηλον ποιεῖν, ὡς ἀσυμβάτως ἕξει,
ἐμὲ δὲ ὥσπεϱ πϱὸς τὰ πϱαττόμενα ἀναισθητοῦντα, μηδὲν V. 682
τῶν γινομένων οἴεσθαι δεινόν; τὸ μὲν οὖν τὴν ἀεὶ μελετω-
μένην ἀεὶ διαδοχὴν τῆς βασιλείας, τό γε εἰς ἐμὲ ἧκον, αὐ-
τὸν ἀποστεϱεῖν ἐμὸν ἂν εἴη, εἰ μὴ μεταβάλοιτο καὶ τῆς C

12. πάντως P. 15. πϱάξων P. 23. μεταβάλλοιτο P.

urbibus perseverare nequivit, (amplius scilicet non valens resistere,) Tenedum navigavit, conquisitaque manu navali exigua, caput rerum insidiose aggressus est. Nec enim forsitan perinde est, urbes et insulas ditionis meae subiugare, et ipsos imperii penates inopinato adoriri. Cum autem hoc ita grave sit, aliud longe gravius et odiosius ausus est. Remigibus enim, et suae praesertim triremis, conviciis in me debacchari impune permisit: quod neutiquam ausus fuisset, ut existimo, nisi fixum penitus apud animum haberet, immortale adversus me bellum gerere. Quod igitur a principio ad finem semper in omnibus eumdem me meique similem illi praestiterim, nec arma eius aliquando provocaverim, ex iis, quae dixi, cuilibet fidem factam opinor. Quoniam autem ipse eorum nullo, quae mihi acerba putaret fore, abstinuit, credo equidem e prudentibus fore nullum, qui iure me reprehendat, si nunc mutata sententia, ipse decreta mea priora posthabuero, quando non levitate aliqua, nec temere illum et sine causa contristari volens, sed ab eo coactus huc adducor. Quale enim est, illum petulanter in me insultare et eniti modis omnibus, ut omnes intelligant, eum pacem aspernari, me autem velut sensu orbatum atque truncum, nullo eo-

[redacted]

A. C. 1353 προτέρας κακίας ἀντίῤῥοπον ἐνδείξαιτο εὐγνωμοσύνην. το δὲ Ματθαῖον τὸν ἐμὸν υἱὸν ἀποδεικνύειν βασιλέα οὐκέτ᾽ ἂν εἴη μόνον ἐμοῦ· (οὐδὲ γὰρ οὐδέπω πρότερον ἄχρι νῦν τῶν πάντων οὐδὲν εἰς τοῦτο ἠδυνήθη ἀγαγεῖν, καίτοι πολλάκις ὑμῶν πολλὰ παρὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον, ὅτε καὶ μάλιστα ἡ πρᾶξις ἂν ἐδόκει τὸ εὔλογον διασώζειν, δεηθέντων περὶ τούτου·) ἀλλὰ μάλιστα μὲν ὑμῶν τῶν δεομένων καὶ πολλὴν ὑπὲρ τούτου τὴν προθυμίαν εἰσενηνεγμένων καὶ σπουδὴν, οὐχ ἧττον δὲ κἀμοῦ δίκαιά τε ὁμοῦ καὶ σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τοῖς ὅλοις πράγμασι συμφέροντα κρίναντος ὑμᾶς αἰτεῖν. C
D πράξω μὲν οὖν ἐγὼ κατὰ τὴν ἀξίωσιν ὑμῶν. ὑμέτερον δ᾽ ἂν εἴη στέργειν τὰ ἐψηφισμένα, καὶ μὴ νῦν μὲν οὕτω προθυμεῖσθαι περὶ ταῦτα, ὀλίγῳ δὲ ὕστερον, εἴ τι προσπίπτοι δυσχερὲς, ῥᾳδίως μεταβάλλεσθαι." τοιαῦτα μὲν βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς περὶ βασιλέως τοῦ νέου διειλέχθη, καὶ τοιαῦτα ἐγκλήματα ἐπῆγεν, ἐξ ὧν ᾤετο δίκαια ποιεῖν. βασιλεὺς δὲ ὁ νέος ὕστερον μετὰ τοῦ πολέμου τὴν κατάλυσιν τὰ ἴσα ἐγκαλούμενος ὑπὸ τοῦ κηδεστοῦ, ὥσπερ ἀπολογουμένου, ὅτου ἕνεκα αὐτὸν μὲν ἀποχειροτονήσοι, τὸν δὲ υἱὸν Ματθαῖον ἀποδείξοι βασιλέα, περὶ μὲν τῶν ἄλλων οὐδὲν εἶχεν ἀντιλέγειν, τοῦ μέντοι ἐν τοῖς πρὸς Σουλιμὰν τὸν Πέρσην γράμ-
P. 856 μασι μὴ προσηγορευκέναι βασιλέα, οὐκ αὐτὸν, ἀλλὰ τὸν γεγραφότα ἔλεγε γεγενῆσθαι αἴτιον· αὐτὸν δὲ ὑπὸ πολλῶν φροντίδων συνισχημένον καὶ μυρίοις πράγμασι περιελκόμενον

rum, quae fiunt, commoveri? Quam igitur illi perpetuam in imperio successionem semper meditabar et volebam, quantum in me esset, ea illum privare meum fuerit, nisi resipiscat et antegressam nequitiam aequali bonitate compenset; Matthaeum vero filium imperatorem designare non fuerit iam solum meum, (nec enim hactenus unquam ulla res eo me impellere potuit, quamvis saepe vos belli tempore, cum facti ratio maxime probabilis reddi poterat, istuc me rogaretis,) sed vestrum inprimis, qui hoc a me flagitastis et in eo praecipuam propensionem ac studium demonstrastis, cum ego nihilo minus iusta simul et vobis ipsis ac rei publicae salutaria postulare vos iudicarem. Faciam igitur, quod petistis. Vestrarum autem partium erit, rata habere, quae a me decernentur, et non hodie quidem ita laetum rei desiderium ostendere, cras autem et perendie, si qua difficultas inciderit, mox aliam cantilenam canere." Talia quiritabatur, quorum causa imperator, quae facturus esset, iuste facturum se existimabat. Ceterum iunior imperator in his iisdem post belli finem a socero incusatus, ut ita eius abdicationis et Matthaei subrogationis rationem quodammodo afferret, ad alia quidem respondere non poterat, quod autem in epistola ad Sulimanum Persam im-

τὸν νοῦν, οὐκ ἐπιστῆσαι τοῖς γεγραμμένοις, ἀλλ' ἀπερισκέ- A.C. 1353
πτως τοῖς ἐρυθροῖς ὑποσημήνασθαι. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν γε-
γενημένων ὕβρεων ὑπὸ τῶν τριηριτῶν οὐδὲν αὐτὸν εἰδέναι,
μήτε βούλεσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ κοίλῃ νηῒ κατ' ἐκεῖνο χρόνου
διατρίβοντα, μηδενὸς ᾐσθῆσθαι τῶν τετολμημένων ἔξω. ταῦ-
τα μὲν οὖν ὕστερον.

λζ'. Τότε δὲ ἐπεὶ ἐπεψήφιζεν ὁ βασιλεὺς τὴν ἀνάῤῥη- B
σιν Ματθαίου τοῦ υἱοῦ, μετά τινας τῆς διαλέξεως ἡμέρας,
πάντων παρόντων ἐν τοῖς βασιλείοις, ὁ τοῦ βασιλέως ἀνη-
γόρευτο υἱός, καὶ τοῖς τε ποσὶν ὑπέδυ κρηπῖδας ἐρυθρὰς C
καὶ πῖλον ἐπέθετο τῇ κεφαλῇ λίθῳ τε κεκοσμημένον καὶ μαρ-
γάροις, ὥσπερ ἔθος βασιλεῦσι, καὶ πρός τε τὰς εὐφημίας
συνηριθμεῖτο τοῖς βασιλεῦσι καὶ ἐν ταῖς γιγνομέναις μνήμαις
τῶν βασιλέων πρὸς τοῖς ἱεροῖς. βασιλέα δὲ τὸν Ἰωάννην
ἐκέλευε βασιλεὺς ὁ κηδεστὴς ἔν τε ταῖς μνήμαις ἀποσιωπᾶ-
σθαι κἀν ταῖς εὐφημίαις· Ἄνναν μέντοι τὴν βασιλίδα καὶ
τὸν θυγατριδοῦν Ἀνδρόνικον τὸν βασιλέα εὐφημεῖσθαι, ὥσπερ
πρότερον, καὶ μνημονεύεσθαι ἐκέλευεν ἐν ταῖς ἱεροτελεστίαις.
οὐ μὴν αὐτοῦ παντάπασιν ἀφεῖλε καὶ τὴν προσηγορίαν, ἀλλ'
εἴ ποτε περὶ ἐκείνου ποιοῖτο λόγον, βασιλέα προσηγόρευεν,
ἐπὶ πολλῶν. ἐκ τοιούτων μὲν αἰτιῶν ὁ πρὸς ἀλλήλους τῶν D
βασιλέων ἐκινήθη πόλεμος καὶ ηὔξητο ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς καὶ V. 683
Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα, καίτοι πρότερον ὅλῃ γνώμῃ πα-
ρεσκευασμένον τῆς ἀρχῆς διάδοχον τὸν νέον καταλείπειν Ἰω-

22. ηὔξατο M.

peratorem non appellasset, non se, sed scribam sustinere culpam autumabat: se multis implicitum sollicitudinibus et distractum mille negotiis scribendo non affuisse, sed imprudentius rubrica subsignasse. Similiter de probris ex triremibus nihil se scire, neque ea iaci voluisse, sed in media navi tunc versantem, quid in extremo protervius fieret, non sensisse. Sed haec postea acciderunt.

37. Ut imperator filium imperatorem declarare constituit, post dies aliquot sermonis illius, praesente nobilitate, in palatio est renuntiatus, pedibusque inductae crepidae purpureae, et tiara lapillis ac margaritis ornata pro more capiti eius imposita: faustae acclamationes insonuerunt, et in sacris eius, ut reliquorum imperatorum, frequentari coepta memoria. Ioannis autem nomen in acclamando atque inter sacra socer tacere iussit, et Annae imperatrici ac nepoti Andronico acclamari, ut prius, et in sacrificio missae eosdem nominari. Non tamen omnino ei vocabulum auferens, si quando apud plures de illo loqueretur, imperatorem appellitabat. Talibus igitur ex causis mutuum inter imperatores bellum exarsit, itaque crevit, ut Cantacuzenus, tametsi antea mente tota Ioannem imperii successorem relinquere paratus esset, Matthaeum filium hoc honore

A. C. 1353 ἀννην, ἠναγκάσθαι καὶ Ματθαῖον τὸν υἱὸν ἀποδεικνύειν βασιλέα. μετὰ μέντοι τὴν ἀνάῤῥησιν Ματθαίου τοῦ νέου βασιλέως ἐκεῖνον μὲν εἰς τὴν Ἀδριανοῦ ἐξέπεμπεν αὖθις ὁ πατήρ, αὐτὸς δὲ ὑπελείπετο ἐν Βυζαντίῳ καὶ τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην, ὡς μάλιστα ἐνῆν, εὖ τίθεσθαι ἐτίθετο διὰ σπουδῆς. συνεώρα γὰρ ἤδη κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην δέον ὂν Ματθαῖον τὸν νέον βασιλέα τῷ μύρῳ χρίεσθαι κατὰ τὸ ἔθος. τοιγαροῦν καὶ μετεπέμπετο τοὺς ἀρχιερέας, ὅσους μάλιστα ἐνῆν, ἐκ τῶν κατὰ τὴν Θρᾴκην πόλεων. εἶτα ἐπειδὴ παρῆσαν, καὶ τοὺς ἐν Βυζαντίῳ διατρίβοντας ἅμα τοῖς ἔξωθεν ἐπιδεδημηκόσι
P. 857 κελεύσας ἐν βασιλείοις συνελθεῖν, ὅ,τι δέοι πράττειν περὶ Καλλίστου τοῦ πατριάρχου, πάντων ἐπυνθάνετο κοινῇ. τῶν δ' ἀπὸ συνθήματος δέον εἰρηκότων εἶναι πέμπειν πρὸς ἐκεῖνον καὶ καλεῖν ἐπὶ τὸν θρόνον, ἐπειδὴ μηδὲν ἐγκαλοῖτο ὑπὸ μηδενὸς, αὐτίκα τε ἐπείθετο ὁ βασιλεὺς καὶ πρεσβείαν πρὸς ἐκεῖνον ἐποιεῖτο. δύο γὰρ τῶν ἀρχιερέων ἀπολεξάμενος, τὸν Αἴνου Δανιὴλ καὶ Ἰωσὴφ τὸν Τενέδου, καὶ τοσούτους ἑτέρους τῶν ἐπιφανεστέρων τοῦ κλήρου τῆς Βυζαντίων ἐκκλησίας, Καβάσιλαν τὸν σακελλίου καὶ Περδίκην τὸν σκευοφύλακα, ἔπεμπεν εἰς τὴν μάρτυρος τοῦ Μάμαντος μονὴν πρὸς πατριάρχην καὶ ἐπὶ τοὺς θρόνους ἐκάλει καὶ τὴν ἀρχήν· οὐδένα
B γὰρ εἶναι τὸν ἀφῃρημένον· ἔφασκέ τε βέλτιον μὲν εἶναι μὴ ἀπερισκέπτως οὕτω χωρεῖν, ἐφ' ἃ μὴ δεῖ, μηδ' ἀβουλίᾳ χρώμενον, τῶν μὲν θρόνων ἀφίστασθαι ἑκόντα καὶ τοῦ

dignari compulsus sit: quem statim Adrianopolim misit: ipse Byzantii manens, controversiae, quae sibi cum patriarcha exstiterat, finem quam optimum imponere studebat sedulo. Intelligebat enim, iam plane Matthaeum novum imperatorem usitato more inungi oportere. Proinde et episcopos, quotquot commodissime poterat, ex urbibus Thraciae accersebat. Eos praesentes, simul cum iis, qui Byzantii degebant, in palatium convenire iussit: ibi eos communiter, quid Callisto patriarcha faciendum esset, interrogavit. Quibus de compacto respondentibus, in thronum revocandum, quandoquidem a nemine accusaretur, illico amplectens consilium imperator, duobus episcopis selectis, Daniele Aeni et Iosepho Tenedi, totidemque aliis de cleri Byzantini principibus, Cabasila nempe, sacrarum aedium, et Perdica, sacrorum vasorum praefectis, eos in monasterium Mamantis martyris ad patriarcham mittit et ad sedem potestatemque revocat, quam illi nemo adhuc abstulerit: et melius esse, non ita improvide procedere, quo non oportet, neque praeter rationem cum sede gregem velle desertum ire: et quae nihil attinent curiose sectantem, nunc hic, nunc ibi, munus suum praetermittentem, commorari. Si enim in eo, quod pertendebat, perstitisset, filiumque

ποιμνίου, αὐτὸν δὲ τὰ μηδὲν προσήκοντα περιεργαζόμενον, A. C. 1353 ἄλλοτε ἄλλοθι διατρίβειν, μηδὲν ποιοῦντα τῶν δεόντων. εἰ γὰρ ἔμενεν ἐπὶ τοῦ προσχήματος καὶ συνεβούλευε μὴ τὸν υἱὸν ἀναγορεύειν, αἰτίας τινὰς ἀναγκαίας τοῖς λόγοις προστιθεὶς, ἴσως ἂν καὶ διεκώλυσε· νῦν δ' οὐχ ἥκιστα καὶ τοῦτ' ἂν εἴη τῶν πεισάντων ἓν χωρεῖν ἐπὶ τοιαῦτα, ὅτι μὴ λόγοις καὶ παραινέσεσιν, ἴσως δὲ καὶ ἱκεσίαις, ὥσπερ ἔδει, ἀλλὰ βίᾳ καὶ ὥσπερ ἰσχύϊ τινὶ κωλύσειν ἐπεχείρησεν. ἐπεὶ δὲ ἀναλυθῆναι τὰ γεγενημένα οὐκ ἐνδέχεται, οὐδὲν ἂν ἡ C διχοστασία ἔτι καὶ ἡ ἔρις συμβαλεῖται, ἀλλὰ δέον αὐτὸν ἐπὶ τὸν θρόνον καὶ τὴν οἰκείαν ἀρχὴν ἐλθόντα, τὸν νέον βασιλέα καὶ τῷ μύρῳ χρίειν, ὥσπερ ἔθος. οὐ γὰρ ἐνδέχεται τοῖς ἄλλοις παρασήμοις κοσμηθέντα, μὴ καὶ τὸν ἀρχαῖον τρόπον στέφεσθαι. τοιαῦτα μὲν πρὸς Κάλλιστον τὸν πατριάρχην διὰ τῶν πρέσβεων ἐμήνυεν ὁ βασιλεὺς, ὀρθῶς ἔχειν τὰ εἰρημένα καὶ τῶν ἀρχιερέων ἁπάντων συνεπιψηφισαμένων. πατριάρχης δὲ ἐπεὶ τοὺς βασιλέως λόγους ἤκουσε, πρὸς ἔπος μὲν ἀπεκρίνατο οὐδὲν, ἀλλὰ κατὰ τοῦ ἐπιθήσοντος αὐτῷ ἀνάγκην ἐπὶ τούτῳ ἐξεφώνει χωρισμὸν ἀπὸ θεοῦ. Δανιὴλ δὲ τοῦ τῆς Αἴνου τὴν ἱεραρχικὴν ἰθύνοντος ἀρχὴν D δυσχεραίνοντος ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις καὶ τό,τε προτρέπεσθαι πατριάρχην, ἐφ' ἃ ἐπέμφθησαν, ἀπεγνωκότος διὰ τὴν ἐπιφωνηθεῖσαν ἐπιτίμησιν, δίκαιόν τε οἰηθέντος, εἰ μήθ' ἑκὼν εἶναι πρὸς τὴν ἀρχὴν αὐτὸς χωροίη, μήτ' ἀναγκάζειν

9. δὲ om. P. 11. οἰκίαν P.

non esse imperatorem salutandum argumentis quibusdam necessario concludentibus docuisset, forsitan coepta impediturum fuisse. Nunc istuc non postremum numerari posse ex iis, quae rem persuaserunt, quod non verbis et admonitionibus, forte nec divinis precibus, ut oportebat, sed vi et velut machina aliqua negotium disturbare visus sit. Quia vero praeterita corrigi nequeant, dissensionem et contentionem nihil amplius profuturam, sed ad sedem suam regressum, imperatorem novum pro recepta consuetudine sacro oleo inungere debere. Haud siquidem fas esse, ceteris insignibus ornatum, non etiam antiquo more corona cohonestari. Haec ad Callistum per oratores imperator, eaque episcopi omnes approbarunt. Patriarcha, legatione audita, ad rem quidem nil respondit, sed eum, qui sibi propter hoc necessitatem imponeret, anathematis carmine devovit. Tum Daniel, Aeni episcopus, iratus, cum propter anathematismum ab ipso pronuntiatum hortari illum ad ea, quorum gratia venerat, supervacuum, cum iustitia autem consentiens putaret, si neque per se ac sponte gradum suum recipere vellet, neque ab alio cogi ullo modo posset, alium eius sedi praeficere, „Igitur," inquit, „aliud nihil,

A. C. 1353 αὐτὸν ἐξείη μηδενὶ, ἕτερον τοῖς θρόνοις ἐφιστᾷν, „οὐκοῦν"
εἶπεν „οὐδὲν ἕτερον, σοῦ τοιαῦτα ἰσχυριζομένου, λείπεται,
ἢ πατριάρχην ἕτερον ἀντεισάγεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ." ὁ πατρι-
άρχης δὲ „καὶ μάλιστα βουλοίμην" εἶπεν. ἐπὶ τούτοις δὲ οἱ
πρέσβεις πρὸς βασιλέα καὶ τὴν σύνοδον ἀναστρέψαντες ἀπήγ-
γελλον, ὅσα πατριάρχης ἀποκριθείη πρὸς τοὺς λόγους· Περ-
δίκης δὲ, τῶν πρέσβεων εἷς, τὸν ἀφορισμὸν εἶπεν ἐκπεφωνη-
κέναι τὸν πατριάρχην κατὰ τοῦ ἐπιθήσοντος αὐτῷ ἀνάγκην
P. 858 ἐπὶ τούτῳ· ἀγνοεῖν δὲ, ὅτι βούλοιτο αὐτῷ τὸ ἐπὶ τούτῳ.
V. 684 οἱ συμπρέσβεις δὲ οὐδὲν ἕτερον βούλεσθαι ἰσχυρίζοντο τὸ
ἐπὶ τούτῳ εἶναι, ἢ ἐλθεῖν αὖθις ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐκκλη-
σίας, ὡς βεβαίως αὐτὴν ἀπειπαμένου, καὶ μήθ' ἑκόντα εἶ-
ναι, μήτε βιασθέντα βουλησόμενον αὖθις ἐπανήκειν πρὸς αὐ-
τήν. οἱ μὲν οὖν πρέσβεις τοιαῦτα διενεχθέντες, συνέβησαν
αὖθις πρὸς ἀλλήλους, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκέλευε τὸν τῆς ἐκ-
κλησίας ὑπογραμματέα πάντα γράφειν, ἵνα μή τις ᾖ περὶ
τὰ εἰρημένα ὕστερον ἀμφιβολία, εἴ ποτε δεηθείη ἐξετάσεως.
μετὰ τοῦτο δὲ τῶν ἀρχιερέων ἐπὶ τὸ τίνα χρὴ τῆς ἐκκλη-
σίας τραπομένων προϊστᾷν, οἷα δὴ τοῦ καθεστηκότος φανε-
B ρῶς ἀπειπαμένου καὶ ἀνάγκην ἐπιτεθεικότος, ὥστε περὶ
τῶν ἴσων λόγον κινεῖν μηδένα πρὸς αὐτὸν, „τοὺς μὲν περὶ
τὴν τῶν ἀρχιερέων" εἶπεν ὁ βασιλεὺς „ἐπιλογὴν παρά τε τῶν
πρώτων τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων τῶν Χριστοῦ μαθητῶν καὶ
τῶν κατ' ἴχνος ἐκείνοις ἑπομένων θείων πατέρων κειμένους νό-
μους, ὡς χρὴ τοὺς ἐπισκόπους ἐν ταὐτῷ γενομένους καὶ τὴν

te tam obstinato, relinquitur, quam ut loco tuo alium patriarcham in ecclesiam introducamus." Et patriarcha „Id maxime velim," inquit. Sic legati ad imperatorem et conventum revertentes, eius responsum referunt. Perdicas vero ait, patriarcham anathemate illum feriisse, qui se propter hoc cogeret: quid autem sibi velit „propter hoc," se ignorare. Tum collegae legati affirmare, nihil aliud esse propter hoc, quam ad ecclesiae gubernacula redire, quod constanter recusset, eaque nec libens, nec coactus repetiturus sit. Consentientibus in eo legatis, imperator ecclesiae notario mandavit, omnia tabulis consignare, ne qua in posterum de dictis controversia nasceretur, si ad trutinam vocarentur. Post ista episcopis in quaestione ponentibus, quisnam ad ecclesiae clavum admoveretur, quando ille, ne quis apud se super hoc ullum verbum ederet, sacra detestatione vetuisset, „De episcoporum quidem electione," ait imperator, „primorum ecclesiae magistrorum, Christi videlicet discipulorum et qui eorum vestigiis incesserunt, sanctorum Patrum leges, (nempe ut congregati uno in loco episcopi Spiritus sancti gratiam de coelo implorent multisque precibus Deum suppliciter propitient, ut eis designet,

τοῦ πνεύματος χάριν ἄνωθεν ἐπικαλεσαμένους, μετὰ τὸ πολ- A. C. 1353 λαῖς πρότερον εὐχαῖς καὶ ἱκεσίαις ἐξιλάσασθαι θεὸν, ὥστε φανερὸν αὐτοῖς ποιῆσαι τὸν ὀρθῶς καὶ δικαίως καὶ ὡς μάλιστα θεῷ κεχαρισμένως προστησόμενον τῆς ἐκκλησίας τῶν πιστῶν, ὑπὲρ ἧς αὐτὸς ἐξέχεε τὸ αἷμα, γενόμενος ὅπερ ἡμεῖς καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ἐνδεδυμένος, οὕτως C ἐπιψηφίζεσθαι, ὃν ἂν αὐτὸς ἀποκαλύπτῃ, περιστήσαντας δὲ ἐν τρισὶ τοῖς μάλιστα δοκοῦσιν ἀξιόχρεω τὴν ψῆφον, οὕτως ἐπιτρέπειν. βασιλεῖ τὴν αἵρεσιν ἑνός· ὃν δ' ἂν αὐτὸς ἕλοιτο, τοῦτον ἀποδείκνυσθαι προστάτην τῆς ἐκκλησίας, οὔτ' αὐτὸς ἠγνόουν ἄχρι νῦν, οὔτ' ὑμῶν οἴομαι οὐδένα μὴ σαφέστατα εἰδέναι. οἷα δὲ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἁμαρτημάτων φιλεῖ συμβαίνειν, ὅτι καίτοι μὴ ἀγνοοῦντες, ὅτι ἁμαρτάνομεν, ὅμως ὑπὸ πονηρᾶς ἀγόμενοι συνηθείας, ἢ τῷ λείῳ τῆς ἡδονῆς ἐξαπατώμενοι, περιπίπτομεν ἑκουσίως τοῖς κακοῖς καὶ τοῖς φαύλοις πάθεσι καταδουλοῦμεν ἑαυτοὺς, τοῦτ' αὐτὸ καὶ κατὰ τὴν τῶν ἀρχιερέων ἐπιλογὴν ἡμῖν συμβαίνει. σαφέστατα γὰρ εἰδότες, ὡς ἀθέμιτον αὐτοὺς πρότερον ἐπιψηφισαμέ- D νους, ὃν ἂν ἐθέλωμεν αὐτοὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐκκλησίας ἐγχειρίζειν, ἔπειτα βωμολοχοῦντας ἄντικρυς καὶ κατειρωνευομένους τοῦ θεοῦ, ἐπιτρέπειν ὑμῖν τὴν ἄνωθεν ἐπικαλεῖσθαι χάριν καὶ τοῦτον ἐπιψηφίζεσθαι, ὃν αὐτοὶ πολλῷ πρότερον οὐ λογοις μόνον, ἀλλὰ καὶ πράγμασιν ἐπεψηφισάμεθα αὐτοῖς, ὅμως τολμῶμεν κακῶς καὶ ἀνοήτως, καὶ τοῦτο οὐκ ἐμοὶ μόνον εἴργασται πολλάκις, ἀλλὰ καὶ τοῖς πρότερον Ῥωμαίων βεβα-

2. ἐξιλάσκεσθαι M. 19. ἐθέλομεν P. 20. τοῦ om. M.

qui recte et iuste et ex eius beneplacito maxime fideles ecclesiae moderetur, pro qua ipse nostrum similis factus et humanam imbecillitatem indutus, sanguinem suum fudit, atque ita quem ipse revelaverit, legant, tribusque propositis, qui inprimis digni videantur, imperatori unius electionem concedant, quemque ipse elegerit, hunc ecclesiae pastorem creent,) nec ipse hactenus nescivi et cuique vestrum reor esse perspectissimum. Quemadmodum vero in reliquis peccatis amat contingere, ut, quamvis nos peccare non nesciamus, tamen vitiosa ducti consuetudine, aut blandimento voluptatis decepti, sponte in mala praecipitemus et affectionibus illaudatis nos subiiciamus: sic etiam in episcopis eligendis usu venit. Cum namque sciamus, nefas esse, nos prius apud animum decernere, cui velimus ecclesiae rationes committere, postea nugantes aperte et Deum irridentes, sinere vos supernam invocare gratiam et eum nos legere, quem ipsum multo ante non verbis tantum, sed opere ipso insuper legeramus, nihilo minus male et stulte audaces sumus, quod non

A. C. 1353 σιλευκόσιν, εἰ μὴ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς γε πλείοσι. περὶ μὲν οὖν ἐκείνων φαῦλον αἰδοῖ τῶν προγόνων οὐδὲν ἐρῶ, ἐμαυτὸν δ' ἁπάσαις ψήφοις ταῖς παρ' ἐμαυτοῦ ἀδικοῦντα καὶ ἀγνωμονοῦντα
P. 859 περὶ τὸν θεὸν φαίην ἂν ἁλίσκεσθαι σαφῶς. οὕτω δ' ἐμαυτοῦ κατεψηφισμένον καὶ συνεγνωκότα τὴν κακίαν, οὐδὲν, οἶμαι, λείπεται, ἢ περὶ μὲν τῶν προτέρων ἐξιλάσκεσθαι θεὸν, τοῦ λοιποῦ δὲ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πᾶσαν καὶ σπουδὴν, μὴ τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν κακοῖς, εἰ μὴ βουλοίμην ἀνίατα νοσεῖν καὶ τυφλώττειν ἑκοντὶ πρὸς τὰ καὶ λαμπρότερον ἡλίου λάμποντα καλά. τοιγαροῦν ὑμῖν ζητήσεως περὶ πατριάρχου προκειμένης νῦν, τὴν ἀρχαίαν ἐλευθερίαν ἀποδίδωμι, οὐχ ὑμῖν μᾶλλον, ἢ τῷ θεῷ, ᾧ μελήσει μάλα τὸν καλῶς τῆς ἐκκλησίας προστησόμενον ὑμῖν ἀποκαλύπτειν, ὕστερον δὲ καὶ αὐτὸς ἕνα τῶν τριῶν ἐπιψηφιοῦμαι, ὥσπερ ἔθος.'' τοιαῦτα
B μὲν ὁ βασιλεὺς τοῖς ἀρχιερεῦσι διειλέχθη. καὶ ἐκέλευεν ἐν ταὐτῷ γενομένους, ὅπῃ ἂν δοκῇ, τὸν ἀρχαῖον τρόπον τὴν πατριάρχου ποιεῖσθαι ἐκλογήν. εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἐκείνων γενομένων ἐν ταὐτῷ καὶ περὶ τοῦ προκειμένου σκεπτομένων, αὖθις ὁ βασιλεὺς πέμψας, τῶν τε τῇ προτεραίᾳ εἰρημένων ἀνεμίμνησκε καὶ παρῄνει πᾶσαν ἐπιδείκνυσθαι σπουδὴν, ὡς αὐτοῦ καὶ πρὸς θεὸν ἀρκοῦσαν πεποιημένου τὴν ἀπολογίαν, παντάπασιν αὐτοῖς τῆς αἱρέσεως τῆς πατριάρχου παρακεχωρηκότος καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπιδεδειγμένου τὴν γνώμην
V. 685 φανερῶς. ἐκεῖνοι δὲ πολλὰς ὁμολογήσαντες χάριτας τῷ βα-

solum a me factum est saepius, sed et a superioribus Romanorum imperatoribus, si non omnibus, at certe pluribus. Verum de illis ob maioribus debitam reverentiam nihil sinistrum loquar, me autem a memet ipso quasi omnibus calculis iniuriae et iniquitatis erga Deum convinci aio. Et quia vitium meum agnovi meque ipse damnavi, superest hoc unum, opinor, Deum ob commissa placare ac de cetero cavere diligentissime, ne in eadem mala incurram, nisi morbo aegrotare velim insanabili et de industria in rebus honestis ipsoque etiam sole clarioribus caecutire. Proinde cum nunc de patriarcha nominando quaeratur, veterem vobis libertatem restituo, nec tam vobis, quam Deo, cui magnae curae erit, qui bene ecclesiae praefuturus sit, vobis revelare. Postea ego quoque unum ex tribus, ut mos est, decernam." Haec in conventu imperator dixit, qua nimirum ratione ritu veteri patriarcha eligendus esset. Cum postridie denuo coivissent et super negotio consultarent, iterum misit imperator, qui eos pridie dictorum admoneret, hortans, uti agerent sedulo: se enim, quomodo apud Deum se tueretur, dum electione patriarchae ipsis penitus cessisset, invenisse et mortalibus universis, quid sentiret, demonstrasse. Illi, honorifice gratiis actis pro eius erga

σιλεῖ τῆς περὶ τὰ θεῖα εὐλαβείας καὶ τῆς περὶ αὐτοὺς αἰ- A. C. 1353 δοῦς, καὶ ἐπευξάμενοι ἀγαθῶν πολλῶν ἑσμὸν, ἔπειτα τὴν C θείαν χάριν ἐπικαλεσάμενοι τοῦ πνεύματος, ἐπελέξαντο τρεῖς, Φιλόθεόν τε τὸν τῆς Ἡρακλείας ἀρχιερέα, καὶ τὸν Φιλαδελφείας Μακάριον, καὶ Νικόλαον τὸν Καβάσιλαν, ὄντα ἔτι ἰδιώτην, καὶ γράψαντες πέμπουσι τῷ βασιλεῖ τὰ ὀνόματα τῶν ᾑρημένων· βασιλεὺς δὲ εἵλετο τῶν ἄλλων μᾶλλον τὸν Φιλόθεον, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον πάντων, ὅσα νενόμισται, τετελεσμένων, πατριάρχης ἀπεδείκνυτο καὶ τὰ κατὰ τὴν A. C. 1354 ἐκκλησίαν πράγματα χρόνον μέν τινα διῴκησεν, ἐκβληθεὶς τῆς D ἀρχῆς μετ' οὐ πολὺ, ὥσπερ ὕστερον εἰρήσεται ὀλίγῳ, μάλιστα δὲ θαυμασίως καὶ σὺν λόγῳ τῷ προσήκοντι, καὶ πᾶσαν ἐπιδεδειγμένος ἐπιείκειαν καὶ βίου περιφάνειαν καὶ λόγου. Κάλλιστος δὲ ὁ πατριάρχης χρόνον οὐκ ὀλίγον τῇ μάρτυρος τοῦ Μάμαντος μονῇ ἐνδιατρίψας, πρῶτα μὲν διδέδρασκεν εἰς Γαλατᾶν καὶ χρόνον τινὰ ἐκρύπτετο ἐν τοῖς Λατίνοις, ἔπειτα, αὐτῶν πραττόντων, εἰς Τένεδον ἀφῖκτο πρὸς τὸν νέον βασιλέα καὶ πολλῆς ἐτύγχανε τῆς εὐμενείας, οἷα δὴ ὑπὲρ ἐκείνου τὴν τοσαύτην κακοπραγίαν ᾑρημένος.

λη΄. Ἐπεὶ δὲ ὁ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν θόρυβος ἐπέπαυτο P. 860 καὶ πᾶσαν εἶχε τάξιν καὶ εὐαρμοστίαν, Ματθαῖος ὁ βασι- B λεὺς γενόμενος ἐν Βυζαντίῳ ἅμα βασιλίδι τῇ συζύγῳ, κατὰ τὸν ἐν Βλαχέρναις τῆς θεομήτορος ναὸν ἐστέφετο κατὰ τὸ ἔθος ὑπὸ Φιλοθέου τοῦ πατριάρχου καὶ βασιλέως τοῦ πα-

7. εἰρημένων M.

Deum pietate et erga ipsos reverentia, bonorumque multorum cumulum comprecati, divina sancti Spiritus gratia invocata, tres eligunt, Philotheum, Heracleae, Macarium, Philadelphiae episcopos, et privatum adhuc Nicolaum Cabasilam, electorumque nomina imperatori scripta mittunt, qui Philotheum maluit: et is non diu post legitimis omnibus servatis, patriarcha consecratus, ecclesiam aliquamdiu administravit: nam gradu suo brevi depulsus est, ut infra memorabimus. Administravit autem eximie atque, ut par fuit, cum summa lenitate, moribus et sermone inclitus. Callistus patriarcha cum perdiu in monasterio Mamantis martyris delituisset, primum quidem Galatam confugit, ubi ad tempus inter Latinos se abdidit. Inde eorum opera Tenedum ad iuniorem imperatorem pervenit, a quo perbenevole habitus est, ut qui ipsius causa tantam aerumnam sibi passus esset.

38. Sedato in ecclesia tumultu, cum omnia ordinem suum numerumque obtinerent, Matthaeus imperator una cum coniuge in templo Deiparae in Blachernis a Philotheo patriarcha et patre more antiquo coronatus est; qui similiter pro more coniugem coronavit.

A. C. 1354 τρός· ἔστεφε δὲ καὶ αὐτὸς κατὰ τὸ ἔθος τὴν γυναῖκα. τοιαῦτα μὲν ἐπράττετο ἐν Βυζαντίῳ. Παλαιολόγος δὲ ὁ νέος βασιλεὺς ἦν μὲν ἐν Θεσσαλονίκῃ μετὰ τῶν βασιλίδων, τῆς μητρὸς καὶ γυναικὸς, εἶχε δὲ καὶ Τένεδον τὴν νῆσον ὑφ' ἑαυτὸν, ἡγεμόνα ταύτῃ καταλιπὼν Ἰταλόν τινα Μαρτῖνον ἀπαίρων εἰς Θεσσαλονίκην. Περγαμηνὸς δέ τις τῶν Τενε-
C δίων ὁ μάλιστα δυνατώτατος ἐν Θεσσαλονίκῃ συνῆν τῷ νέῳ βασιλεῖ χρόνον οὐκ ὀλίγον, ἔπειτα ἐκεῖθεν διαδρὰς καὶ γενόμενος ἐν τῇ Τενέδῳ, ἔπεισε καὶ τοὺς ἄλλους πολίτας ἀποστῆναι τοῦ νέου βασιλέως. καὶ τὸν ὑπ' ἐκείνου σφῶν ἐπιτεταγμένον ἄρχειν ἐξελάσαντες, ὥσπερ αὐτόνομοι ἐπολιτεύοντο. βασιλεὺς δὲ ὁ νέος ἐπεὶ πύθοιτο τὴν ἀποστασίαν, τριήρεις ἐκ Θεσσαλονίκης. ἐφοπλίσας, ἐπέπλευσε τοῖς Τενεδίοις. οἱ δὲ αὖθις ἑτοίμως προσεχώρουν, παραδόντες τὸν Περγαμηνὸν, ὃν εἰς Θεσσαλονίκην δεσμώτην ἔπεμψε φρου-
V. 686 ρεῖσθαι, αὐτὸς δὲ ἅμα Ἑλένῃ βασιλίδι τῇ γυναικὶ διῆγεν ἐν τῇ νήσῳ. Καντακουζηνὸς δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν δεινῷ τιθέμενος
D ταῖς κατὰ τὴν Θρᾴκην πόλεσι τοὺς Πέρσας ἐγκαθιδρυμένους εἶναι, (εἶχον γάρ τι φρούριον, ὥσπερ ἔφημεν, ἐν Θρᾴκῃ, Τζύμπην προσαγορευόμενον,) βίᾳ μὲν οὐκ ἐπεχείρει ἐξελαύνειν, (ᾔδει γὰρ οὐκ ἀξιόμαχος πρὸς τοσαύτην τῶν βαρβάρων δύναμιν ἐσόμενος, εἰ πόλεμον κινοίη πρὸς αὐτοὺς, τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς ὑπὸ τοῦ πρὸς ἀλλήλους πολέμου διεφθαρμένης,) τρόπῳ δέ τινι ἑτέρῳ διενοεῖτο τοὺς βαρβάρους τῆς Ῥω-

2. δὴ P. 13. ἐπέπλεε M. textus, ἔπλευσε mg.

Haec Byzantii. Palaeologus iunior imperator erat Thessalonicae cum matre et uxore imperatricibus tenebatque Tenedum insulam, praefecto ibi relicto quodam Martino Italo, cum Thessalonicam discederet, ubi apud eum diu diversatus est Tenedius quidam, homo opulentissimus, Pergamenus nomine, qui postea Tenedum Thessalonica fugiens, ceteris quoque insulanis persuasit, ut a iuniore imperatore desciscerent. Ita expulso praetore, quem ille constituerat, suis quodammodo legibus vivebant. Comperta defectione, imperator iunior, instructis triremibus, Thessalonica in Tenedios navigat; Tenedii prompte Pergamenum tradunt et ad fidem redeunt, quem vinctum Thessalonicam deportari et ibi custodiri iubet; ipse cum uxore Helena in insula victitat. Porro Cantacuzenus imperator inique sustinens, in Thraciae urbibus sedes ac domicilia Persas habere, (occuparant enim munitum quoddam oppidum, Tzympen appellatum, ut docuimus,) vi quidem et armis eos pellere non est aggressus, quod se tantae multitudini barbarorum imparem sciret, Romanis civili bello consumptis. Alia autem quadam via Romana provincia eos exigere meditatus est, missaque ad Orchanem generum legatione, ro-

μαίων ἐξελαύνειν. καὶ πέμψας πρεσβείαν πρὸς Ὀρχάνην τὸν A. C. 1354 γαμβρὸν, ᾔτει τὸ φρούριον ἀποδοῦναί οἱ καὶ τῆς Θράκης τοὺς βαρβάρους ἐκβαλεῖν. οὐ γὰρ δίκαια ποιεῖν αὐτὸν, οὐδὲ προσήκοντα τῇ εἰς αὐτὸν εὐνοίᾳ, ἐν μέσῃ τῇ Ῥωμαίων γῇ τὸ φρούριον κατέχοντα. τοῦ δὲ Σουλιμὰν τὸν υἱὸν προσβαλλομένου, ὡς ὑπ' αὐτοῦ τὸ φρούριον κατέχοιτο καὶ δέοιτό P. 861 τινος πρὸς τὴν ἀπόλειψιν ἀντιμισθίας, μυρίους χρυσοῦς ὁ βασιλεὺς ὑπέσχετο παρέξειν φιλοτίμως. μετὰ μικρὸν δὲ καὶ ἔπεμπε τοῖς βαρβάροις τὸν χρυσόν· κἀκεῖνοι ἔπεμψαν τοὺς παραδώσοντας βασιλεῖ τὸ φρούριον. ἐν τούτοις δὲ τῶν πραγμάτων ὄντων, οἷα τὰ τοῦ θεοῦ κρίματα, ἀθρόον ἐξαίσιος ἐπιγενόμενος σεισμὸς ἦρος ἀρχομένου, μάλιστα ἐν ἀρχαῖς τῆς νυκτὸς τὰς παραλίους τῆς Θράκης πόλεις ὀλίγου δεῖν διέφθειρεν ἁπάσας. οὐ μόνον γὰρ οἰκίαι κατέπεσον ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας καὶ διέφθειραν πολλοὺς, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν πόλεων τείχη ἐξ αὐτῶν κρηπίδων κατεβλήθη. οἱ δῆμοι δὲ τῶν πόλεων, ὅσοι μὴ διεφθάρησαν ὑπὸ τῶν ἐρειπίων, συνιδόντες, ὡς οὔτ' ἀνορθοῦν δυνήσονται ῥᾷστα τὰ καταβεβλημένα τῶν B τειχῶν, οὔτ' ἀμύνεσθαι πρὸς τοὺς βαρβάρους, ἂν ἐπίωσιν, ἀξιόμαχοί εἰσι, καὶ δείσαντες, μὴ ὑπ' ἐκείνων ἀνδραποδισθῶσιν ἐπελθόντων, τέκνα καὶ γυναῖκας ἀναλαβόντες, ἀνεχώρουν τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὰς ἄλλας πόλεις, ὅσας μὴ καταπεπτωκέναι τῷ σεισμῷ ἐνόμιζον. ὄμβρων δὲ ἐπικειμένων καὶ χιόνος καὶ ψύχους ἀμυθήτου, οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ κρυμοῦ διεφθείροντο,

18. μεταβεβλημένα M.

gavit, uti castellum illud sibi redderet et barbaros e Thracia revocaret: praeter ius enim et amicitiam facere, dum in medio Romanorum solo oppidum possideret. Eo Sulimanum filium praetendente, qui id obtineret atque compensationem aliquam postularet, dena aureorum millia imperator libenter numeraturum se spopondit. Brevi aurum misit: Persae vicissim miserunt, qui ei oppidum proprium traderent. Rebus sic euntibus, (ut sunt iudicia Dei,) necopinato immanis superveniens terrae motus, vere ineunte, prima face, maritimas Thraciae urbes propemodum omnes evertit. Non solum quippe domus, supra habitatores corruentes, multos obtriverunt, sed etiam oppidorum moenia ab imis fundamentis prostrata sunt. Populi, quos ruinae non operuerant, videntes, se neque muros collapsos facile posse instaurare, neque incursantibus barbaris fore pares, metuentesque, ne in servitutem ab illis raperentur, assumptis liberis et uxoribus, nocte illa ad proximas urbes, quas terrae concussu non concidisse arbitrabantur, contendebant. Exsistentibus vero imbribus, nivibus et incredibili frigore, alii algore enecabantur, mulieres praesertim et infantes, reliqui, paucis exceptis, quotquot, frigore superato, ad urbes integras perfugiebant.

A. C. 1354 μάλιστα γυναῖκες καὶ βρέφη νήπια· οἱ λοιποὶ δὲ πλὴν ὀλίγων, ὅσοι τοῦ τε ψύχους ἠδυνήθησαν περιγενέσθαι καὶ πρὸς τὰς ἔτι σωζομένας πόλεις καταφυγεῖν, πάντες ὑπὸ τῶν βαρ-
C βάρων ἠνδραποδίσθησαν ἐπελθόντων. ὡς γὰρ ᾔσθοντο ἐκεῖνοι τὰ τείχη τῶν πόλεων καθῃρημένα, ὑποπτεύσαντες, ὅπερ ἦν, ὡς ἢ κρατήσουσι φευγόντων, ἢ τῶν τειχῶν καθῃρημένων, ἂν μένωσι, περιγενήσονται, ἅμα ἕῳ ἐπεστράτευσαν καὶ τῶν τε ἀνθρώπων ἐκράτουν φευγόντων καὶ τὰς πόλεις ἁπάσας ἐποιήσαντο ὑπὸ φρουρᾷ. Καλλιούπολις δὲ τῶν ὑπὸ τοῖς βαρβάροις γενομένων παραλίων κατὰ τὴν Θρᾴκην πόλεων ἡ περιφανεστέρα, πέπτωκε μὲν καὶ αὐτὴ τῶν ἄλλων μᾶλλον, ὁ δῆμος δὲ ἅπας διεσώθη ἐν τοῖς πλοίοις, ἃ ἦσαν ἐκεῖ πολλά. συμβὰν δὲ οὕτω καὶ ἐκ Βυζαντίου ἐπὶ Πελοπόννησον πλέουσα τριήρης, ἣν ἔπεμψεν ὁ βασιλεὺς Μανουὴλ δεσπότῃ τῷ υἱῷ, ὡρμίζετο ἐκεῖ τὴν νύκτα. γενομένης δὲ ἐκείνης τῆς με-
D γάλης συμφορᾶς, ὁρῶν ὁ ναύαρχος τοσούτους μέλλοντας ἀπόλλυσθαι, προσέσχε τε τῇ γῇ, καὶ ἀναλαμβάνων ὅσους ἦν ὑποδέχεσθαι ἡ τριήρης δυνατή, ἀνέστρεφεν εἰς Βυζάντιον, τῶν προκειμένων ἀμελήσας. Σουλιμὰν δὲ ὁ τοῦ Ὀρχάνη παῖς ἐπεὶ πύθετο τὰ κατὰ Θρᾴκην, ἐν Πηγαῖς τῇ κατὰ τὴν περαίαν τοῦ Ἑλλησπόντου πόλει διατρίβων, τὰς πρὸς βασιλέα συνθήκας παριδὼν, ἃς ἔθετο ἐπὶ τῷ Τζύμπην ἀποδιδόναι, σπουδῇ πολλῇ ἐπεραιοῦτο πρὸς τὴν Θρᾴκην, καὶ πολλοὺς τῶν ὁμοφύλων διαβιβάσας ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις, κατῴκιζε τὰς πόλεις, τὰ καταβεβλημένα ἀνορθῶν. τὴν πλείστην δὲ ἐπεδεί-

25. ἀπεδείξατο M.

omnes a barbaris occurrentibus intercepti sunt. Siquidem illi, cognito, urbium moenia corruisse, opinati rem ipsam, aut fugientium scilicet se potituros, aut, si manerent, muris prolapsis, eos devicturos, diluculo in eos ibant. Ita factum, ut et fugientes caperent, et in omnibus oppidis praesidia collocarent. Calliopolis autem, maritimarum Thraciae urbium a barbaris occupatarum illustrissima, ipsa quoque magis, quam ceterae, procubuit: populus omnis in navigiis, quae multa illic erant, servatus est. Forte Byzantio in Peloponnesum traiiciens triremis, quam imperator despotae filio mittebat, noctu ibi constitit. Cum autem calamitas tam miserabilis incidisset, cernens navarchus, adeo multos interituros, ad littus triremem advertit, susceptisque quotquot capiebat, propositi securus, Byzantium cursum reflexit. Sulimanus, Orchanis filius, Pegis urbe trans Hellespontum manens, ut accepit, quod in Thracia acciderat, spreto quod de Tzympe restituenda cum imperatore pactum fecerat, in Thraciam navigare properavit, multisque suorum civium cum uxoribus et liberis traiectis, colonias deduxit, eversa reaedificans. Sed Cal-

ξατο περὶ Καλλιούπολιν σπουδήν. τά τε γὰρ τείχη ἄνωθεν A. C. 1354
ἐπεσκεύασε καὶ προσεξειργάσατο βελτίω, ἤπερ ἦσαν, καὶ τῶν
ἐπιφανῶν παρ' αὐτῷ πολλοὺς ἠνάγκασεν εἰς ἐκείνην μετοικί- P. 862
ζεσθαι, καὶ στρατιὰν ἐγκαθίδρυσε πολλήν· καὶ τοῖς κατὰ
Μυσίαν λυπηρὸς ἦν, μεγάλοις στρατοπέδοις ἐπιὼν καὶ πό- V. 687
λεις ἐξανδραποδιζόμενος καὶ τὴν χώραν ἅπασαν πορθῶν. βα-
σιλεὺς δὲ ἠνιᾶτο μὲν οὐκ ὀλίγα πρὸς τὴν συμφοράν· ἀμύ-
νεσθαι δὲ τοὺς ἀδικοῦντας ἀδυνάτως ἔχων, πρεσβείας συνε-
χεῖς ἐποιεῖτο πρὸς Ὀρχάνην τὸν γαμβρὸν καὶ τὰς ἡρπασμέ-
νας πόλεις ἠξίου τὸν υἱὸν ἀποδιδόναι. τῶν γὰρ ἀτοπωτάτων
εἶναι, ἑνὸς μὲν αὐτοῖς φρουρίου μὴ παραχωρεῖν, ἀλλ' ἐπὶ
χρήμασι ῥητοῖς συνθήκας θέσθαι πρὸς αὐτούς, ὥστε ἐκλιπεῖν,
αὐτοὺς δὲ νυνὶ τοσαύτας πόλεις κατασχεῖν πρὸς τῷ μηδὲ
Τζύμπην κατὰ τὰς συνθήκας ἀποδοῦναι, καὶ ταῦτα σπονδῶν B
οὐσῶν καὶ βαθείας εἰρήνης πρὸς ἀλλήλους. Σουλιμὰν δὲ ἰσχυ-
ριζομένου μὴ πολέμῳ, μηδὲ βίᾳ τῶν πόλεων κεκρατηκέναι,
ἀλλ' ἀοικήτους καὶ καταβεβλημένας κατασχεῖν, ἀδικεῖν αὐτοὺς
τὰ ἔσχατα διετείνετο ὁ βασιλεὺς καὶ μηδὲν εἶναι τὴν σκῆ-
ψιν πρὸς τὸν τοῦ δικαίου λόγον. διενηνοχέναι γὰρ οὐδὲν, εἰ
διὰ τῶν πυλῶν εἰσῄει, ἢ ἄλλοθέν ποθεν. ἀλλὰ τοῦτο χρὴ
σκοπεῖν, εἰ δικαίως ἐν σπονδαῖς κατασχόντες ἔχουσι. τοιαῦτα
βασιλέως πρὸς τοὺς βαρβάρους διαπρεσβευομένου, Σουλιμὰν
μὲν εἴχετο τῶν πόλεων καθάπαξ καὶ οὐδ' ἄχρις ἀκοῆς ὑπέ-
μενεν ἀπολιπεῖν· Ὀρχάνης δὲ ὁ πατὴρ ἑαυτῷ τε συνειδὼς C

lliopoli plurimum laboravit. Nam et muros de integro construxit et meliores ac validiores, quam tum erant, effecit, suorumque multos nobiles in illam commigrare coëgit, nec contemnendum ei praesidium addidit. Idem Moesis intolerabilis erat, dum numerosa manu impressionem faciens, captivos ex urbibus abduceret totamque regionem devastaret. Imperator hac calamitate tristissimus, cum ad coercendas iniurias satis virium non haberet, frequenti legatione Orchanem generum appellat, petens, uti Sulimanus raptas urbes restituat. Inconvenientissimum namque esse, uno castello non cessisse, nisi certam prius pecuniam pacti essent: nunc praeterquam quod Tzympen secundum conventa non reddant, etiam tot urbes in foedere ac prima pace sibi vindicare. Sulimano contra affirmante, non armis coëgisse, sed desolatas ac prostratas occupasse, imperator eos iniustissimos pronuntiare, et quod praetexerent, ad defensionem nihil illis prodesse: nihil enim referre, per portasne, an aliunde ingressi fuerint, sed hoc videndum, an iure et secundum foedus eas obtineant. Imperatore sic cum barbaris per legatos agente, Sulimanus oppida pertinaciter retinens, de iis deserendis nec verbum audire poterat. Orchanes vero pater, iniuriae violatique foederis

[redacted]

ἐπιβουλὴν, οὐκ ἀγαθόν· καὶ τὸ συνειδέναι καὶ συμπράττειν A. C. 1355 σφόδρα χαλεπὸν, εἰ ἐκείνῃ μὲν αὐτὸς τοσοῦτον εὐνοοίη, ὥστε βούλεσθαι καὶ τὸν υἱὸν ἀπολύειν τῶν δεσμῶν, οὐδενὸς ἂν ἑτέρου προσδοκήσαντος, αὐτὴ δ' ἐπὶ τοσοῦτον δυσμεναίνοι, ὥστ' ἐπιβουλὰς τοιαύτας συσκευάζειν κατ' αὐτοῦ· μᾶλλον δὲ ὑπώπτευεν εἶναι τοὺς λόγους συκοφαντίας, καὶ πᾶσι ποιεῖν ἐβούλετο καταφανὲς, ὡς εἴη διαβολαὶ τὰ εἰρημένα. διὸ αὐτός τε ἀνέκρινεν ἐπιμελῶς τὸν Ζιανὸν, ἐπαγγελλόμενος αὐτῷ τὴν ἐπὶ τῇ ἐπιβουλῇ ἀφήσειν δίκην, εἰ τὰ περὶ βασιλίδος εἰρημένα συνομολογοίη ὡς εἴη συκοφαντίαι, καὶ τῶν ἐν τέλει τοῖς ἐπιφανεστέροις τὴν ἐξέτασιν ἐπέτρεπεν. ὁ P. 899 δ' ὁμοίως ἐπὶ πάντων ἰσχυρίζετο ἀληθῆ τὰ εἰρημένα εἶναι, καὶ πάντων ἐκείνην αἰτίαν εἶναι πρὸς ἅπαντα ἐξηγουμένην καὶ τρόπους ἐξευρίσκουσαν καὶ ἐπινοίας, ἐξ ὧν ἂν κατορθωθείη τὰ βεβουλευμένα. καὶ λόγους προσετίθει πιθανοὺς, ἐξ ὧν ὀλίγου δεῖν τοὺς πλείους ἔπειθε φαῦλα ἤδη περὶ βασιλίδος ὑποπτεύειν. οὕτω δὲ συμβὰν, καὶ Καλλίστου τοῦ πατριάρχου ἐν τοῖς βασιλείοις ἀφιγμένου, ἐπεὶ ὁ Ζιανὸς ἐξεταζόμενος ἐπύθετο παρεῖναι, ἀφορισμὸν ἀπὸ θεοῦ παρὰ τοῦ πατριάρχου προὐκαλεῖτο, ὡς οὕτως ὑπ' ἀνάγκης ἅπαν λέξων τἀληθές. δόξαν δὲ καὶ βασιλεῖ λυσιτελεῖν, (οὐδὲ γὰρ ἂν ἀφειδήσειν ἑαυτοῦ τοσοῦτον Ζιανὸς, ὡς ἐπ' ἀπωλείᾳ ψυχῆς οὕτω καταψεύσεσθαι βασιλίδος ἐπ' ἐλπίδι κέρδους B

3. τῶν om. P. 5. ἐπιβολὰς P. 6. ὑπόπτευεν P. 9. ἀφέσεως P.

tricem, si insidiarum minime conscia esset, haud bonum: esse autem consciam et facti participem, valde immane iudicabat, quando ipse adeo bene cuperet, ut filium eius e vinculis emittere cogitaret, quod nemo exspectasset, ipsa vero tantas in se insidias tam maligne compararet. Verumtamen eo potius propendebat, ut sermonem illum pro obtrectatione haberet, et id constare volebat omnibus. Idcirco curiosius Zianum excutiens, se illi propter insidias supplicium condonaturum affirmabat, si de imperatrice detraxisse confiteretur: et procerum nobilioribus quaestionem dabat. Zianus perinde in omnibus vera se locutum asseverabat culpamque omnem in illam reiiciebat: illam ad omnia praeivisse, illam modos et astum invenisse, quibus mente concepta feliciter patrarentur: et probabilibus utebatur argumentis, quibus pluribus malam de imperatrice suspicionem ferme iniiciebat. Forte et Callistus patriarcha in palatium venit, quem ut Zianus, qui tum a iudicibus interrogabatur, adesse audivit, eam ad anathematismum in se dictandum provocabat: sic enim coactum, quod res esset, enuntiaturum. Cum idem imperatori placeret, (neque enim tantopere parsu-

A. C. 1355 οὐδενὸς,) ἐπέτρεπε πραχθῆναι. εἰρημένου δὲ καὶ τοῦ ἀφορισμοῦ, ἔτι βεβαιότερον τὰ πρότερον εἰρημένα ἰσχυρίζετο. ὃ μάλιστα τὴν βασιλέως γνώμην ἔσεισε καὶ δυσμεναίνειν αὐτῷ τὴν βασιλίδα Εὐγενίαν ἔπεισε πρότερον οὐδαμῶς φαύλας ἔχειν περὶ ἐκείνης ὑπονοίας ἀνεχόμενον. ἀχθεσθεὶς δὲ οὐ μετρίως καὶ λύπης ἔμπλεως γενόμενος ἐπὶ τοῖς συμβᾶσι, Ζειανὸν μὲν ἐκέλευεν ἐν δεσμωτηρίῳ φρουρεῖσθαι καθειρχθέντα, αὐτὸς δὲ ἀπέσχετο τοῦ περὶ τὴν ἐλευθερίαν τοῦ γυναικὸς ἀδελφοῦ τι πράττειν ἢ βουλεύεσθαι, ἄτοπον εἶναι λογισάμενος καὶ σχέτλιον κομιδῇ τὴν μὲν ἐκείνου μητέρα τὴν βασι- 1
C λίδα τοσαύτην πρὸς αὐτὸν πικρίαν καὶ δυσμένειαν ἐνδείκνυσθαι, ὡς πάντα πράττειν, ἐξ ὧν ἂν αὐτὸς διαφθαρείη, ἢ ὡς μάλιστα πρὸς πολλῶν ἀφίκοιτο πεῖραν δυσχερῶν, αὐτὸν δὲ ὥσπερ ἀπεστερημένον τὸ λογίζεσθαι, καὶ τὸν υἱὸν ἐκείνης ἀφιέναι τοῦ δεσμωτηρίου, πολέμιον ἐσόμενον κἀκεῖνον σὺν 1
αὐτῇ. χρόνου δὲ οὕτω βραχέος παραῤῥυέντος, Ζειανὸς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὥσπερ εἰς συναίσθησιν, οἷα εἴργαστο, ἐλθὼν καὶ δείσας, μὴ καὶ μετὰ τελευτὴν τοῖς ἐν ᾅδου καταδίκοις συνεῖναι καταψηφισθῇ, οἷα δὴ πρὸς τῷ σεσυκοφαντηκέναι βασιλίδα καὶ ἀφορισμὸν ἀπὸ θεοῦ δεξάμενος καὶ δαίμοσιν ἑλό- 2
μενος συνεῖναι τοῖς ἀπὸ θεοῦ κεχωρισμένοις, γράμματα ἔ-
D πεμπε τῷ πατριάρχῃ διά τινος τῶν πάνυ φίλων. τὰ δὲ ἐδήλου, ὡς συκοφαντοῖτο μὲν ὑπ' αὐτοῦ ἡ βασιλὶς ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις καὶ μηδὲν αὐτῷ συνειδείη καὶ τοῖς συνομόταις

rum sibi Zianum, ut cum exitio animae ita contra imperatricem nullius exspectatione lucri mentiretur,) indulsit. Lata anathematis sententia, etiam pertinacius, quae prius dixerat, affirmabat. Unde imperator vehementissime perturbatus, Eugeniam, de qua nihil sinistrum sustinebat suspicari, sibi male velle credidit, dolensque non mediocriter et moestitudinis ob hoc plenus, Zianum in custodiam dari iussit et ipse de Matthaei liberatione agere aut cogitare destitit, absurdum et nefarium inprimis ratus, eius matrem tantum sui odium et malevolentiam concepisse, ut ad pestem sibi aut aerumnas maximas creandas moliretur omnia, se vero, tanquam mentis inopem, etiam filium eius, hostem sibi una cum illa futurum, e carcere dimittere. In his brevi tempore elapso, Zianus in carcere, ut conscientia sceleris sui exagitatus et timens, ne post mortem etiam ad inferos mitteretur, velut qui praeter calumnias in imperatricem a Deo quoque diro carmine separatus esset et cum daemonibus a numinis societate in omnem aeternitatem seiunctis versari elegisset, per amicissimum quendam patriarchae litteras mittit, quibus significat, se adversus imperatricem, ignaram, quae ipse cum coniuratis machinatus esset, falsa locutum, et quo mendacio suo fidem impo-

τῶν βεβουλευμένων· τοῦ πιστευθῆναι δὲ τὰ πεπλασμένα ἕ- A. C
νεκα καὶ τὸν ἀφορισμὸν κακῶς καὶ ἀνοήτως δέξασθαι. νυνὶ V. 71
δὲ εἰς οἷον βάραθρον ὑπ' ἀναισθησίας κατώλισθε συνιδόντα,
τυχεῖν συγγνώμης δεῖσθαι τἀληθὲς ἅπαν ἐξαγγέλλοντα, καὶ τῶν
ἐκ τοῦ ἀφορισμοῦ δεσμῶν λυθῆναι. ὁ μὲν οὖν Ζειανὸς τοιαῦ-
τα ἔγραφεν· ἀγχίνους δὲ ὢν ὁ τὰ γράμματα κομίζων καὶ χρή-
σασθαι καιροῖς ὀξὺς καὶ συνιδὼν, ὡς, ἂν μὲν πρὸς πατριάρ-
χην τὰ γράμματα ἀγάγοι, Ζειανῷ τὴν ὠφέλειαν παρεσχημέ-
νος ἔσται μόνῳ, βασιλεῦσι δὲ κατάδηλα ποιήσας, πρὸς οἷς
ὠφελήσει Ζειανὸν, καὶ βασιλίδα τὴν Εὐγενίαν ἀπαλλάξει τῆς P. 900
συκοφαντίας καὶ τοῦ δεσμωτηρίου τὸν υἱὸν, ἀφῖκτο πρὸς
Εὐγενίαν τὴν βασιλίδα, φέρων καὶ τὰ γράμματα. ἡ δ' ἔ-
πεμπεν αὐτίκα βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ, καὶ ὃς οὐδὲν μελ-
λήσας, τῷ νέῳ βασιλεῖ τὰ γράμματα ἐδείκνυ. οὕτω δὲ σα-
φέστατα ἐληλεγμένης τῆς συκοφαντίας, ὁ νέος βασιλεὺς ἔν-
θους τε ἦν ὑφ' ἡδονῆς, ὅτι ἡ πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους διελύε-
το δυσμένεια, ὅπερ μάλιστα ἐβούλετο, καὶ Ζειανοῦ πολλὴν
μοχθηρίαν καταγνοὺς εἰκῇ καὶ μάτην ἑλομένου τὴν τοσαύ-
την συκοφαντίαν, ἔπραττεν αὖθις, ὅπως τὸν γυναικὸς ἀδελ-
φὸν ἀφήσει τοῦ δεσμωτηρίου. τῶν πραγμάτων δὲ κα-
λούντων ἐπὶ Θεσσαλονίκην ἀναγκαίως καὶ δεομένων τῆς ἐκεί- B
νου παρουσίας, ἐξεστράτευσε τριήρεσι. μετὰ δὲ τὴν ἐπάνο-
δον πέμψας ἐκ Τενέδου, ἤγαγεν εἰς Ἐπιβάτας, φρούριόν τι
περὶ Σηλυμβρίαν, τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν, ὅπως ἐγγὺς ἀλλήλων

4. τἀληθῆ M. mg. 8. ἀγάγῃ M.

traret, improbe ac stolide anathematismum suscepisse. Nunc autem in quale barathrum prae stupore deciderit cognoscentem totamque veritatem enuntiantem, veniam et absolutionem ab excommunicatione flagitare. Haec Zianus scripsit. Verum qui litteras portabat, solers et ad occasionem arripiendam promptus, intelligens, si eas ad patriarcham deferret, Ziano soli profuturum: at si imperatoribus reddidisset, praeter hoc, quod Ziano prodesset, etiam Eugeniam imperatricem calumnia et filium carcere liberaturum, cum litteris ad illam abiit. Quas illa statim ad Cantacuzenum misit, et is Palaeologo sine mora legendas exhibuit. Sic manifestissime deprehensa criminatione, nimio gaudio paene desipuit imperator, quoniam scilicet malignitas illa contra coniunctissimos ad nihilum recidebat, quod mirifice optaverat: et Ziani scelus exsecratus, qui sine causa ac temere tam odiosam calumniam confinxisset, subito ad uxoris fratrem e custodia educendum incubuit. Sed cum Thessalonicae negotia praesentiam eius plane requirerent, eo triremibus profectus est. Post reditum Tenedum mittens, Matthaeum Epibatas, castellum quoddam prope Selybriam, duxit, ut, cum essent vicini, colloqui possent. Po-

A. C. 1355 ὄντων γίγνοιντο οἱ λόγοι. ἠξίου τε τὴν βασιλείαν ἀποθέμενον παντάπασι, τὴν ἰδιώτου τύχην στέργειν, τιμὰς καρπούμενον τὰς μετὰ βασιλέα πρώτας καὶ τῶν βασιλέως παίδων πάντων ἐν ἅπασι προέχειν, πλὴν Ἀνδρονίκου βασιλέως. ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ καινοτομεῖν ἑτέραν στολὴν, ὁποίαν ἂν ἐπινοοίη, καὶ ταύτῃ χρῆσθαι, πράττειν δὲ βασιλικῶς μηδὲν, μήτε φθέγ- C γεσθαι. ἢν δέ τις οἷα βασιλεῖ προσφέροιτο ἢ προσαγορεύοι, τοῦτον ἀπελαύνειν πρὸς ὀργήν. τοιαύτη μὲν ἡ Παλαιολόγου τοῦ βασιλέως ἦν ἀξίωσις. Ματθαῖος δὲ ὁ βασιλεὺς μᾶλλον εἵλετο φρουρεῖσθαι διὰ βίου, ἢ τοιαῦτα ὑπομένειν. πρῶτον μὲν γὰρ ἔφασκεν, οὐ ῥᾷον εἶναι ἐνεγκεῖν τὸν χθὲς καὶ πρώην προσκυνούμενον ὡς βασιλέα νῦν ἐν ἰδιώτου σχήματι τελεῖν καὶ τῶν ἄλλων ὀλίγον διαφέρειν ἢ οὐδέν· ἔπειτα οὐδ' ἡ πρόφασις αὐτὴ τοῦ δεσμωτηρίου φαύλη τις καὶ ἀγεννής. ἀλλ' ὑπὲρ τῆς τῶν ὁμοφύλων ἐλευθερίας βαρβάροις τοῖς δουλωσαμένοις πολεμῶν, ἡλίσκετο κατὰ τὴν μάχην ἀτυχήσας, ὃ πολλοῖς συμβέβηκε καὶ πρότερον Ῥωμαίων βασιλεῦσι· κα D νῦν ὑπὲρ εὐδοξίας καὶ τιμῆς μᾶλλον αἱρεῖται τὰ δεινά· ὑπὲ ὧν οὐκ ἄν τις μέμφοιτο δικαίως εὖ φρονῶν. ἂν δὲ πρὸς τὴ δοκοῦσαν δυσπραγίαν ὑποπτήξας, καταπροδῷ τὴν εὐδοξία ἑκοντὶ, πᾶς ὁστισοῦν ἂν δικαίως μικροψυχίας καὶ ἀνελευθερίας γράφοιτο. δι' ἃ ῥᾷον ἂν ἐνέγκοι τὸ δεσμεῖσθαι δι βίου, ἢ καταπροΐεσθαι τὴν δόξαν διὰ τὴν ἐν τῷ παρόντι τῶν δεινῶν ἀπαλλαγήν. ἠξίου τε βασιλέα τὸν γαμβρὸν, εἰ βου-

stulabat autem, ut imperio penitus renuntiaret, privati statu contentus, et honoribus post imperatores primis, liberos eius in omnibus (excepto Andronico imperatore) antecederet. Licere autem illi novum genus vestitus excogitare, eoque uti sed facere aut loqui ut imperatorem nihil. Quodsi quis erga eum tanquam imperatorem se gereret, aut eum hoc nomine appellaret, hunc iratus reiiceret. Talis erat Palaeologi postulatio. Matthaeus tota vita carcerem habitare, quam talem conditionem malle. Primum enim intolerabile aiebat, qui heri et nudiustertius adoratus fuisset ut imperator, nunc subesse privati habitu et ab aliis parum aut nihil differre. Deinde neque ipsam occasionem carceris pudendam et contemnendam esse, sed ob libertatem homophylorum, quam barbari ereptum iverint, infelici Marte pugnantem captum esse, quod et antea multis Romanorum imperatoribus acciderit; et nunc gloriae et honoris causa velle adversa perpeti: id quod nemo prudens vitio daturus sit. Quodsi ista miseria, quae videtur, fractus, sponte se submittat suamque gloriam libens prodat, ab omnibus pusilli animi iure accusatum iri. Quamobrem facilius tota vita in custodia mansurum, quam propter liberationem malorum praesentium decora sua ultro

λοιτο τὰ δέοντα ποιεῖν, μηδενὸς ἀποστερεῖν τῶν ὄντων, ἀλλὰ A. C. 1355
πρὸς τῷ ἀφεῖναι τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τὸ βασιλέα εἶναι συγχω-
ρεῖν. ἢ εἰ μηδὲ ταῦτα συγχωροίη, μᾶλλον αὐτὸν αἱρήσεσθαι
τὸ εἶναι διὰ βίου ἐν δεσμοῖς.

μη΄. Καντακουζηνὸς δὲ ὁ βασιλεὺς γενόμενος ἐν Ἐπι- P. 901
βάταις, ἐπεὶ πύθοιτο τοιαῦτα περὶ τοῦ υἱοῦ, πείθειν ἐπε- V. 717
χείρει, ὡς οὐ προσήκοντα αἱρεῖται. πρῶτον μὲν γὰρ εἶναι
μηδὲν τῶν πάντων, ἔφασκεν, ὃ μὴ τῇ θεοῦ προνοίᾳ διοικεῖ- B
ται, μάλιστα δὲ εἰ τὰ κατ' αὐτὸν ἕκαστα σκοποίη, πάνθ' εὑ-
ρήσει τῇ τοῦ θεοῦ σοφῇ προνοίᾳ εἰργασμένα εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς
σκοπῶν. τὸ γὰρ τοὺς ἐκ Φωκαίας πειρατὰς Βιθυνίαν πα-
ραπλέοντας ἐφ' ἁρπαγῇ καὶ μέγιστον κέρδος ἡγουμένους καὶ
τῶν φαυλοτάτων τινὰς ἐξανδραποδίζειν, ἀθρόον οὕτω καὶ
πέρα προσδοκίας εὐτυχηκέναι, ὥστε τὸν μυρίων μὲν ἀνθρώ-
πων ἄρχοντα καὶ δύναμιν μεγάλην περιβεβλημένον, μεγάλοις
δὲ στρατοπέδοις δυνάμενον ἀντικαθίστασθαι, συλλαβεῖν ἀπο-
νητί, Ὀρχάνην δὲ τὸν πατέρα τῇ πρὸς τὸν παῖδα συμπαθείᾳ
πολλὰ δεηθῆναι βασιλέως, ὥστε τὸν υἱὸν ἀπαλλάττειν τῆς
αἰχμαλωσίας, καὶ μεγάλας τῆς εὐεργεσίας ταύτης ὑποσχέ- C
σθαι ἀμοιβάς, (ἑτέρως γὰρ ἑώρα οὐκ ἐνὸν τὸν υἱὸν ἀπαλλάτ-
τειν τῶν δεσμῶν,) βασιλέα δὲ συνιδόντα καὶ αὐτόν, ὡς τοῦτον
τὸν τρόπον μάλιστα δυνήσεται Ὀρχάνην πείθειν αὐτῷ προσέ-
χειν καὶ τοῦ σοὶ κατ' ἐκείνου συμμαχεῖν ἀναγκάζειν ἀποσχέ-

22. τὸν om. P.

proiecturum: orabatque imperatorem affinem, si vellet recte facere, ne se ullo ornamento spoliaret, sed cum se carcere absolveret, tum imperatorem esse pateretur. Hoc si sibi negaret, quoad viveret, in vinculis haberi malle.

48. Cantacuzenus cum Epibatis esset et haec de filio audiisset, docere studuit, ipsum a scopo aberrare. „Primum enim nihil ex omnibus rebus est," inquit, „quod non divina providentia administretur, praecipueque si singula ab initio consideres, quae tibi contigerunt, omnia sapienti numinis consilio gubernata invenies. Nam quod piratae Phocaeenses, Bithyniae oram praedandi causa legentes et immensum lucrum ducentes, si vilissimos quosdam in servitutem possent abripere, tam secunda fortuna repente et praeter exspectationem usi fuerint, ut innumerabilium mortalium principem potentissimum ac numerosis valentem resistere exercitibus sine labore ceperint, Orchanes vero pater sympathia erga filium enixe imperatorem oraverit, ut filio libertatem conciliaret, magnasque huius beneficii compensationes promiserit, (aliter enim e custodia liberari posse non videbat,) imperator autem ipse perspexerit, hoc maxime modo Orchanem se ad suas partes adiuncturum, et ut abs te iuvando abstineret effecturum, et hac spe triremes armaverit semperque mari

A. C. 1355 σθαι, καὶ ταύτης τῆς ἐλπίδος ἕνεκα τριήρεις ἐφοπλίσαντα
προσέχειν ἀεὶ θαλάσσῃ καὶ πειρᾶσθαι τὸν Ὀρχάνη παῖδα
ἀνασώζειν, ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ σὲ ὑπὸ Τριβαλῶν
προσκεκλημένον, μόνους ἔχοντα βαρβάρους, ἐξεστρατευκέναι
πρὸς Μακεδονίαν, οὕτως ὑπ' ἀνάγκης περισχεθέντα, ὥστε τὴν
οὖσαν ἐκ Ῥωμαίων στρατιὰν ἀπολιπεῖν, Τριβαλοὺς δὲ τοὺς
D πρότερον οὐδ' ἀντιβλέπειν πρὸς τοὺς Πέρσας πώποτε τετολ-
μηκότας ὀλίγους παρὰ δόξαν πρὸς πολλαπλασίους ἀντικατα-
στῆναι, τοὺς Πέρσας δὲ, καίτοι κρείττους τῶν πολεμίων γε-
νομένους, αὐτοὺς ὑφ' ἑαυτῶν διαφθαρῆναι τραπομένους πρὸς
φυγὴν, σὲ δὲ ὑπολειφθέντα μόνον, ἁλῶναί τε ὑπὸ τῶν πο-
λεμίων καὶ δεσμώτην ἀπαχθῆναι πρὸς βασιλέα τὸν γαμβρὸν,
ἐπιστρατεύσαντα αὐτίκα ταῖς πόλεσι ταῖς ὑπὸ σὲ καὶ σὺν
ῥᾳστώνῃ πάσῃ χειρωσάμενον καὶ γυναῖκα καὶ παῖδας τοὺς
σοὺς ὑφ' ἑαυτὸν πεποιημένον, καὶ πάντα ὥσπερ ἐκ συνθήματος
συνδραμεῖν, οὐδένα οἴομαι τῶν πάντων, εἰ μὴ φρενῶν ἀπε-
στέρηται παντάπασι καὶ λογισμῶν ὀρθῶν, μὴ κατὰ θείαν
πρόνοιαν οἰήσεσθαι συμβεβηκέναι. ἃ καὶ σὲ πεπεισμένον, οὐχ
P. 902 ἑτέρως ἐσχηκέναι δέον τοῖς ἐψηφισμένοις στέργειν τῷ θεῷ
καὶ μὴ μετὰ τὴν φιλάνθρωπον παιδείαν ταύτην, (πεπαίδευκε
γάρ σε φιλανθρώπως τῷ θανάτῳ μὴ παραδοὺς,) ἀναίνεσθαι
τὴν ἀνάκλησιν, εἰ μὴ καὶ τῆς βασιλικῆς ἔξεστιν εὐδοξίας ἀ-
πολαύειν, ὥσπερ πρότερον. καίτοι καὶ τὸ πρὸς πᾶσαν ἑτέραν
δόξαν τὴν παρὰ τόνδε τὸν βίον ἐπίκηρον οὖσαν καὶ διαῤῥέου-

12. ἀχθῆναι M. mg.

incubuerit et Orchani filium recuperare contenderit, sub idem vero tempus et tu a Triballis accersitus, cum solis barbaris in Macedoniam iveris, ea necessitate, ut Romanum exercitum relinqueres, Triballi vero, qui prius contra Persas nec oculos audebant attollere, pauci adversum multo plures pugnaverint, Persaeque, quamquam hostibus longe potentiores, per se ipsi in fugam se coniecerint, ipseque relictus solus, ab hostibus captus et vinctus ad imperatorem affinem adductus sis, qui statim in urbes tuas copias duxerit, iisque levi negotio subactis, uxorem et liberos tuos in arbitrium suum redegerit, et sic omnia de industria percurrendo, neminem ego repertum iri puto, si modo particula mentis utatur, qui non omnia coelesti providentia acta esse iudicet. Quod et tu credens non aliter se habere, in divinis decretis acquiescere debes, nec post mitem hanc castigationem (castigavit enim te benigne, nec morti tradidit,) revocationem ab exilio recusare, tametsi, qua nuper fulgebas, imperatoria gloria privatus sis. Quamquam nec ad alios huius vitae honores caducos et fluentes obstupescere prudentium incorrupteque iudicantium est. Quae autem ex imperio isto gloria percipitur, haud

σαν ἐπτοῆσθαι, οὐκ ἀνδρῶν ἐχόντων νοῦν καὶ προσεχόντων A. C. 1355
ἀληθέσι λογισμοῖς. ἡ δὲ ἐκ τῆς βασιλείας ταύτης καὶ κίν-
δυνον οὐ τὸν τυχόντα τῷ μὴ καλῶς τοῖς πράγμασι χρωμέ-
νῳ καὶ προσηκόντως ἂν ἐνέγκοι. οὐ γὰρ ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλ-
λοις, ἂν ῥᾳθύμως, οὕτω δὴ καὶ βασιλεῦσιν ἐφ' ἑαυτοὺς ἡ
βλάβη περιγίνεται, βιοτεύωσιν· ἀλλὰ τά τε ἀγαθὰ ὁμοίως B
κοινὰ τοῖς ὑπηκόοις καὶ τὰ φαῦλα, καὶ δέον ἀγαθοῦ παντὸς
ἀρχέτυπον τὴν βασιλέως καθεστάναι ψυχήν· εἰ δὲ μὴ, οὐ
τῆς σφετέρας μόνον ῥᾳθυμίας ὀφλήσει δίκας, ἀλλὰ καὶ τῆς
τῶν πολλῶν. ἃ τίς ἂν νοῦν ἔχων ἐννοήσας, οὐκ ἂν ἕλοιτο
μᾶλλον ἀφανείᾳ πολλῇ συζῆν, τῆς ζημίας οὐκ εἴς τι τῶν φαυ-
λοτέρων, ἀλλ' εἰς αὐτὴν τὴν ψυχὴν διαβαινούσης, ᾗ τά τε
ἀγαθὰ ὁμοίως καὶ τὰ φαῦλα ἀθάνατα συνέσται; ἐπὶ τού-
τοις δὲ καὶ κατὰ τὸν τῇδε βίον πολλῶν ἀγώνων καὶ πό-
νων καὶ κινδύνων τῷ βασιλεύοντι δεήσει, εἰ μέλλοι μὴ
παρέργως, ἀλλὰ κατὰ τὸν λόγον χρῆσθαι τῇ ἀρχῇ. προκιν- C
δυνεύειν γὰρ τῶν ὑπηκόων δίκαιον ἀεὶ καὶ μὴ ἐν τῷ ἰδίῳ V. 718
ἀσφαλεῖ προΐεσθαι τὴν ἐκείνων σωτηρίαν· καὶ πάντα πόνον
ὑπομένειν καὶ πρὸς τὴν διοίκησιν τῶν κοινῶν καὶ πρὸς τῶν
πολεμίων τὴν ἀντίστασιν, τῶν τε ἔξωθεν ἐπιόντων καὶ τῶν
ἔνδοθεν ὁμοίως ἐπιβουλευόντων. ἂν δέ τις ἔροιτο, ὅτου χά-
ριν πολλὴν τῷ πράγματι δυσχέρειαν συνειδὼς καὶ τοσούτων
πόνων καὶ ἀγώνων τὴν βασιλέως δεομένην ψυχὴν, αὐτὸς, ἐνὸν
ἐν ἰδιώτου μοίρᾳ πάντων ἀπηλλάχθαι, τοσαῦτα ὑπὲρ τοῦ τυ-

12. τὴν om. P. 16. τὸν om. P.

vulgare periculum non bene atque ut decet rem publicam administranti attulerit. Non enim, quemadmodum aliis, si vitam solute transegerint, sic etiam imperatoribus usu venit, ut damnum ad ipsos modo pertineat, sed et bona et mala ipsorum subditis communia sunt, et imperatoris animam omnis virtutis speculum atque archetypum esse oportet: alioqui non solum suae, sed et aliorum segnitiei poenas persolvet. Quae quis tandem non stultus secum reputans non vel obscurissimus vivere malit, cum detrimentum non in despicabile quippiam, sed in ipsam animam derivetur, cui et bona et mala in sempiternum inerunt? Praeterea et multis contentionibus, laboribus et discriminibus in hac vita perfungendum est imperatori, si nolit quasi aliud agens, verum ut ratio praescribit, imperio praeesse. Etenim pro subiectis adire periculum semper aequum est, nec, dum ipse modo securus sit, alienam salutem parvi pendere: et cum in moderanda re publica, tum in coërcendis hostibus, et foris invadentibus et intus insidiantibus, laborem quemvis capessere. Interroget quispiam, cum scirem, quantis ista functio impedita esset difficultatibus, quotque contentionibus ac laboribus imperatoris animus volentis, nolentis exerceretur, possemque privati

[redacted]

A. 1355 χεῖν εἰλόμην ὑπομένειν καὶ κινδύνοις φοβεροῖς καὶ περιστάσεσι ποικίλαις προηκάμην ἐμαυτὸν, ἐκεῖνο ἂν ἀποκριναίμην φιλαλήθως, ὅτι μὴ βασιλικῆς ἀρχῆς ἐρῶν, μηδὲ πρὸς τὴν
D ἐκ ταύτης δόξαν κεχηνὼς, ἑκὼν εἶναι καθῆκα ἐμαυτὸν εἰς τοὺς ἀγῶνας, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων ἐπιβουλευθεὶς, πολλὰς συκοφαντίας καὶ διαβολὰς συσκευασάντων, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν συνελαθεὶς, (οὐδεμία γὰρ ἐλπὶς ὑπελείπετο πονηροτέρα,) καὶ συνιδὼν, ὡς οὐχ ἀγαπήσουσιν, ἂν αὐτοῖς παραχωρήσω τῶν πραγμάτων τῆς ἀρχῆς, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν δικαίως πεπολεμηκέναι ὠμῶς ἀποκτενοῦσιν, ὡς τὰ ἔσχατα ἠδικηκότα, καὶ παῖδας διαφθεροῦσι καὶ οἰκείους καὶ τοὺς ἄλλους, ὅσοι πρότερον ἔτεσι πολλοῖς εὔ-
P. 903 νως ἔχειν ἐδόκουν πρὸς ἐμὲ, ὄντες οὐκ ὀλίγοι τινὲς, οὐδὲ εὐκαταφρόνητοι, ἀλλ' οἱ πλείους καὶ περιφανέστεροι Ῥωμαίων, ὑπὲρ τῆς σφετέρας τε καὶ τῶν συνόντων σωτηρίας εἰλόμην τὴν βασιλέως προσηγορίαν, καίτοι πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου τῶν πραγμάτων ἄρχων καθεστὼς, οὐ δόξης ἕνεκα τῆς ἐκ τῆς βασιλείας ἐσομένης· οὐδὲ τοῦ τοῖς παισὶν ὥσπερ τινὰ πατρῷον κλῆρον καταλείπειν τὴν ἀρχήν· καὶ τούτου δείγματα παρεσχόμην ἐναργέστατα διὰ παντὸς τοῦ χρόνου οὐ μόνον πρὶν ἁπάσης ἐγκρατὴς γενέσθαι τῆς ἡγεμονίας, (δεομένων γὰρ ἁπάντων τῶν συνόντων καὶ σ[...] αἱρεῖσθαι βασιλέα, οὐκ ἠθέλησα,) ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ πᾶσα[...]

18. τῆς P. pro τοῖς.

conditione et loco contentus, vacare istis omnibus, cur tandem ad[...] multa pro imperio adipiscendo sustinuerim et periculis formidand[...] variisque casibus me immiserim. Ego vero illud, ut veritatis aman[...] respondebo, me non imperatorii principatus avidum, neque ei[...] maiestati inhiantem, sed homophylorum insidiis, qui tot obtrectati[...]nibus et falsis criminationibus per dolum ac fraudem consutis [...] ipsum me malorum Colophonem compulerunt, ad hos agones desce[...]disse: deterius enim sperare nihil poteram. Et quia praevideba[...] cessione imperii contentos haud futuros, sed, ut bellum gessis[...] iustum viderentur, atrociter me, ut hostem nocentissimum, occis[...]ros liberosque meos, propinquos et alios, quotquot antea m[...]tis annis mihi studuissent, (quorum nec exigua est multitud[...] nec contemnenda auctoritas, cum maior pars illustriores Romani sin[...]t,) interempturos ob ipsorum et eorum, qui mecum erant, salutem i[...]peratoris appellationem assumpsi, quamvis multo ante penes me [...]set rerum arbitrium, non profecto ob claritatem ex imperio ori[...]ram, neque ut id filiis meis patrimonii loco relinquerem. Cu[...] meae voluntatis, et priusquam totius imperii compos fierem et [...] omne tempus apertissimas significationes dedi. Nam cum totus [...]

ποιήσασθαι ὑπ' ἐμαυτόν· δεηθέντων γὰρ πολλῶν, καὶ μά- A. C. 1355
.ιστα τῶν ἐπιφανεστάτων, τὰ ἴσα αὖθις περὶ σοῦ, τοσοῦτον B
οὐ πεισθήσεσθαί ποτε ἀπέσχον, οἷς αὐτοὶ ἠξίουν, ὥσθ' ἅμα
ᾧ πᾶσαν ἔχειν καὶ τῆς μοχθηρίας τῶν συκοφαντῶν ἐναρ-
·εστάτας παρασχέσθαι ἀποδείξεις, πᾶσαν ἐπενόουν μηχανὴν
αὶ πάντα ἔπραττον, ὥστε τῶν ἐκ τῆς ἀρχῆς θορύβων ἀ-
ιαλλάξας, ἀπραγμοσύνῃ τὸν ἐπίλοιπον συνεῖναι βίον καὶ
:ρὸς τὴν ἄλυτον ἐκείνην καὶ μὴ διαῤῥέουσαν ζωὴν πᾶσαν
ιεταθέσθαι καὶ φροντίδα καὶ σπουδήν. οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ
ιάλιστά τις φαίη τῆς δόξης ἕνεκα καὶ τῆς τρυφῆς καὶ τῶν
ἄλλων τῶν δοκούντων ἐκ τῆς βασιλείας ἀγαθῶν τοὺς πό-
ους ἐμὲ καὶ τοὺς κινδύνους τοὺς τοσούτους ὑποστῆναι,
ιάλιστ' ἂν ἔγωγε φαίην ἀξιόχρεως καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἄλ- C
.οις εἶναι παιδευτής. σαφέστατα γὰρ ἐκ τῶν πραγμάτων
υνιδὼν, ὡς τὸ τηλικαύτην ἀρχὴν διέπειν καλῶς καὶ προσ-
ȷκόντως καὶ κατὰ μίμησιν τοῦ πάντων βασιλεύοντος θεοῦ,
ὐκ ἂν εἴη παντὸς τοῦ βουλομένου, ἀλλ' ὅσοι πνεύματι
θεοῦ ἀγόμενοι, πάντα πράττουσιν, ὅπως ἂν τῷ ἄγοντι δο-
:οίη· οἷος ἦν Δαυὶδ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἐν βασι-
.εῦσι καὶ ὅσοι κατ' ἐκείνους τὴν ἀρετὴν, ἀσφαλέστατ' ἂν
υμβουλεύσαιμι τοῖς μὴ τοιούτοις καὶ τῆς πρώτης πείρας
ἀποσχέσθαι, μέλλουσιν οὐκ ἐλάττω βλάπτεσθαι ἐκ τῆς ἀρ-

8. ἄλυπον V. 13. μάλιστα ἂν P.

;aret exercitus, ut te imperatorem deligerem, nolui. Quin cum iam omnia subegissem, eademque multi et illustrissimi flagitarent, tantum abest, ut illorum precibus unquam annuerim, ut, cum iam rerum dominus essem possemque sycophantas improbitatis evidentissime convincere, omnes vias quaesierim, egerim et molitus sim omnia, ut procul strepitu ac tumultu imperii, quod superesset vitae, in tranquilla negotiorum vacuitate consumerem et ad illam nunquam praeterlabentem immortalemque vitam omnem sollicitudinem studiumque transferrem. Verum enim vero si quis etiam dixerit, me nominis propagandi et deliciarum aliorumque commodorum gratia, quae ex imperio putantur provenire, labores et pericula tanta sustinuisse, ob id ipsum ego me aliis inprimis accommodatum fore magistrum et institutorem assero. Quia enim ab ipsa experientia eruditus clarissime perspexi, tantum imperium bene et convenienter cum omnium imperatoris Dei imitatione procurare, non esse in cuiusque volentis manu situm, sed eorum, qui spiritu Dei acti, omnia ex placito agentis agunt, (quales erant David et Constantinus ille magnus imperator et quicumque ad illorum praestantiam proxime accesserunt,) tutissimum consilium dederim iis, qui tales non sunt, ut etiam primo conatu abstineant, quandoquidem non minus nocumenti e principatu reportaturi sunt, quam se emolumenti reportaturos confide-

C. 1355 χῆς, ἢ ὅσα νομίζουσιν ὠφελεῖσθαι, σφᾶς αὐτοὺς ἐξαπα-
D τῶντες, τὴν τρυφὴν καὶ τὴν βλακείαν καὶ τὴν ἄλλην πρὸς τὸν βίον ῥᾳθυμίαν νομίζοντες τῶν ἀγαθῶν. ταῦτα μὲν οὖν ἄν τις φαίη καὶ τὰ πλείω τούτων παραπλήσια, πειρώμενος ἀποτρέπειν τοῦ μὴ σφόδρα κεχηνέναι πρὸς τὴν δόξαν ταύ-
V. 719 την τὴν κάτω καὶ πατουμένην, ἣν καὶ χρόνος διαλύειν δύναιτ' ἂν καὶ μεταβολὴ πραγμάτων καὶ μοχθηρία πονηρῶν ἀνθρώπων καὶ μυρία ἕτερά τινα· ἂν μέντοι πρὸς τούτοις καὶ θεὸς ἄνωθεν ἐπιψηφίζηται καὶ κελεύῃ φανερῶς ἐξίστασθαι τῆς ἀρχῆς, οὐ πάντα πράξομεν τὰ θεῷ δοκοῦντα μετ' εὐγνω-
P. 904 μοσύνης, ἀλλὰ φιλονεικήσομεν, ἢ διὰ βίου βασιλεύειν, ἢ εἰ μὴ παρείη μηδὲ ζῆν, μηδὲ τὸν ἥλιον ὁρᾶν τουτονί, ἀλλ' ὑπὸ ζόφον βιοῦν αἱρεῖσθαι; καίτοι εἰ μὲν ἔκ τινων λογισμῶν ἀναμφιβόλων σαφέστατα ἐξῆν εἰδέναι, ὅτι τοὺς ἁπανταχοῦ βαρβάρους γῆς διαφθερεῖς καὶ τρόπαια λαμπρά τινα καὶ περιφανῆ στήσεις ἀπὸ πάντων πολεμίων καὶ τὴν ἀρχαίαν εὐδαιμονίαν τοῖς Ῥωμαίων ἀνασώσεις πράγμασι καὶ κυρίους γῆς καὶ θαλάσσης ἀποδείξεις, ὥσπερ ἦσαν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις, ὅτε ἤκμαζεν αὐτῶν ἡ δύναμις, λόγον ἄν τινα ἐδόκει ἔχειν ἡ πρὸς τὴν παραίτησιν τῆς βασιλείας ἔνστασις. εἰ δὲ τὰ τοιαῦτα εὐτυχήματα ὀνειρώττειν, ἢ καὶ νήφοντα ἀναλογίζεσθαι διενήνοχεν οὐδέν, τί δεῖ τοσαῦτα
B ὑπὲρ τῶν ἐσομένων μηδέποτε φιλονεικεῖν; ἐγὼ δὲ ἀπορῶ

2. βλαβείαν M. 4. τὰ om. P.

bant, semet ipsos ludificantes, damna, delicias et vitam desidiosam in bonis numerantes. Haec itaque et plura huius generis si quispiam in medium adducat, studens alium revocare ab ardenti appetitione huius terrenae et conculcandae gloriae, quam et tempus et rerum vicissitudo et perversorum hominum nequitia et alia innumerabilia possint dissolvere: si praeterea Deus desuper decernat et manifeste iubeat se imperio abdicare, non omnia Deo placentia cum aequanimitate faciemus, sed adhuc contendemus, aut tota vita imperare, aut, si id non detur, neque hunc coeli spiritum haurire amplius, neque solem hunc intueri et vitam nostram tenebris caliginique mandabimus? Enimvero si minime dubiis ratiocinationibus certissime scire liceret, te, qui ubique terrarum sunt, barbaros deleturum illustriaque et conspicua trophaea de omnibus hostibus erecturum et antiquam illam Romanae rei publicae felicitatem restituturum et dominos terrae marisque, ut erant superioribus aetatibus, cum floreret eorum potentia, effecturum, non prorsus a ratione alienum videretur, negato imperio instare obfirmatius. Si autem nihil interest, utrum felicitates huiusmodi vigilans cogites, an dormiens somnies, quid, quaeso, attinet pro iis, quae nunquam

παντάπασιν ὁποίοις ἄν τισι χρησάμενος σώφροσι λογισμοῖς, A.C. 1355
μᾶλλον αἱρήσῃ διὰ βίου δεσμωτήριον οἰκεῖν, ἢ τὴν βασιλικὴν ἀξίαν ἀποθέσθαι. εἰ γὰρ μὴ νῦν ὑπείκειν ἐθελήσεις πρὸς τὴν βασιλέως τοῦ γαμβροῦ ἀξίωσιν, δυοῖν θάτερον ἀνάγκη, ἢ δεσμοῖς ἐναποθνήσκειν, ἢ πειρᾶσθαι τρόπῳ δή τινι τὸ δεσμωτήριον ἀποδράντα, τὴν ἀρχὴν ἀνακαλεῖσθαι. τούτων μὲν οὖν ἑκάτερον εἴ ποτε ἐξέσται, ἐν ἀδήλῳ κεῖται· ὅτι δὲ, εἰ καταστταίης αὖθις πρὸς τὸν πόλεμον, πολλῶν δεήσῃ πόνων καὶ κινδύνων καὶ πολλοῖς τῶν ὁμοφύλων αἵμασι τὴν ψυχὴν καταχρανεῖς καὶ μυρίων κακῶν καὶ ἀνδραποδισμῶν Ῥωμαίοις αἴτιος ὀφθήσῃ, δῆλον μάλιστα αὐτόθεν καὶ C
οὐδὲ ὀλίγου λόγου πρὸς ἀπόδειξιν δεόμενον. τὸ γὰρ ἐκεῖνον συμπάντων ὄντα πραγμάτων κύριον πειρᾶσθαι παραλύειν τῆς ἀρχῆς οὐδαμῶς τις ἑτέρως ἂν ἐξεῖναι οἰηθείη, ἢ διαστήσαντα τοὺς ὑπηκόους καὶ πόλεμον ἐμφύλιον κεκινηκότα, ἢ δύναμίν ποθεν ἐπαγαγόντα ἢ Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων, οἳ τὰς πόλεις ἐκπολιορκήσουσιν ἀνθισταμένας καὶ τοὺς μὲν ἀποκτενοῦσι τῶν ἁλισκομένων, τοὺς δὲ καταδουλώσονται καὶ ἀναγκάσουσι πρὸς βίαν σοι προσέχειν· ὧν ἑκάτερον οὐδενὸς τῶν ἀτοπωτάτων ἀποδεῖ πρὸς ἀδοξίας λόγον. ὁπότε οὖν τὸ μὲν εὐδοκιμεῖν, εἴ ποτε καὶ κατὰ γνώμην τὰ πραττόμενα ἀποβαίη, πολλὴν τὴν ἀδηλίαν ἔχει, ἡ ἀδοξία δὲ ἐξαρχῆς καὶ D
τῶν χειρίστων ἀναφαίνεται ἡ ἐπιχείρησις, οὐ τὰ πρὸς εὐ-

erunt, tantum defatigari? Porro plane nescio, ubi mens tua fuerit, cum magis perpetuum carcerem, quam imperatoriae dignitatis abdicationem elegisti. Si enim postulationi affinis tui imperatoris cedere iam detrectaveris, alterum e duobus necessarium erit, ut vel in vinculis moriare, vel ut, cum techna aliqua evaseris, imperium labores recipere. Horum alterutriusne potestatem nacturus sis, dubito. Quod autem, si bellum denuo suscites, multi te labores ac discrimina maneant multoque homophylorum sanguine animam polluturus et innumerabilia mala servitutesque Romanis importaturus sis, inde potissimum liquet, neque vel paucis verbis demonstrare opus est. Nam cum ille sit rerum omnium princeps, ausus eiusdem ab imperio depellendi alia ratione non procedet, quam si, discordia inter populos concitata, bellum civile moveatur, aut aliunde seu Graecorum seu barbarorum copiae inducantur, quae urbes resistentes facile expugnent et captivorum alios occidant, alios subigant et ad sibi obtemperandum compellant: quorum utrumque dedecore et ignominia plenissimum est. Quando igitur famae tuae celebritas, si quando videlicet ex sententia res iret, admodum incerta est, infamia autem et improbissimus conatus statim a principio patent, nonne ad indubitatum decus et gloriam magis prove-

C. 1355 δοξίαν μᾶλλον ἄγοντα καὶ βέβαια τῶν ἀδήλων ἀνθαιρήσῃ;
οὐ μὴν ἀλλ᾽ εἰ καὶ βασιλεὺς αὐτὸς πολλῇ χρησάμενος ἐπι-
εικείᾳ καὶ μεγαλοψυχίᾳ, τὴν μὲν τιμήν σοι συγχωρήσει τὴν
βασιλικὴν, ὅσην ἐν ἐνδύμασι καὶ λόγοις, οὐκέτι δὲ προσήσε-
ται κοινωνὸν καὶ τῆς ἀρχῆς, οὐδέ τινας παρέξεται τῶν ὑπη-
κόων πόλεων, ἐφ᾽ αἷς βασιλεύσεις καὶ αὐτὸς, (οὐδεὶς γὰρ ἂν
βιάσαιτο πρὸς ταῦτα, εἰ μὴ βούλοιτο ἑκὼν,) οὐδὲν ἄλλο
λείπεται, ἢ γῆν ζητεῖν ἑτέραν καὶ πόλεις, ὧν προστήσῃ·
P. 905 οὗ καὶ μόνον ἐννοῆσαι πᾶς τις ἂν ἀπόσχοιτο, εἰ σωφρονοίη·
ἢ μένοντα ἐνταῦθα, ὄνομα κεκτῆσθαι μόνον ἔρημον πραγμά-
των, καὶ τὴν δοκοῦσαν τιμὴν ἀδοξίας ἔχειν ἀφορμήν. οὐ
γὰρ ὥσπερ ἡ ἀπὸ τῶν ἔργων εὐδοξία εὖ τε φερομένοις καὶ
δυσπραγοῦσι τοῖς ἀνθρώποις περισώζεται, (ψυχῆς γάρ ἐστιν
ἀρεταῖς κεκοσμημένης,) οὕτω δὴ καὶ ἡ ἀπὸ συνθήματος γινο-
μένη τῶν ἀνθρώπων βέβαιον ἔχει τι, μὴ καὶ τῶν πραγμά-
των συναιρομένων, ἀλλ᾽ ὥσπερ συνέστη τὴν ἀρχὴν, οὕτω δὴ
καὶ διαλύεται ἀπὸ συνθήματος· περὶ ἣν οὐ μάλιστα σπου-
V. 720 δάζειν χρὴ, οὐδ᾽ ἂν τὸ διάδημά τις ἔχῃ, ἢ οὐδὲν διοίσει
λίθων, ὧν τοὺς μὲν ἐν τοῖς τιμιωτάτοις ἄγουσιν οἱ ἄνθρω-
B ποι, τοὺς δὲ ἐν τοῖς ἀτιμοτάτοις, οὕτω δόξαν· αὐτοὶ δὲ
κατὰ τὴν φύσιν οὐδὲν μᾶλλον ἕτερός ἐστιν ἑτέρου τιμιώτε-
ρος, ἀνδρία δὲ καὶ φρόνησις καὶ σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη
οὐ τῶν ἀλόγων μόνων τοὺς ἀνθρώπους ὑπερέχειν ἀποφαί-
νουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἀλλήλων, καὶ τοσοῦτον τούτων ἑκα-

15. τιμὴ M.

hentia incertis antepones? Sed etsi imperator ipse ex multa moderatione et animi quadam magnitudine honorem quidem imperatorium qua ornatu, qua appellatione tibi concederet, non tamen etiam in imperii consortium admitteret, neque aliquas suarum civitatum tibi addiceret, (quod quidem nisi sponte faceret, nemo eum cogeret,) superesset aliud nihil, quam ut alias regiones et urbes quaereres, quibus imperares: quod vel cogitare horreat, cuicumque mens sana est: aut hic manens nomen sine re et honorem umbratilem, materiam dedecoris, possideres. Non enim quomodo factorum gloria beatis iuxta et calamitosis manet, (est enim ab anima virtutibus exornata,) sic qui ex consensu hominum defertur honor, certus est et constans, quamvis ei opes opitulentur, sed qua conspiratione cuipiam ab initio constitutus est, eadem eripitur: cui minime studendum, etiamsi quis diadema gestet, cum nihil lapillis differat, quorum cum quidam pretiosissimi reputentur, natura tamen non est alius alio pretiosior. Fortitudo autem, prudentia, temperantia, iustitia non solum homines a brutis animantibus, sed et ipsos inter se distare ostendunt, et tantum inter utrosque discrimen apparet, ut illi quidem

ρων ἀποδείκνυται τὸ μέσον, ὡς τοὺς μὲν θαυμάζεσθαι, A.C.1355 τύχοι καὶ παρ' αὐτῶν τῶν πολεμιωτάτων, τοὺς ἑτέρους ὁμοίως παρὰ πάντων ἀτιμάζεσθαι καὶ καταφρονεῖσθαι ὶ ὀλίγα ἢ οὐδὲν νομίζεσθαι ἀλόγων διαφέρειν. περὶ ἣν ιμαι δίκαιον καὶ σὲ καὶ πάντα ὁντινοῦν ἡττᾶσθαι. τὸ γὰρ ἡττᾶσθαι τοῦ ἡττᾶσθαι αἴσχιον ὂν, οὐ μᾶλλον νικᾷν, ἢ ἅπασιν ἡττᾶσθαι πείθει τοῖς αἰσχροῖς. εἰ δέ τις καὶ τὴν C ίζω καὶ θαυμασιωτέραν τιμὴν ἐπιζητοίη καὶ τὴν μάλιστα οσήκουσαν ἀνθρώπῳ, ἣ καὶ τοῦ παρόντος βίου λυομέν παραμένει καὶ πολλήν τινα καὶ θαυμαστὴν ὠφέλει- παρέχεται τοῖς ἔχουσι, ἐκείνην εἶναι ἴστω, ἣν θεὸς ρέξεται τοῖς ἀγαπήσασιν αὐτὸν καὶ διὰ βίου πᾶσαν πρὸς εἶνον ἐπιδεδειγμένοις ἐπιείκειαν καὶ τήρησιν τῶν προστα- άτων. ὅτε τοίνυν τῶν μὲν πάνυ βελτιόνων ἔξεστί σοι τιμῶν τέχειν, καὶ οὐδεὶς ἂν ἀποστερήσειεν ἐθέλοντα οὔτε βασιλεὺς, ἴτε ἰδιώτης, τῆς δ' ἀτιμοτέρας ταύτης καὶ οὐ πολλοῦ τινος ίας λόγου παρ' εὐφρονοῦσιν αὐτὰ τὰ πράγματα καταναγκά- υσι καταφρονεῖν, θεῷ τε πειστέον, πρῶτον οὕτω τὰ ἡμέτερα D ηφισμένῳ, καὶ ἐμοὶ τῷ συμβουλεύοντι. οἴομαι δὲ οὐδένα ερον μήτε οἰκειότερον, μήτε λυσιτελέστερον παραινέσαι, ήτε σὲ μᾶλλον ἑτέρῳ ἢ ἐμοὶ πεισθῆναι ὄντα δίκαιον." τοσαῦ- μὲν Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς διειλέχθη πρὸς τὸν υἱὸν, ἰθων μὴ πάνυ τῆς βασιλικῆς τιμῆς ἀντιποιεῖσθαι, ἀλλ'

20. μήτε οἰκειότερον om. P.

terdum ipsis quoque hostibus admirationi sint, hi vero apud mnes aeque negligantur ac despiciantur parumque a belluarum itura discrepare existimentur. In quo honore, inquam, consectan- arbitror iustum esse et te et quemlibet vinci. Etenim cum rpius sit non vinci, non magis vincere, quam nos in omnibus tur- bus vinci sinere persuadet. Quodsi quis maiorem et admirabili- em et homine dignissimum honorem desiderat, qui et post funera rseveret et multam ac singularem se fruentibus utilitatem suppe- tet, illum esse norit, quem Deus his, qui se dilexerint et toto tae spatio eius mandatis cum animi modestia paruerint, impertiet. uando igitur praestantiorum longe honorum participem fieri tibi cet, quibus te nemo, nec imperator, nec privatus spoliare velit, tum autem honorem inhonorum et prudentium iudicio parvi faci- idum ipsae res cogunt vili pendere, Deo inprimis, qui in nos ita nsuluit, tum mihi etiam suadenti obtemperandum est. Ac mea aidem opinione nemo te tam familiariter tamque utiliter horta- is est, neque te cuipiam hominum, quam mihi, iustius est morem erere." Haec Cantacuzenus ad filium, ne dignitatem imperatoriam

C. 1355 ἀποστάντα ταύτης ἑκοντὶ, τοῦ δεσμωτηρίου ἀπαλλάττεσθαι
καὶ τῶν παρόντων δυσχερῶν.
P. 906 μθ'. Ματθαῖος δὲ ὁ βασιλεὺς „δυσχερὲς μὲν" εἶπε „καὶ
οὐ πάνυ ῥᾴδιον τὸν χθὲς καὶ πρώην προσκυνούμενον ὡς
B βασιλέα ὑπὸ πάντων νῦν ἐν ἰδιώτου σχήματι τελεῖν καὶ
τῶν πολλῶν ὀλίγα διαφέρειν ἢ οὐδὲν, καὶ μᾶλλον ἂν αὐτὸς
εἱλόμην διὰ βίου δεσμωτήριον οἰκεῖν, ἢ τοιαύτην παροινίαν
ὑπομένειν. εἰ δὲ σοὶ τοιαῦτα ἔδοξε καὶ πείθεσθαι προστάτ-
τεις, οὐδὲ αὐτὸς οὕτω πόῤῥω καθέστηκα φρενῶν, ὥστε ἢ
λυσιτελέστερόν τι μᾶλλον αὐτὸς νομίζειν ἐξευρήσειν, ἢ μᾶλ-
λον ἐμαυτὸν αὐτὸς, ἢ ὅσον οἴομαι φιλεῖσθαι ὑπὸ σοῦ. ἀλλ'
ἐν ἀμφοτέροις σαφέστατα εἰδὼς οὐκ ὀλίγῳ τινὶ τῷ μέσῳ σοῦ
ἡττώμενος, ἅ τε ἔδοξε θεῷ πρῶτον, ἔπειτα συμβεβούλευκας
καὶ αὐτὸς, ὢν πατὴρ, ποιήσω. βέλτιον γὰρ ὑμῖν πειθόμενος
ὑπομένειν, ἄν τι συμβαίνῃ καὶ τῶν δυσχερῶν, ἢ τοῖς ἰδίοις
C λογισμοῖς, εἰ καὶ τὰ μάλιστα δοκοῖεν ἔχειν τι περίεργον ἀκο-
V. 721 λουθεῖν." Καντακουζηνὸς δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς Βυζάντιον ἐπα-
νελθὼν, ἐπεὶ τὸν υἱὸν ἀπήγγελλε τῷ νέῳ βασιλεῖ τὴν βασιλεί-
αν ἀπειπάμενον, τῶν ἄλλων πάντων καὶ αὐτὸς ὑπεριδὼν, ἐκέ-
λευε τοὺς ὅρκους γίνεσθαι· καὶ ἐγένοντο ἐπὶ τούτοις, ὥστε
Ματθαῖον τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν, παντάπασιν ἀποθέμενον τὸ
βασιλεύειν, ὥσπερ ἐν πράξεσι καὶ στολαῖς, οὕτω δὴ καὶ
ταῖς προσρήσεσι, τὰς μετὰ βασιλέα τιμὰς καρποῦσθαι πρώ-

6. εἰ P. pro ἢ.

adeo sitiret, sed ab ea cupiditate sponte discedens, carcere ac praesentibus incommodis sese liberaret.

49. At enim Matthaeus perdifficile esse respondit, eum, quem nuperrime pro imperatore omnes coluissent, nunc ad privati habitum atque in ordinem redigi, seque carcerem perennem, quam indignitatem huiusmodi sufferre malle. „Quod autem ita tibi videtur," inquit, „et iubes obsequi, nec ipse tam aversus sum a ratione, ut aut conducibilius quidquam me excogitaturum, aut magis memet a me ipso, quam abs te amari putem. Sed cum exploratissime sciam me in utroque abs te non parvo intervallo superari, quae Deo visa sunt primum, deinde, quae et tu, ut pater, consuluisti, faciam: praestat enim, me tibi obedientem perpeti, etiamsi quid tristius evenerit, quam meas ratiocinationes, quantumvis curiosas et exquisitas, sequi." Cantacuzenus Byzantium reversus, postquam Palaeologo nuntiavit, filium se imperio abdicare, reliquis omnibus condonatis iurare iussit, factumque his conditionibus: ut Matthaeus, uxoris frater, imperio qua gubernatione, qua vestitu, qua appellatione omnimodis deposito, proximos imperatori honores occuparet et filios eius, Andronico iuniore imperatore excepto, praecederet, e-

τας καὶ τῶν ἄλλων παίδων βασιλέως προέχειν, πλὴν Ἀν- A. C. 1355 δρονίκου τοῦ νέου βασιλέως, καὶ πᾶσαν εὔνοιαν τηρήσειν πρὸς αὐτούς· ὅπλα δὲ μηδέποτε κινήσειν περὶ τῆς ἡγεμονίας πρὸς αὐτούς, μηδ' ἀμνήμονα φανεῖσθαι τῆς εὐεργεσίας. ἔπειτα ἐν Ἐπιβάταις βασιλέων τε ὁμοῦ καὶ βασιλίδων ἐν ταυτῷ γεγενημένων, Καλλίστου τε τοῦ πατριάρχου καὶ Λαζάρου D τοῦ τῶν Ἱεροσολύμων καὶ τῶν ἄλλων ἀρχιερέων, ὅσοι τότε παρόντες ἔτυχον ἐν Βυζαντίῳ, καὶ συγκλητικῶν ὁμοῦ τοι πάντων, τὰς ἱερὰς στολὰς ἐνδεδυμένων τῶν ἀρχιερέων, Ματθαῖος ὁ τοῦ βασιλέως ὤμνυεν υἱὸς τοὺς ὅρκους, συνούσης A. C. 1356 καὶ τῆς γυναικός, ἦ μὴν τηρήσειν βεβαίους διὰ βίου καὶ μηδέποτε μηδένα παραβήσεσθαι ἑκόντα εἶναι. ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ Κάλλιστος ὁ πατριάρχης ἐπεῖπεν ἀφορισμὸν, εἰ μὴ τοῖς ὀμωμοσμένοις ἀκριβῶς ἐμμείνειε. διελύετό τε τῶν ἀρχιερέων ὁ σύλλογος αὐτίκα. Παλαιολόγος δὲ ὁ βασιλεὺς οὐκ ὀλίγας ἡμέρας Ματθαίῳ τῷ γυναικὸς ἀδελφῷ συνδιατρίψας καὶ πολλὴν ἐπιδειξάμενος φιλοφροσύνην, λόγοις τε πολλοῖς P. 907 παρακαλέσας, ἐν οἷς ἐπεδείκνυεν αὐτὸν ἐκ διαφόρου πρότερον καὶ πολεμίου φίλον ἐς τὰ μάλιστα γεγενημένον νῦν, καὶ περὶ τῆς βασιλικῆς σκευῆς ὅτι ἀποδέδυτο, μὴ πάνυ παραινέσας ἄχθεσθαι, ὡς, ἡνίκα ἂν αὐτῷ δοκοίη προσῆκον εἶναι χρῆσθαι, αὖθις ἐπιτρέψαντος. παρ' αὐτῷ γὰρ εἶναι λύειν τε τοὺς ὅρκους καὶ τηρεῖν ἀλύτους, εἰ μὴ βούλοιτο. ἔπειτα το νῦν ἔχον πλὴν τῶν ἐρυθρῶν, ὁποίας ἂν αὐτῷ δοκοίη και-

4. φανῆναι M. mg. 12. ἑκόντα ὄντα male V.

omni eos benevolentia coleret, arma ob imperium nunquam illis inferret, neque beneficii memoriam oblitterari apud se pateretur. Deinde in Epibatis imperatoribus et imperatricibus, Callisto item patriarcha et Lazaro, Hierosolymorum, aliisque episcopis, quotquot per id tempus Byzantii degebant, sacras stolas indutis, ac toto ordine senatorio praesentibus, Matthaeus, Cantacuzeni filius, adstante etiam uxore, iuravit, se illa, dum viveret, servaturum, nec aliquid aliquando scientem ac volentem transgressurum. Super haec et Callistus eum sacra exsecratione percussit, ni iurata diligenter praestaret. Mox episcoporum conventus solutus est. Palaeologus autem imperator compluscolis diebus familiarissime cum Matthaeo versatus et multis sermonibus eum consolatus est, quibus declarabat, ex adversario et hoste nunc sibi intimum evasisse. Hortabatur item, ne de imperatoriis insignibus depositis contristaretur: se, cum opportunum videretur, eorum resumendorum potestatem largiturum: penes se enim esse iuramenti religione solvere, aut obstrictum tenere. Ad haec, quales illi placerent, purpureis exceptis, crepidas confici et ab eo indui permisit, dictaque salute, Byzantium se recepit, et Io-

[redacted]

C. 1356 νουργήσαντι κρηπῖδας ἐπιτρέψας ὑποδύεσθαι, συνταξάμενος εἰς Βυζάντιον ἐπανῆκε· καὶ Ἰωάννην καὶ Δημήτριον τοὺς υἱοὺς Ματθαίου τοῦ τῆς γυναικὸς ἀδελφοῦ τιμῶν ἠξίωκε B τῶν ἐπιφανεστάτων παρὰ Ῥωμαίοις, δεσπότην μὲν τὸν Ἰωάννην ἀποδείξας, τὸν δὲ Δημήτριον σεβαστοκράτορα, καὶ κοινωνήσας αὐτοῖς τραπέζης. ἔπειτα ἐξέπεμπε πρὸς τὸν πατέρα, πολλὰς ὁμολογοῦντας τῆς εὐεργεσίας χάριτας. Ματθαῖος δὲ οὐδὲν εἵλετο περὶ τὴν σκευὴν καινοτομεῖν, ἀλλὰ λευκαῖς κρηπῖσιν, ὥσπερ ἡνίκα ἦν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, χρῆσθαι εἵλετο. Καντακουζηνὸς δὲ ὁ βασιλεὺς πανοικεσίᾳ τὸν υἱὸν παραλαβὼν, ἀπέπλευσεν εἰς Πελοπόννησον τριήρεσι μακραῖς πρὸς Μανουὴλ δεσπότην, τῶν υἱῶν τὸν ἕτερον. οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖ ἠμέλουν οἱ πονηροὶ καὶ μοχθηροὶ τοὺς τρόπους μηχανήν C τινα ἐξευρίσκειν, ἐξ ἧς λυπήσουσιν ὡς μάλιστα, ἀλλὰ πρὶν γενέσθαι ἐν Πελοποννήσῳ γράμμασι πρὸς δεσπότην διαβάλλουσι τὸν υἱὸν, ὡς βούλοιτο τῆς μὲν ἀρχῆς αὐτὸν ἀποστερεῖν, ἄρχοντα δὲ Πελοποννήσου Ματθαῖον ἀντικαθιστᾶν τὸν ἀδελφόν· καὶ τοῦτο οὐχ εἷς καὶ δύο, ἀλλὰ καὶ πλείους καὶ πολλάκις ἐπεστάλκασιν. ὃ οὐχ ἥκιστα τοὺς λογισμοὺς δεσπότου κατασεῖσαι ἠδυνήθη. ὅτε μὲν γὰρ πρὸς τὴν ἐπιείκειαν καὶ σύνεσιν καὶ εὐβουλίαν ἀπίδοι τοῦ πατρὸς καὶ τὴν εἰς τοὺς παῖδας φιλοστοργίαν, πάντα πλάσματα ἡγεῖτο καὶ διαβολὰς, ὅτε δὲ εἰς τὸ πλῆθος καὶ τὴν πιθανότητα τῶν γεγραμμένων, οὐκ εἶχεν, ὅπως ἅπασι καθάπαξ ἀπιστεῖν. ὅD θεν καὶ μετὰ τὴν βασιλέως τοῦ πατρὸς ἐπιδημίαν, τὴν ἐν-

annem ac Demetrium, eius filios, honoribus apud Romanos illustrissimis est dignatus, cum Ioannem quidem despotam, Demetrium sebastocratorem designaret et ad mensam suam ambos adhiberet. Post eos ad patrem multas eidem gratias acturos misit. Matthaeus vero circa cultum novare nihil voluit, sed albis crepidis, ut in carcere, usus est. Cantacuzenus porro filium cum tota domo accipiens longis triremibus in Peloponnesum ad Manuelem despotam, filiorum alterum, navigavit. Nec ibi homines improbi machinam aliquam fabricare cunctati, unde eum vehementer affligerent, priusquam in insulam veniret, litteris apud filium calumniati sunt, quasi eum insulae praefectura privare et Matthaeum fratrem praefectum vellet instituere; idque non unus et alter, sed multi et saepe scribebant: quod animum despotae maximopere exulcerare potuit. Cum enim ad bonitatem, sapientiam, prudentiam patris et amorem singularem, quo is esset erga liberos, respiciebat, omnia calumnias interpretabatur: cum vero ad multitudinem scribentium probabilitatemque dictorum, quomodo omnia prorsus pro commentitiis duceret, non videbat. Quare et post adventum patris intestinum dolorem suum

δον ταραχὴν ἐν τοῖς ἤθεσιν ὑπέφαινε. βασιλεύς τε ὁ πατὴρ A. C. 1356
τὸν θόρυβον οὐκ ἀγνοήσας, ἐπυνθάνετο τὰς αἰτίας, ὅθεν εἶ-
εν· ὁ δὲ πᾶν ἐξεκάλυπτεν αὐτίκα τὸ ἀπόῤῥητον. βασιλεὺς
δὲ ὁ πατὴρ τῶν μὲν συκοφαντῶν πολλὴν κατεγίνωσκε σκαιό-
τητα καὶ πονηρίαν τρόπων, τὸν δὲ υἱὸν παρῄνει μὴ ῥᾴδιον
εἶναι προσέχειν ταῖς διαβολαῖς, καὶ μάλιστα κατὰ φιλτάτων
συνεσκευασμέναις, πατρὸς καὶ ἀδελφοῦ, αὐτὸν δὲ οὐχ ὅπως V. 722
αὐτὸν ἀφέλοιτο τὴν ἀρχὴν, τὸν ἀδελφὸν ἐκεῖσε ἀγαγεῖν, ἀλλ'
ἵν' ὡς μάλιστα βελτίω καὶ ἀσφαλεστέραν ἀπεργάσηται. τί
γὰρ ἂν καὶ εἴη βέλτιον εἰς λόγον ἡδονῆς καὶ ἀσφαλείας, ἢ
τὸ συνεῖναι ἀδελφοὺς ἀλλήλοις, ὁμοίως τῇ κατὰ φύσιν συν-
αφείᾳ καὶ τὰς ψυχὰς συγκεκραμένους; τοῦ δὲ εἰς Πελοπόννη- P. 908
σον ἐκεῖνον ἀγαγεῖν αἰτίαν οὐδεμίαν ἄλλην εἶναι, ἢ τὰς τῶν
φαύλων καὶ πονηροτάτων ψυχὰς ἀνθρώπων, οἳ μάλιστα πολλοὶ
νυνὶ τῷ βίῳ ἀνεφύησαν, ἀληθείας μὲν οὐδένα καὶ δικαιοσύνης
λόγον πεποιημένοι, μικροῦ δὲ κέρδους ἕνεκα καὶ τὰ δεινότατα
τολμῶντες, ἔστι δ' ὅτε μηδὲ ταύτης εὐποροῦντες τῆς αἰσχρᾶς
καὶ ἀγεννοῦς προφάσεως, ἀλλ' ὥσπερ εἰς τοῦτο παρελθόντες
εἰς τὸν βίον ἐπὶ τῷ διαφθείρειν τοὺς ἀγαθοὺς καὶ προῖκα τὴν
μοχθηρίαν προῃρημένοι, ὧν τὴν ἀτοπίαν δείσας καὶ τὴν
πονηρίαν, μὴ συκοφαντίας καὶ διαβολὰς πλασάμενοι, βασι-
λέα τε καὶ ἀδελφὸν τὸν σὸν ἐκπολεμώσουσιν ἀλλήλοις, ἐν-
θάδε ἀγαγεῖν, νομίσας ὅπερ ἐστὶν, ὡς ἀληθὲς, οὐ Πελο- B
πόννησον τοσαύτην οὖσαν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν οἰκίαν ὑμᾶς συν-

11. ἀλλήλους P.

habitu corporis subindicabat. Imperator parens, turbatum esse non ignorans, de causis percunctabatur. Ille statim, quod latebat, aperit. Cantacuzenus sycophantas magnae dementiae ac pravitatis arguit filiumque monet, ne facile aures calumniis, maxime contra carissimos, patrem scilicet et fratrem, structis commodet: se non ut ipsi praefecturam auferret, sed ut longe meliorem ac tutiorem efficeret, eo fratrem Matthaeum adduxisse. Quid enim ad iucunditatem et securitatem melius, quam una esse fratres, ut natura, sic animis consociatissimos? Quod autem in Peloponnesum potissimum deduxerit, solam esse causam homines perversissimos, quorum nunc liceat messem metere maximam, qui veritatem et iustitiam nec hili faciant et lucelli gratia teterrima audeant, neque tamen hic tam turpem et illiberalem occasionem habuerint, sed quasi ad perdendos bonos in vitam introierint, gratuito scelerati sint. Quorum insolentiam et nequitiam formidans, ne ementitis criminibus imperatorem Palaeologum et fratrem mutuis odiis incenderent, eo illum adducere voluisse, putasseque, quod res est, re vera non Peloponnesum, licet tam amplam, sed unum idemque domicilium per omnes

A. C. 1356 οἰκήσειν ἀλύπως διὰ βίου, καὶ μηδεμίαν ἔσεσθαι πρόφασιν ἰσχυρὰν διαφορᾶς, ἣ διαστῆσαι δυνήσεται ὑμᾶς ἀλλήλων. οὐ χρὴ δὲ θαυμάζειν, εἰ τοιαῦτα πεπεισμένος περὶ τῶν συκοφαντῶν, ἐνθάδε ἤγαγον τὸν ἀδελφόν. ὅπου γὰρ καὶ σοὶ ἐμέ τε κἀκεῖνον ἤλπισαν ταῖς διαβολαῖς ἐκπολεμώσειν, σχολῇ γ᾽ ἂν ἀπέσχοντο βασιλέως προφάσεων μεγάλων εὐποροῦντες ἐκ τῶν πρὶν διαφορῶν. „ἐκεῖνοι μὲν οὖν" εἶπεν „ἀπολέσθωσαν κακοὶ κακῶς αὐταῖς συκοφαντίαις· σὺ δὲ πᾶσαν ἀποθέμενος μικροψυχίαν, ἡδέως δέχου τὸν ἀδελφὸν, μετ᾽ ἐπιεικείας ἁπά-
C σης καὶ εὐγνωμοσύνης συνδιάξοντα." τοιαῦτα μὲν Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς πρὸς δεσπότην εἶπε τὸν υἱόν. ἐκεῖνός τε αὐτίκα τῷ πατρὶ πειθόμενος ἐδέχετο τὸν ἀδελφὸν ἡδέως, πολλὰ καταμεμφόμενος τοὺς συκοφάντας, καὶ πρὸς βασιλέα τὸν πατέρα ἰσχυρίζετο, ὡς, εἰ βέλτιον αὐτῷ δοκοίη καὶ λυσιτελέστερον, ἀποστάντα παντάπασιν αὐτὸν Πελοποννήσου πᾶσαν ἔχειν τὴν ἀρχὴν τὸν ἀδελφὸν, οὐδὲν αὐτὸν φιλονεικήσειν, ἀλλὰ πάντα πράξειν ἑτοιμότατα, ἅττα ἂν αὐτὸς κελεύοι. βασιλεὺς δὲ ἐν Πελοποννήσῳ ὑπὲρ ἐνιαυτὸν συνδιατρίψας τοῖς υἱέσι, καὶ ὧν ἕνεκα ἀφῖκτο δεξιὸν τέλος ἐπιθεὶς, εἰς Βυζάντιον ἐπανῆκεν.

D ν΄. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ Κάλλιστος ὁ πατριάρχης παρὰ βασιλέως ἐπέμφθη πρέσβυς πρὸς Ἐλισάβετ τὴν Κράλη γαμετὴν, Φέραις ἐνδιατρίβουσαν μετὰ τὴν ἐκεί-

7. νῦν M. pro πρὶν. 17. ἅττα om. P. 22. πρέσβεις M.

annos, nulla intercedente offensione, simul habitaturos, nec ullam satis idoneam dissensionis occasionem suborituram, quae illorum coniunctionem dirimeret. Nec mirandum, si talia de sycophantis credens, huc fratrem adduxerit. Quando enim illi ipsum se fratremque calumniis suis exosum reddituros speraverint, vix ab imperatore circumveniendo temperaturos fuisse, cum ex recenti dissidio tantam eius rei facultatem haberent. „Illi igitur," aiebat, „male mali cum suis sycophantiis pereant. Tu autem, abiecta omni diffidentia, fratrem placidissime et candidissime tecum victurum suscipe." His verbis Cantacuzenus filium despotam compellavit. Qui mox patri obediens, fratrem hilariter accepit et multum in obtrectatores invectus confirmavit, si consultius arbitraretur, ut omnino tota Peloponnesi praefectura fratri cederet, se id libenter facturum praecipientique promptissime auscultaturum. Cantacuzenus cum filiis in Peloponneso plus annum commoratus, omnibus, quorum gratia venerat, ex sententia absolutis, Byzantium rediit.

50. Per idem tempus et Callistus patriarcha legatus ab imperatore ad Elisabetham, Cralis coniugem, Pheris post illius obitum habitantem, missus est; adhuc enim eo superstite inimicitias exerce-

νου τελευτήν. ἐκπεπολέμωντο γὰρ ἀλλήλοις καὶ ἔτι Κράλη A.C. 1356
περιόντος. ἡ πρεσβεία δὲ ἦν, ὥστε τὸν πρὸς ἀλλήλους πό- P. 909
λεμον καταθεμένους καὶ συμφρονήσαντας, τοῖς ἐν Θρᾴκῃ
βαρβάροις ἐπιθέσθαι, κακῶς καὶ τὴν Ῥωμαίων καὶ Τριβα-
λῶν ποιοῦσι καὶ ληϊζομένοις ὁσημέραι. ἡ μὲν οὖν Κράλη V. 723
γαμετὴ τὴν πρεσβείαν ἐδέξατο προθύμως, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ
οἱ ἐν τέλει πάντες Τριβαλῶν· καὶ πᾶσιν ἔδοξεν ὁμοίως πολε-
μητέα εἶναι πρὸς τοὺς βαρβάρους, καὶ τὸν πατριάρχην ἦγον
δι' εὐφημίας καὶ αἰδοῦς πολλῆς. Ἐλισάβετ δὲ μάλιστα πολ-
λὴν ἐπεδείκνυτο φιλοφροσύνην καὶ τῶν κρειττόνων ᾤετό
τινα ὑποδεδέχθαι ξενισθέντα παρ' αὐτῇ. οὕτω δὲ συμβὰν, B
αὐτός τε ὁ πατριάρχης ἐνεπεπτώκει νόσῳ χαλεπῇ, ὑφ' ἧς
καὶ ἐτελεύτησε, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ συνόντες, πλὴν ὀλίγων. ἦν A.C. 1362
δὲ ἄγων τοὺς μάλιστα ἐν λόγῳ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ τῆς ἐκκλη-
σίας κατειλεγμένων· ὅθεν καὶ φήμη διεδόθη παρὰ τοῖς πολ-
λοῖς φαρμάκῳ αὐτοὺς ἀποθανεῖν ἐπιβουλευθέντας ὑπὸ Τρι-
βαλῶν. ἦν δὲ ἄρα ψεῦδος καὶ συκοφαντία ἐναργῶς. οὐ γὰρ
τὸ τῆς Κράλη γαμετῆς ἐπιεικὲς μόνον καὶ ἡ πρὸς τὸν πα-
τριάρχην αἰδὼς καὶ φιλοτιμία καὶ σπουδὴ, καὶ περιόντος
καὶ μετὰ τελευτὴν, ἀλλὰ καὶ ἡ νόσος, ὑφ' ἧς ἕκαστος ἐτελεύ-
τησε κατεργασθεὶς, οὐδαμῶς τοιαῦτα δίδωσιν ὑπονοεῖν περὶ
αὐτῆς. διαφόροις γὰρ ἔτυχον νοσήμασι κατασχεθέντες, καὶ C
οὐδὲ δύο τοὐλάχιστον τοῖς ἴσοις. ἀποθανόντα δὲ τὸν πατρι-
άρχην ἔθαψέ τε μεγαλοπρεπῶς ἡ Ἐλισάβετ ἐν τῇ μητροπό-

14. ἐν prius om. M.

bant. Summa legationis erat, ut, omisso bello inter se, barbaros, qui essent in Thracia, Romanorum Triballorumque provincias infestantes et assidue depopulantes, coniunctis copiis invaderent. Cralaena et omnes proceres Triballi legationem placide audierunt, et aeque visum, armis appetendos esse barbaros; patriarchamque laudibus ac veneratione non parva afficiebant, et Elisabetha praecipue mira illum benevolentia tractabat, seseque Deum quemdam hospitio accepisse putabat. Evenit autem, ut et ipse patriarcha et comites eius praeter paucos saevo correpti morbo omnes interirent. Ducebat is secum de clero ecclesiae primarios: unde fama per multos dissipata est, veneno sublatos a Triballis, sane manifesto mendacio atque calumnia. Non enim solum Cralaenae aequitas et reverentia, honor ac studium erga patriarcham vivum atque mortuum, sed et morbi genus, quo quisque confectus obiit, talem de ea suspicionem penitus prohibebant. Diversis namque morbis et nec duo saltem eodem exstincti sunt. Patriarchae defuncto in metropoli Pherarum sumptuosum et honorificum funus ab ea factum; ad quam cum ex monasteriis in Atho, potissimum vero e sacra Laura probatiores sanctio-

[redacted]

A. C. 1362 λει Φερῶν καὶ ἐτίμησε διαφερόντως, ἀφικομένων δὲ παρ' αὐτὴν καὶ ἐκ τῶν ἐν Ἄθῳ φροντιστηρίων τῶν σπουδαιοτέρων καὶ ἀντιποιουμένων ἀρετῆς, μάλιστα δὲ Λαύρας τῆς ἱερᾶς, καὶ δεηθέντων ἐφεῖναι τὸν πατριάρχου νεκρὸν ἐν Ἄθῳ μεταγαγεῖν καὶ θάψαι παρὰ σφίσιν, οὐκ ἐνέδωκεν, αὐτὴ μάλιστα εἰποῦσα δεῖσθαι τῆς ἐκείνου προστασίας, καὶ δεῖν εἶναι κατέχειν παρ' ἑαυτῇ. ἐν ᾧ δὲ χρόνῳ ταῦτα ἐτελεῖτο, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπεστράτευσε ταῖς κατὰ τὸν πόντον ὑπηκόοις πόλεσι Μυσοῖς· ἐγένετο γάρ τις αὐτῷ διαφορὰ πρὸς Ἀλέ-
D ξανδρον τὸν Μυσῶν βασιλέα. καὶ Ἀγχίαλον μὲν εἷλεν ἐξ ἐφόδου μάχῃ κρατήσας, Μεσημβρίαν δὲ ἔκ τε τῆς ἠπείρου πύργον οἰκοδομήσας κατὰ τὸ στενὸν, ἐν ᾧ ἡ εἰσβολὴ, καὶ ἐκ τῆς θαλάσσης ταῖς ναυσὶν ἐπολιόρκει. καὶ ἐπίεσε τοὺς κατοικοῦντας οὐκ ὀλίγα ὕδατος ἀπορίᾳ μάλιστα, (ὑδρεύοντο γὰρ οὐ πολὺ ἄποθεν τῆς πόλεως ἔκ τινος πηγῆς,) τότε δὲ εἰργόμενοι ὑπὸ τῆς στρατιᾶς, τοῖς ἔνδον ὕδασιν ἐχρῶντο, ὀλίγοις τε καὶ φαύλοις οὖσιν. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ τῶν Μυσῶν βασιλεὺς πολλαῖς μὲν ἐχρήσατο μεθόδοις, ἀναστῆσαι βασιλέα τῆς πολιορκίας, (ἔκ τε γὰρ τῆς οἰκείας στρατιᾶς τῇ πόλει ἔπεμψε συμμάχους, καὶ παρὰ τῶν ἐν Θρᾴκῃ βαρβάρων πείσας χρήμασιν,) ἀπράκτων δὲ ἐπανελθόντων, βασιλέως τούς τε ἔνδον ἰσχυρῶς πολιορκοῦντος καὶ πρὸς τοὺς ἔξω μαχο-
P. 910 μένου καρτερῶς, ἐπεὶ παντάπασι πρὸς τὸν πόλεμον ἀπηγορεύκει, πρέσβεις πέμψας καὶ ἐπαγγειλάμενος πάνθ', ὅσα κατὰ

19. οἰκίας P.

resque monachi venirent corpusque patriarchae in Atho transportandum et apud ipsos sepeliendum rogarent, illa recusavit, quod diceret, sibi illud retinendum; magis enim eius viri patrocinio egere. Dum haec fierent, imperator in urbes ad pontum Moesis subiectas duxit: fuit enim illi cum Alexandro Moesorum rege lis. Et Anchialum quidem primo impetu cepit, Mesembriam vero, in continente aedificata turri ad angustias, per quas erat aditus, et ex mari navibus oppugnabat premebatque incolas non parum, aquae praesertim penuria: non enim procul ab oppido ex fonte quodam aquabantur. Tunc autem ab exercitu impediti, oppidanis aquis et modicis et putidis utebantur. Alexander multis rationibus imperatorem ab oppugnatione reiicere conatus est. Nam et de suis copiis et de barbaris in Thracia, pecunia demulsis, urbi submisit auxilium. Quo nullo effectu recedente, quod imperator et qui intus erant, acriter oppugnaret, et qui foris succurrebant, fortiter repelleret, belli successu prorsus desperato, missis legatis cum promissis, se facturum omnia, quae imperator postularet, commovit eum, uti pacem armis anteferret; et sumptus ab eo factos refecit et pecuniam insuper non

γνώμην βασιλεῖ ποιήσειν, ἔπεισεν ἀνθελέσθαι τὴν εἰρήνην, A. C. 1362
καί τά τε χρήματα ἐξέτισεν, ὅσα πρὸς τὸν πόλεμον ἀνά-
λωτο, καὶ ἕτερα οὐκ ὀλίγα. βασιλεύς τε τὸν πύργον κατα-
στρεψάμενος, ἐπανῆλθεν εἰς Βυζάντιον. πυθόμενος δὲ περὶ
πατριάρχου, ὅτι τελευτήσοι κατὰ τὴν πρεσβείαν, αὐτός τε
ἐσκέπτετο, ὅντινα δεῖ τοῖς πατριαρχικοῖς θρόνοις ἐγκαθι-
δρύειν, καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐπέτρεπε συνελθοῦσι κατὰ τὸ
ἔθος καὶ διασκεψαμένοις τὸν προστησόμενον τῆς ἐκκλησίας
αὐτῷ δηλοῦν. δόξαν δὲ πᾶσι τὸν πατριάρχην Φιλόθεον ἐπα-
νάγειν εἶναι δίκαιον, ἐπεὶ καὶ βασιλεῖ τὰ ἴσα συνεδόκει, (συν- B
ῄδει γὰρ αὐτῷ μὴ διὰ κακίαν ἀποστάντι τῆς ἀρχῆς, ἀλλ'
ἑκοντὶ παραχωροῦντι, ἵνα μὴ διὰ φιλονεικίαν ταραχῆς πολ-
λῆς καὶ διχοστασίας ἐμπλησθῇ ἡ ἐκκλησία· δι' ἃ δὴ καὶ
φιλίως εἶχε πρὸς αὐτὸν, καὶ γινομένῳ τε ἐν βασιλείοις ἡ-
δέως συνῆν καὶ συνωμίλει, καὶ αὐτὸς ἐν ᾗ κατῴκει μονῇ
γινόμενος, συνδιενυκτέρευεν αὐτῷ·) πέμψας τοὺς υἱεῖς, Ἀν-
δρόνικόν τε τὸν βασιλέα καὶ τὸν δεσπότην Μανουὴλ καὶ
τῶν συγκλητικῶν πολλοὺς, ἐπανήγαγεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ V. 724
τοῖς πατριαρχικοῖς ἐνίδρυσε θρόνοις· καὶ νῦν οἷα λύχνος ἐπὶ
τὴν λυχνίαν τεθεὶς, ἐπὶ τὸ ἀληθινὸν φῶς τὴν πιστευθεῖσαν C
ἐκκλησίαν χειραγωγεῖ, τοῖς τε ὑγιέσι τῆς εὐσεβείας δόγμασιν
ἐκτρέφων καὶ εὐεκτεῖν ὡς μάλιστα ποιῶν, καὶ τὰ ἤθη ῥυ-
θμίζων, καὶ ὡς οἷόν τε τῆς ἀνιέρου ζωῆς ἐπανάγων ταῖς
συχναῖς διδασκαλίαις καὶ παραινέσεσιν. ἃ μὲν οὖν συμβέ-

8. τῆς ἐκκλησίας om. P.

exiguam adiecit. Imperator, turri eversa, Byzantium se retulit. Audiens autem, patriarcham in legatione mortuum, circumspiciebat, quem in sede patriarchica locaret, dans negotium episcopis, ut de more conventum agentes et ecclesiae rectorem designantes, super eo certiorem se facerent. Ubi cunctis placuit, Philotheum merito reducendum, et imperator approbavit, (sciebat enim illo, non suo crimine aliquo locum deseruisse, sed sponte cessisse, ne videlicet ob aemulationem ecclesia turbis et seditione repleretur: quare et amabat eum, et quoties in palatium veniret, iucunde cum illo colloquebatur, vicissimque cum ipse in monasterium veniret, ubi ille degebat, noctem cum eo sermonibus transigebat:) missis filiis, Andronico imperatore et Manuele despota, multisque proceribus, in ecclesiam eum reduxit et in solio patriarchae constituit: iamque ceu lucerna super candelabrum posita ad verum lumen commissam sibi ecclesiam perducit, salutaribus dogmatis pietatis eam enutriens ac velut bona corporis habitudine confirmans, et mores componens, et quoad eius fieri potest, ex vita profana crebro docendo et monendo ad coelestem illam provehens. Quae igitur a Romanis nostro aevo et supe-

A. C. 1362 βηκε Ῥωμαίοις ἐφ' ἡμῶν ἔν τε τοῖς ἄνω χρόνοις, ἡνίκα τῶν βασιλέων Ἀνδρονίκων ὁ πρὸς ἀλλήλους ἐκινήθη πόλεμος, καὶ ὕστερον ὁ μεταξὺ τῆς βασιλίδος Ἄννης καὶ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ἀνεῤῥιπίσθη, καὶ τὰ τελευταῖα δὴ ταῦτα, ὅσα βασιλεὺς ὁ νέος Ἰωάννης πρός τε τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν Ματθαῖον διηνέχθη καὶ βασιλέα τὸν κηδεστὴν, τοιαῦτά ἐστι. καὶ πρὸς οὐδὲν τῶν εἰρημένων οὔτε πρὸς χάριν, οὔτε πρὸς D ἀπέχθειαν ἐξέβημεν τῆς ἀληθείας, ἀλλ' αὐτὰ τὰ ὄντα ἱστορήκαμεν ἀκριβῶς, τοῖς μὲν αὐτοὶ παρόντες, ἡνίκα ἐπραγματεύοντο, καὶ μετέχοντες τῶν γιγνομένων, τῶν δ' αὐτήκοοι γεγενημένοι ἀπ' αὐτῶν τῶν εἰργασμένων. εἰ δέ τινα τῶν ἐν ἀποῤῥήτοις βεβουλευμένων μάλιστα τῶν πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα τὸν πόλεμον κεκινηκότων ἡ ἱστορία περιέχει, θαυμαστὸν οὐδέν. οἱ πλείους γὰρ ἐκείνων καὶ μετὰ τὸ τῆς ἀρχῆς ἁπάσης ἐκεῖνον ἐγκρατῆ γενέσθαι ἔτι περιόντες καὶ πολλῆς προνοίας ἀπολελαυκότες παρ' αὐτῷ, πάντα ἀκριβῶς ἐξεῖπον, ἐκεῖνον μὲν τῆς μεγαλοψυχίας θαυμάζοντες καὶ τῆς καρτερίας τῆς πρὸς τὰ δεινὰ, ἑαυτοὺς δὲ οἰκτείροντες, ὅτι P. 911 μὴ μόνον τοσούτων αἴτιοι γεγόνασι Ῥωμαίοις συμφορῶν, ἀλλὰ καὶ οὗ πολλῶν καὶ πρότερον καὶ ὕστερον καὶ μεγάλων καὶ θαυμασίων εὐεργεσιῶν ἀπολελαύκασι, τούτῳ ταῖς μεγάλου δουκὸς ἀπατηθέντες μηχαναῖς καὶ πανουργίαις, πολλῶν ὤφθησαν αἴτιοι γεγενημένοι δυσχερῶν καὶ τὰ ἔσχατα ἠγνωμονήκασι. μάλιστα δὲ ἀπήγγειλαν σαφέστατα Ἰωάννης καὶ Νικηφόρος οἱ μεγάλου δουκὸς ἀδελφοὶ, οἷα δὴ τῶν ἀλ-

riore gesta sunt, quando inter Andronicos bellum viguit, et postea inter imperatricem Annam et Cantacuzenum accensum est, et postremo quae iuniore imperatore Ioanne ab uxoris fratre et socero dissidente contigerunt, haec sunt. Nec nos uspiam vel ad gratiam vel ad odium limites veritatis transivimus, sed rem ipsam accurate narravimus, quam partim praesentes vidimus et ut actores sensimus, partim ab ipsis, qui fecerunt, accepimus. Quia vero quaedam in secreto deliberata, maxime ab iis, qui bellum adversus Cantacuzenum texuerunt, historia complectitur, nolim id cuiquam mirum videri. plures enim de illis, etiam postquam is totum subiugavit imperium, adhuc superstites et eius postea beneficiis usi, omnia fideliter retulerunt, ipsum quidem de excelso animo et tolerantia in adversis rebus suspicientes, semet autem miserantes, qui non solum tantarum aerumnarum auctores Romanis fuissent, sed et cuius multa tum prius, tum postea, egregiaque in se merita constitissent, ei magni ducis (Apocauchi) molitionibus et vafritie decepti, tot incommoda et labore per extremam improbitatem peperissent. Clarissime autem non pauci nobis exposuerunt Ioannes et Nicephorus, magni ducis fratres, utpote

λων μᾶλλον συνειδότες τὰ ἀπόῤῥητα ἐκείνῳ. τὸ μὲν οὖν A. C. 1362 ἐπίταγμα τὸ σὸν, ὦ καλὲ Νεῖλε, εἰς δύναμιν ἡμῖν ἐκτετέλεσται, σοὶ δ' ἔξεστι τὰ γεγραμμένα ἀναλέγοντι καὶ βίους ἐξετάζοντι καὶ πράξεις καὶ τὸ σύμπαν ἦθος τῶν ἀνθρώπων, τῶν μὲν τὴν μεγαλοψυχίαν ἐπαινεῖν καὶ τὴν ἐν ἅπασιν B ἢ ἐν πλείστοις ἔργοις ἀγαθοῖς φιλοτιμίαν, τῶν δὲ μισεῖν τὴν πανουργίαν, ὡς οὐ τοῖς ἄλλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ σφίσιν αὐτοῖς πολλῶν κακῶν αἰτίαν γενομένην.

5. ἐν om. P.

prae aliis arcanorum amplius conscii. Praeceptum itaque tuum, mi Nile, pro nostra facultate implevimus. Tibi licitum est scripta relegenti vitasque et actiones et universe mores hominum expendenti horum quidem magnanimitatem et in omnibus aut plurimis factis praestantibus studium commendare, illorum veteratorias artes, quibus non aliis tantummodo, sed etiam sibimet ipsis detrimentosissimi exstiterunt, odio et vituperatione prosequi.

[redacted]

ANNOTATIONES
AD
IO. CANTACUZENI HISTORIAS.

AD LIBRUM PRIMUM.

Pag. 7, 8. *Vol. I. ed. Bonn.* πρότερος add. ante μάχης margo cod. Monacensis, cuius lectiones ad duos libros priores hic inserendas curavimus.

Pag. 8, 5. *ἀλλ' ἔστι καὶ περὶ ἐκείνων διπλᾶ λογίζεσθαι, καθάπερ καὶ περὶ τῶν Εὐκλείδου φασίν.* Locus tenebricosior, quem sic explicandum opinor. Qui bellum inter avum et nepotem gestum, cum haberent perspecta et comperta omnia, scriptis tamen non commendarunt, eorum consilium vel laudare licet, vel reprehendere, sicut de Euclidis sectatoribus dictitatur: nempe illos solitos *διπλᾶ λογίζεσθαι.* Nam Euclides ille Megarensis atque Socraticus, princeps et parens philosophorum quorumdam fuit, qui, quod disputatores contentiosi essent et in contradicendo liberi, *ἐριστικοὶ* sunt appellati, ut docet Laërtius. Est autem contentiosorum ingenium probare, quae alii improbent, et improbare, quae alii probent. Placet enim articulum *τῶν* genere virili, de discipulis, non de dogmatis Euclideis accipere, ut personas cum personis potius, quam personas cum re comparare videatur. Porro *τὸ ἐκείνων* ad Andronicos imperatores (ut sensus sit, quaesitum esse ab illis, uter horum bello causam et originem attulerit, et in utramque partem de iis disputari posse, sicut de Euclidis placitis solet,) apte referri posse arbitror. PONTAN.

Pag. 8, 6. *ἀπαλλάττων.* Corrigo *ἀπαλλάττειν.* Ceterum in contextu Graeco nunc quidem emendando multam operam non consumam: quamquam est mendosus admodum et interpunctus negligentissime. PONTAN.

Pag. 8, 9. *καὶ ὅτε γὰρ τὰ κοινὰ διετέλεις πράττων, σωτηρία τοῖς πράγμασιν ἦσθα.* De officio magni domestici

seu megadomestici intelligendum est: in quo tantum potestatis et auctoritatis habuit, (etsi id non ratione officii,) ut imperium penes Andronicum iuniorem nomine solo, penes ipsum re fuisse appareat, lib. 2. potissimum. Nec semel ipsemet summam rem publicam, etiam Andronico superstite, ab se administratam gloriatur. Qui autem Graeca vel primoribus labris attigerunt, eos non fallit, vocem *πράγματα* frequenter in eo solere poni, in quo res publica et imperium ponuntur. Porro verbum *σωτηρία* etiam ei tempori tribuendum est, quo partim ut tutor impuberum Andronici filiorum, partim ut imperator postea communi praefuit. Sed ut haec, ita quae sequuntur, ad alium neminem, quam ad Cantacuzenum pertinent; *αὐτουργὸν* enim nominat, qui res scilicet ipse gesserit, et addit *οὐκ ἀγνοήσεις δήπου τὰ σά.* PONTAN.

Pag. 8, 11. *tui ipsius esse coepisti.* De monachismo Cantacuzeni haec interpretor, quem se medullitus expetere toties testatur, et sub finem libri 4. cap. 42. cum coniuge amplectitur. In eo vitae cursu maxime licet homini suum esse secumque habitare, nec se extra quaerere; libro 3., ubi de eadem re agit, *ἀφανείᾳ συζήσω τὸν πάντα βίον, κατ' ἐμαυτὸν διάγων.* Quinque autem argumentis fingitur Nilus quidam amicus Christodulo (hoc est, Ioanni Cantacuzeno Christi servo,) hanc historicam scriptionem suadere ac persuadere. I. et II. Quia vir illustrissimus atque optimus est, quales scriptores ipsi historiae auctoritati atque ornamento sunt. Bene namque Euripid. Hecuba: *λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν Κἀκ τῶν δοκούντων, αὐτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει.* III. Quia non spectator modo illarum rerum, quod satis fuisset, sed actor quoque fuit. IV. Quia veritatis amantissimus: multi enim historici multa mentiti sunt mentiunturque; (memini illius Senecae ex l. 4. Quaest. Nat. cap. 30.: *Historici cum multa mentiti sunt, arbitrium suum, unam aliquam rem nolunt spondere; sed adiiciunt, penes auctores fides erit;*) ac proinde qui historiam conscribant, minime digni, cuius prima lex, ne quid falsum audeas, neu quid verum non audeas. V. Quia laborem non oderit, ut nonnulli, quos a praeclaris negotiis segnities praecipue deterret, cum ingenuis ipsa rerum difficultate crescat animus. Vel dicamus, Nilum tribus uti rationibus: quod rerum ipsarum actor: quod verax: quod impiger: quarum priores duae ex illis: *Tu enim quamdiu* etc. colliguntur. PONTAN.

Pag. 8, 11. *Veritatis ac iustitiae exemplar.* Veritas et iustitia hic idem sonant, quod saepissime in divinis litteris, quarum hunc auctorem esse perstudiosum, et amare sacras illas loquendi formas, certum est. *Ambulare in veritate, facere veritatem et iustitiam, sic decet nos implere omnem iu-*

stitiam, nihil sunt aliud, quam colere sanctimoniam et omni virtute excellere. Aristoteles item 5. *Νικομαχείων* illud Theognidis in proverbium abiisse ait: *Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στιν.* PONTAN.

Pag. 8, 14. *τὰ σὰ*, quod nimirum ad 3. et 4. libros attinet, quaeque et supra intellexit, illis verbis, *quaeque nostro aevo contigerunt.* Quae enim libro secundo narrantur, etsi eius res sunt propemodum omnes, tamen non etiam eius nomine, quemadmodum reliquae, patratae sunt. Omitto, multa exponi etiam in primo a Cantacuzeno gesta magnifice, sapienter, fortiter ac feliciter, ut paene maiorem partem eius solius, quam Andronici iunioris historia censeri possit. PONTAN.

Pag. 8, 17. *ad extraneos, sive ad nostrates.* Qui de rebus suis ipsimet historiam contexuerunt, seu exercitus duxerint, seu non duxerint, proferri possunt, alieni a vero Deo, Xenophon, Iulius Caesar. Adrianus, ut a Spartiano traditum est, tam cupidus fuit famae celebris, ut libros vitae suae a se scriptos libertis suis litteratis dederit, iubens, ut eos nominibus suis publicarent. Arrianus in Periplo rubri maris. Multa de se Iudaei duo, Iosephus in libris de bello Iudaico et libro de vita sua, Philo de legatione ad Caium. Immo et antiquissimi illi Moses et Iosue, Israëlitarum duces. Inter Christianos divus Augustinus in libris confessionum non pauca de se memorat. Item Carolus IV. imperator vitam suam descripsit. Multi duces navigationes suas et bella in India, quidam peregrinationes suas. Est autem prope idem, cum filii parentum res et facta conscribunt: quod Anna, Alexii Comneni, imperatoris Constantinopolitani, filia, erudite et eleganter praestitit. Quae historia nondum est, quod sciam, Latine edita. Quadrat huc locus M. Tullii ex epistola ad Lucceium libro quinto: *Cogar fortasse facere, quod nonnulli saepe reprehendunt. Scribam ipse de me, multorum tamen exemplo et clarorum virorum. Sed, quod te non fugit, haec sunt in hoc genere vitia: et ut verecundius ipsi de se scribant necesse est, si quid est laudandum, et praetereant, si quid forte reprehendendum est.* In quem locum nominat Paulus Manutius ex Plutarcho L. Sullam, qui commentariorum libros viginti duos de rebus suis composuit. Item M. Scaurum, principem illum senatus, qui tres libros de vita sua perscripsit, quos memorat Cicero in Bruto et Tacitus in vita Agricolae, soceri sui. Etiam P. Rutilius, forsitan aemulatione permotus, vitam suam litteris mandavit. PONTAN.

Pag. 8, 21. *Morales commentarii.* Fortasse eo respicit, quod Cantacuzenus praeter illas apologias Christianismi adversus Mahometanos et Iudaeos, quas habemus, etiam paraphrases in aliquot Aristotelis libros Ethicorum conscripsisse

tur, idque opus in Veneta bibliotheca exstare dicitur. Ut praeterita eius scripta cum futuris, minora cum maioribus, fructum spectes, componantur. PONTAN.

Pag. 9, 1. *possintne homines illorum amussi.* ec adversum Stoicos, ut mihi videtur, qui sapientem infor- ant, qualis nunquam exstitit, quod quidem in Senecae libris rissime licet perspicere, cuius tamen vita mollior fuit: adeo cilius est magna et mirabilia dicere, quam facere. Plutarus, quanquam et ipse Stoicus, haud aeque rigidus est. Pulre, ut omnia, M. Tullius in Laelio: *negant quemquam vim bonum esse, nisi sapientem. Sit ita sane. Sed eam saentiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo est consetus. Nos autem ea, quae sunt in usu vitaque communi, non , quae finguntur aut optantur, spectare debemus.* Et 1. Offic.: *ivitur enim non cum perfectis hominibus planeque sapientis, sed cum iis, in quibus praeclare agitur, si sint simulacra rtutis.* Haec ille. Laudari debent Peripatetici, qui mediotatem quendam exigunt et virtutem ponunt in medio, quod lt Horatius illo versiculo: *virtus est medium vitiorum et rinque reductum*, Epist. 18. lib. 1. PONTAN.

Pag. 9, 8. *si praesentia spem fefellerint.* Quorm istuc spectet, ex prooemio libri tertii clarebit. Sunt profecto corruptiora posteritatis iudicia: praesentia livor carpit. Hotius Ode 24. lib. 3.: *virtutem incolumem odimus, Sublam ex oculis quaerimus invidi.* Cic. pro M. Marcello ad Caerem: *servi igitur iis etiam iudicibus, qui multis post saelis de te iudicabunt, et quidem haud scio an incorruptius am nos. Nam et sine amore et sine cupiditate et rursus ne odio et sine invidia iudicabunt.* PONTAN.

Pag. 9, 14. *superiore et hac nostra aetate.* Quams in Graeco tantum sit *ἐφ' ἡμῶν*, *nostra aetate*, tamen quia ilus bipartitam propositionem faciebat, *τά τε ἐπὶ τῶν βαιλέων, τά τ' ἐφ' ἡμῶν γεγονότα*, puto alterum quoque caput osse repeti: et se ipsum etiam nomine imperatorum comrehendit, dum subiicit, *Romanorum imperatoribus accideunt.* PONTAN.

Pag. 9, 19. *hi sese ad penitus inconcussam.* Ioc de Cantacuzeno ipso dictum accipe, qui in fide mansit adversque res omnes cum Andronico suo toleravit constantissime. uripi autem similes ac transfugae proditoresque Andronici yrgiannes et protostrator, Cantacuzeni imperatrix, Ioannes atriarcha et alii fuerunt. PONTAN.

Pag. 9, 21. *Euripi instar.* Euripus fretum angustum nter Aulidem, Boeotiae portum, et Euboeam insulam, die ac octe fluit, refluit septies. Propter quam vicissitudinem et nconstantiam homo mutabilis et inconstans Euripus audit.

Legimus quoque τύχη εὔριπος, quod Ovidius hoc disticho declaravit: *Passibus ambiguis fortuna volubilis errat, Et manet in nullo certa tenaxque loco.* Item εὔριπος διάνοια, humanis quippe cogitationibus nihil mobilius ac variabilius. PONTAN.

Pag. 10, 9. *odio aut gratia. Non solum qui de rebus dubiis consultant* (ut ait apud Sallustium Caesar), *sed etiam qui rerum gestarum memoriam produnt, eos ab odio, amicitia, ira, misericordia vacuos esse convenit. Haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt.* Notatus est T. Livius, quod Romanis quibusdam nimium faverit. Notatus Sallustius, qui in Catilinaria coniuratione, quae Ciceroni senatus honorifice perbenevoleque decreverat, cum malevolentia subticuerit. Peccant gratia, qui se nimium in laudes principum effundunt. Audivi, Carolum V. historiam Sleidani legentem dixisse, ipsum de se multa mentiri. Peccant odio, qui immoderate et saepe reprehendunt. Timaeus historicus, quod esset acerbior, Epitimaeus dictus est; auctor Diodorus lib. 5. cap. 1. Licitum est autem rerum scriptori et reprehendere ea, quae vituperanda ducet, et quae placent, exponendis rationibus comprobare, quomodo ad Lucceium Cicero scripsit, epist. 12. lib. 5., sed utrumque modice. PONTAN.

Pag. 10, 13. τοῖς recte om. M.

Pag. 10, 14. *praesens omnibus interfui.* In calce tamen historiae fatetur, se quaedam ab aliis accepisse, quae nimirum in adversariorum suorum conventiculis agitata sint: et alia utique, quibus adesse praesens non potuit. Nec Iulius Caesar omnibus, quae narrat, coram affuit: affuit autem plurimis, et quae pro illo gesta sunt, eius virtute multa, et auspiciis gesta sunt omnia. Valet ad conciliandam historiae fidem scribere quae videris, non quae audieris: oculis siquidem certior fides est, quam auribus. Quare nonnulli, quo exploratiora et indubitatiora possent scribere, ipsimet terras et regiones peragrarunt, ut Diodorus Siculus, Sallustius. PONTAN.

Pag. 11, 3. δ' αὖ M.

Pag. 11, 7. *intercisa propagatione imperatoria.* Michael Palaeologus Ioannem puerum, Theodori filium, Ioannis Batatzae nepotem, Theodori Lascaris pronepotem, heredem legitimum, cuius tutor erat institutus, nefarie exoculavit, vel, ut alii retulerunt, interfecit: imperium Constantinopolitanum circiter annos sex et quinquaginta a Latinis, anno Domini 1203. ad 1259. seu, ut alii, ad annos circiter tres et sexaginta, a Belgis, inquam, occupatum, pulso Balduino secundo, Graecis restituit sibique usurpavit. Vide Nicephorum Gregoram lib. 3. et 4., Petrum Bizarum de Veneto libro primo. Docet idem Gregoras libro sexto,

pacto Andronicus filius, paterni sceleris vindictam metuens, (ne et ipse videlicet oculos cum imperio amitteret propter quem pater Michael legitimum heredem ita crudeliter tractaverat,) ad eum in quodam Bithyniae oppidulo custoditum venerit, consolatus sit, ad victum et cultum omnia, quoad viveret, suppeditarit. PONTAN.

Pag. 11, 7. γεγένηται M.

Pag. 11, 8. *ad Michaelem Palaeologum. Familiam Palaeologorum ex Italia et Viterbo, Etruriae civitate haud ignobili, originem traxisse, nonnullis placet: et continuata quadam serie ex hac Caesares imperio Constantinopolitano dati sunt annis circiter centum nonaginta quatuor: donec tandem refrigescente pristina illa virtute pietateque Christiana, omnia segnitie quadam et diversis studiis in deterius labi coeperunt, sic, ut florentissimum Graecorum imperium in Turcarum manus ac potestatem deveniret anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, postquam mille, centum et amplius nonaginta annis incolume stetisset. Ut autem imperium hoc a Constantino magno, Helena matre genito, qui hanc urbem e ruderibus et nobilissimae antiquitatis fragmentis plane novam refecerat miroque ornatu exstruxerat, initium habuit, sic sane in Constantino octavo, cui quoque mater fuit Helena, desiit. Quin etiam cum id tenuissent Latini quot annis supra diximus, et eorum auspicia regni a Balduino, Flandriae comite, coepissent, sic postmodum in Balduino, secundo nimirum huius nominis, conciderunt.* Haec, ut perspicua et cognitu digna, ex Bizari libro primo de bello Veneto inserenda duximus. PONTAN.

Pag. 11, 9. *hic sustulit liberos.* Posteritatem Michaelis Palaeologi tam distincte, plene ac vere non facile apud alios explicatam cernas. Quod ignorantiae historiae huius, quae adhuc in tenebris iacuit, adscribendum quispiam putaverit. Propter quam ignorantiam multa aliter ab aliis narrata et errata sunt. PONTAN.

Pag. 11, 9. ἄῤῥενας om. M.

Pag. 11, 11. *καὶ Κωνσταντῖνον τὸν ἐν τῇ πορφύρᾳ τεχθέντα.* Verbum e verbo: *et Constantinum in purpura natum*, hoc est, patre iam purpurato seu purpuram gestante, quod solebant imperatores: id enim erat eorum insigne. Seu, qui natus est imperator, ad quem purpura sive imperium, cuius ea symbolum et indicium, seu successio in imperio ipso ortus iure pertinebat. Tametsi infantes quoque ipsi purpureis fasciis involvi solerent: quod de se Anna Comnena, Alexii filia, praefatione historiae suae testificatur. Unico verbo Graece dicitur *Πορφυρογεννήτης*, quod malo (nec id sine exemplo) reddere *Porphyrogenitus*, quo magis latinizem,

quam retinere Graecum ac dicere *Porphyrogenneta.* Verumtamen Constantinus iste non fuit proximus heres imperii, sed posterior. Etenim Michael pater Andronico, ante purpuram sibi nato, ut apparet, priores dare voluit. Poterat inter Constantinum et Andronicum fratres eadem lis intercedere, quae inter Artemenem et Xerxem, Darii, Persarum regis, filios, intercessit. Artemenes siquidem, ut natu maximus, aetatis praerogativa imperium ad se trahebat, quod ius et ordo nascendi et natura ipsa gentibus dedit. Xerxes controversiam non de ordine, sed de nascendi felicitate referebat. Namque Artemenem primum quidem Dario, sed privato provenisse, se regi primum natum etc. Iustinus lib. 2.; de eorumdem memorabili concordia in petitione regni Plutarchus libro de amore fraterno, ubi, quem Iustinus Artemenem, ipse Ariamenem vocat. PONTAN.

Pag. 11, 12. *καὶ* ante *Εὐδοκίαν* om. M.

Pag. 11, 15. *τῆς Οὐγγρίας ῥηγός.* Observo, *Οὐγγρίαν* transferri *Hungariam,* tametsi spiritus non consentit, cum sit in Graeca voce lenis: et Ungri populus nominantur ad Istrum. Sed tamen cum etiam e Germania, Sabaudia, Italia Byzantini imperatores sibi coniuges adsciverint, cur non ex vicina Hungaria? Graeci porro posteriores plurima dignitatum, magistratuum ac potestatum vocabula aut Latina prorsus, aut Latinograeca seu ad Graecas flexiones detorta et nonnihil immutata seu *Ἑλληνικοβάρβαρα,* ex commerciis forsitan et consuetudine cum Latinis, adhibuerunt. Cum igitur Constantinopolitanum semper *βασιλέα* nominet, reges autem *ῥῆγας* (excepto Moesorum rege, quem, si memini, paene nunquam non *τοῦ βασιλέως* nomine dignatur; quam ob causam, non dispicio;) videtur vocabulo *βασιλεὺς* quiddam amplius et maius significare voluisse, quam nos voce *rex* significare consuevimus. Et quamquam Graeci regem *βασιλέα* dicunt, nihilo minus eodem vocabulo imperatorem etiam Romanum et Augustum exprimunt. Duo dumtaxat scriptores nominantur, qui interdum *αὐτοκράτορα* appellent, Plutarchus et Herodianus. Quamobrem quoties in hac historia vox *βασιλεὺς* de Constantinopolitano principe occurrit, (occurrit autem millies,) non *rex*, sed *imperator* reddenda est. Non me latet, tria haec nomina eumdem aliquando gessisse, *βασιλεύς*, *Καῖσαρ*, *σεβαστός*. Verum ea aliud non sunt, quam *imperator, Caesar, Augustus.* Est ergo in hisce libris non modo *Οὐγγρίας*, *Ἀρμενίας*, *Ῥαουήνας* (*Ῥαβέννης* legendum), *Κύπρου*, *Κατελάνων*, semelque et iterum *Μύσων ῥῆξ*, sed etiam *Κάρουλος ῥῆξ*: ne de regulis tantummodo dictum existimes. Quin et imperatorem occidentis apud quosdam recentiores Graecos non *βασιλέα Ῥωμαίων*, sed *ῥῆγα Ῥωμαίων* nominatum videbis:

nam illo priore suum illum orientalem honorant. PONTAN.
Οὐγγρίας M. recte.

Pag. 11, 16. *Constantinum despotam.* Despota hic valet, quod Hispanis et Lusitanis *infans.* Primogenitus enim, imperator, qui Gallis Delfinus, Hispanis princeps. Ipsemet Cantacuzenus rationem affert, cur Despota dictus sit iste Constantinus, et affert eam, quam adduximus. Imperatores Romani de filiis, aut nepotibus, aut consanguineis, quorum praestantem vidissent indolem et ad imperandum idoneos fore censuissent, successores sibi legebant, quos initio principes iuventutis nominabant: post nominati sunt Caesares; (quod retinuerunt, etiam cum ad culmen imperatoriae maiestatis adscendissent, ut Caesares imperatores dicerentur;) tandem Nobilissimi Caesares appellati sunt. Apud Turcas Zelebis significat nobilem. Quam vocem eorum monarchae honoris causa in successoribus suis nominandis imitatione Romanorum (ut coniici potest) usurparunt. Tamen Mahometis II. et successorum filii non Zelebes, sed Sultani coepti sunt indigitari. PONTAN.

Pag. 11, 19. *ex Irene March. Montisferrati Lombard. princ. filia.* Irenae huic senatus Genuensis quatuor triremes instructas decrevit, quae illam Byzantium Andronico nupturam devexere. Gregoras libro sexto scriptum reliquit, cum eo duceretur, egisse annum undecimum, Andronicum vero tertium supra vicesimum: quam et vultus et morum elegantia commendarit. Mulierem longe ambitiosissimam eamdem describit libro septimo, quippe quae omnes tres filios suos imperatores designari percupiebat, et ut modo imperantes videret. Romanas opes in Romanorum hostes profundebat. Ibidem, quam lenis ad eam placandam Andronicus fuerit. Febri correpta, obit diem suum in oppidulo Drama, quo animi gratia Thessalonica se conferre solebat. Est autem Graece *ἄρχοντος Λουμπαρδίας.* At enim non paruit huic Marchioni universa Lombardia, quam Insubriam veteres dixere, (proinde malui *Lombardi principis*, quam *Lombardiae principis*, ut vitarem *τὸ ἀμφίβολον*,) sed ea solum regiuncula, quae inter Padum et Tanarum sita et iam pridem Montisferrati nomine vocata est. Primus Marchio eius fuit Almaramus, a socero Othone magno creatus, anno Christi 967.; inde postea Marchiones propagati. PONTAN.

Pag. 11, 19. *Μουμφερρᾶ* M.

Pag. 11, 21. *et puellae Simonidis.* Georgius Pachymerius hoc illi nomen factum tradit, quod, eum plures puellae Andronico natae morerentur, a muliere quadam edoctus, duodecim apostolorum duodecim statuas cereas viri magnitudine statuerit easque sub tempus partus ordine accenderit.

Qui cum in tempus, quo statua Simonis ardere incipiebat, incidisset, puellam ex eo Simonidem nuncupatam. Hanc, teste Gregora, pater quinquennem Crali, Serviae regulo, quadragenario quartam uxorem desponsam, domi, donec viro tempestiva evaderet, educandam dedit. Invita ad maritum postea, a quo discesserat, Byzantio revertitur et monacham profitetur. Vide principium lib. 8. Sustulit et notham filiam idem Andronicus, nomine Irenen, quam Ioannes Ducas, Pelasgorum et Thessalorum princeps, uxorem duxit, ut est libro 7. apud eumdem Gregoram. PONTAN.

Pag. 12, 3. *ad Michael. Palaeol. secundum.* Primus ex Palaeologis Michael fuit, Andronici parens. Secundus Michael Palaeologus fuit, filius Andronici senioris et imperii consors. *Tò secundum* ad nomen et ordinem in imperio referendum est: nec enim post patrem Andronicum, sed cum patre imperavit. Ita non tertius a primo, sed secundus numeratur. PONTAN.

Pag. 12, 3. *δὴ καὶ* add. M. post *ἄχρι.*

Pag. 12, 4. *complures diligentissime.* Georgius Pachymerius, Gregoras et (quem penes se manu exaratum esse affirmat in Pandecte historiae Turcicae Ioannes Leunclavius) praetor Graeciae. Hic praetor annorum amplius sexaginta historiam, a capta nimirum Constantinopoli a Flandris usque ad eamdem a Michaele Palaeologo receptam composuit. Qui praeterea illa tempora persecuti sint, nescire me fateor. PONTAN.

Pag. 12, 7. *praedictorum criminum rei.* Haec contra Gregoram imprimis, quem et lib. 4. cap. 24. et 25. ut hominem mendacissimum insectatur. Eumdem paulo infra iterum tangit, cum res Andronicorum satis cognitas et exploratas habuisse et idcirco incorruptam veritatem attigisse negat. Sane non pauca ad iunioris Andronici gloriam spectantia dissimulavit aut ignorantia, aut fide non bona. De eodem historico praefatione ad lectorem plura disseruimus. PONTAN.

Pag. 12, 8. *ἀληθὲς* M.

Pag. 12, 15. *τῆς* add. M. ante *εἰρήνης.*

Pag. 13, 4. *Thomae, principi Acarnaniae.* Parva Epiri regio Acarnania. Epiri et Aetoliae principem facit Gregoras lib. 8. et Annam post mariti necem Conto, eius nepoti ac percussori, nupsisse commemorat. PONTAN.

Pag. 13, 6. *Sphentisthlabo, Moesorum regi.* Gregoras ait, Bulgarorum principi. Moesiam enim superiorem, cuius creberrima in his libris mentio, sunt qui Valachiam, sunt qui Moldaviam aut Bulgariam fuisse dicant. Ita Moesi erunt, qui recentioribus Valachi aut Moldavi, aut etiam Bulgari. Quo tamen nomine, Bulgarorum inquam, alii Triballos,

Moesiae inferioris populos, intelligunt, qui Nicetae dicuntur Servii, de quibus similiter in hac historia saepissime agitur. Cum autem historicus noster perpetuo et constanter scribat *Μυσοὺς* et *Μυσίαν*, ego Moesos et Moesiam potius existimavi. PONTAN.

Pag. 13, 13. *καὶ* om. M. quoque, neque nunc desidero.

Pag. 13, 19. *οἱ* add. M. post *ἀγγελίας*.

Pag. 13, 20. *Manuelem vivere desiisse.* De genere mortis eius Gregoras in limine libri octavi. Si verum est, quod narrat, miserabiliter interiit bonus adolescens. Confirmat etiam hic locus notionem vocis *Despota*, de qua supra egimus, ubi Constantinus, Andronici senioris filius secundum Michaelem natus, sic nominabatur. Primogenitus enim dicebatur *βασιλεὺς*, ut Andronicus quoque iunior, frater Manuelis, semper dicitur. PONTAN. *τὸν δεσπότην* M.

Pag. 14, 2. *ab orbe condito sexies milles. octingent. vices. nono.* Qui tandem? Hodie ab orbe condito non plures 5564. numerantur; quomodo igitur ante annos abhinc plus ducentos sexaginta, cum ista gererentur, sexies mille octingenti novem et viginti numerari poterant? Hac de re cum consuluissem D. Marcum Velserum, huius rei pub. ill. virum et omnis antiquitatis peritissimum, sic mihi ad verbum rescripsit: *Re accuratius perpensa, Cantacuzenum eorum aeram sequi video, qui Christum anno mundi* 5508. *natum existimant. Hanc autem usu ab ecclesia receptam esse ait Antonius Contius in notis Chronol. Nicephorianae cap.* 9. *et testimoniis comprobat, ut videre est in secunda editione bibliothecae sanctorum Patrum, tomo* 7. *colum.* 984. *Annus itaque* 6829., *quo Michael mortuus est, erit Christi* 1321., *quo sane currebat indictio quarta, quam Cantacuzenus in calce lib.* 1. *annotat. Quod inde potest ostendi. Datis annis Christi, si annos* 312. *auferimus et reliquos per* 15. *dividimus, quidquid provenit, indictionis numerum indicat. Iam si a* 1321. *auferas* 312., *remanent anni* 1009., *qui per quindecim divisi, ostendunt orbem indictionum sexagies septies absolutum et quatuor annos indictionis sexagesimae octavae esse reliquos. Hoc est, quod ponebatur, indictionem quartam numerari. Annus* 6835. *est Christi* 1327. *et indictio decima, quod cum superiori supputatione demonstrari potest, tum inde manifestum est, quod sexto ante anno ipse Cantacuzenus quartam indictionem nominat. Verumtamen anno* 1327. *post mensem Septembrem, quo Graeci indictiones auspicabantur, undecimam indictionem cepisse. Sed quia in scheda tua dies XIV. Kalendas Iunias adscripta erat, rationem, qua Cantacuzenum sive librarium excusem, non invenio, siquidem codex ita praefert.* Hactenus ille. Solent ergo Graeci tempora ab annis mundi conditi

numerare: in numero autem a nobis ipsa multitudine plurimum discrepant. PONTAN. ἐνάτου M., ex more Cantacuzeni.

Pag. 14, 6. *in diuturno moerore.* Gregorae verba recitabo: *Senex autem imperator Andronicus ex moerore et sollicitudine confectus est, cuius vix exemplum reperiatur.* Sic ille. Ex quo scire licet, patri fuisse carissimum, quia filius optimus, ut sequitur in Cantacuzeno. PONTAN.

Pag. 14, 7. *οὐ γὰρ ἄκρας ἔψαυσεν αὐτοῦ καρδίας.* Verba sunt Ulyssis in Hecuba Euripidis. Autumat enim, Hecubae beneficium sibi manere alta mente repostum. Erasmus sic convertit: *haud enim haec res summa strinxit pectoris.* Ad verbum: *non enim summum* seu *superficiem cordis eius boni filii mors tetigit*, id est, in pectus eius quam altissime descendit, dolor ille de filii carissimi obitu cor eius intimum penetravit. Germanice, *Es ist ihm tieff zu Hertzen gangen*, aut ἐμφατικώτερον, *das grosse laid hat dem guten alten sein Hertz, sein Seel durchtrungen.* PONTAN.

Pag. 14, 9. *τῶν ἐξητασμένων ἐπὶ φθορᾷ. De numero eorum, qui in nocendo hominibus saepe magna documenta dederunt*, aut sic: *quorum detrimentis humano generi inferendis iam multis experimentis probata et explorate cognita est malignitas.* Scimus, daemones hominum esse hostes sempiternos, idque ex incredibili quadam invidia. Sed historicus sentit, quoddam esse genus, cui nocere hominibus per calamitates ingentes palmarium est: quales, opinor, ii, quibus mulierculae sagae seu veneficae totas se consecrant. Ab illis enim qua privata, qua publica damna perniciemque hominibus dare compelluntur. PONTAN.

Pag. 14, 10. *Romanorum felicia tempora.* In historia Byzantina rudiores illos quoque orientales populos intelligant Romanos vocari, et imperium illud Romanum et imperatores Romanos, ex quo Constantinus magnus, communis orientis et occidentis Romanorumque imperator, sedem Constantinopoli posuit, et ex eo Italica Roma tamquam coloniam deduxit, quam et novam Romam dixit, et sic passim a Graecis scriptoribus appellatur νέα Ῥώμη, ut illa altera πρεσβυτέρα Ῥώμη, indeque se Graeci Ῥωμαίους, populos autem occidentis Λατίνους et Φράγκους appellare coeperunt. Successores porro Constantini hoc nomen, ut gloriosum, sibi suisque retinuerunt et se quoque Romanos dici haberique voluerunt. Sciendum insuper, a Graecis posterioribus nonnunquam Graeciam Europaeam, nonnunquam provincias illas Asiae minoris *Romaniam* vocari. PONTAN.

Pag. 14, 10. *ut verius loquar, Deo ad delictorum.* Huiuscemodi piae Christianaeque sententiae et haec prae aliis ab hoc scriptore frequentantur. Nisi enim essent ho-

minum scelera et flagitia, non essent pestilentia, bellum, fames, eluviones aliaque mala atrocissima et plurima, quibus Deus nos punit vel admonet potius, ut resipiscamus, si poenas aeternas velimus effugere. Ergo in Deum mala nostra ob hanc causam, quasi videlicet in animadversorem punitoremque, referri, pium est, et id sancta scriptura passim docet. *Omnia, quae fecisti nobis, Domine, in vero iudicio fecisti, quia peccavimus tibi et mandatis tuis non obedivimus,* Daniel. 3. Mittam locos alios, quia sapienti pauca, ut dicitur. PONTAN.

Pag. 14, 15. ἔγγονον recte M.

Pag. 14, 20. *Constantino ex Cathara pellice natum.* Muzalonis protovestiarii filiam uxorem habuit, ex qua nullos genuit liberos. Ea post defuncta, ex ancilla formosa, Cathara nomine, puerum suscepit, quem Michaelem Catharum dixit: et postmodum novis cuiusdam Eudociae amoribus (quam et viro eius mortuo uxorem duxit) veterem et concubinae et filii ex ea sibi procreati amorem ex animo eiecit, ut pluribus lib. 8. ipso ferme initio a Gregora proditur. PONTAN.

Pag. 14, 25. *οὔτ' ἐγκυκλίου πεῖραν ἔσχε παιδείας.* De orbe illo doctrinarum loquitur, qui septem artibus liberalibus definitur. Quae alioqui etiam iuncto verbo ἐγκυκλοπαιδεία vocari solet. Verum a me nomen ipsum *orbis* exprimi haud necesse fuit, quando res clara est. PONTAN.

Pag. 15, 7. *Domesticum suum et contubernalem.* Gregoras alias causas duas affert, quae tamen huic a nostro allatae nihil repugnant. *Eum,* inquit, *annum aetatis XV. agentem accersitum, inter aulica ministeria assumit, primum, ne ab omnibus neglectus, fame periret, deinde fortasse, ut sanguine imperatorio oriundus, affinitate cum aliquo ex finitimis hostibus iungeretur pacemque conciliaret et Romanos Romanamque rem adiuvaret.* Pergit deinde paucis indicare, quo loco apud senem fuerit, in quo noster est copiosior. *Cum autem,* inquit, *in palatio versaretur, brevi tempore imperatoris animum ita sibi conciliavit, ut et ipsi imperatoris filii ei inviderent, Andronicus vero iunior imperator irasceretur molesteque ferret, insignem illum sui amorem apud avum languescere, erga novitium vero illum et subdititium vehementer crescere.* Ostendit praeterea, quomodo annos natum 25. cuidam Macedonicae provinciae praefecerit, et eius encomium texit. Lege lib. 8. paulo post principium. PONTAN.

Pag. 16, 3. *propter altitudinem quidem gradus.* Plinius Vespasianum alloquens praefatione Historiae suae Naturalis, imperatorem ait in excelsissimo humani generis fastigio positum. Nobiles ac praesertim principes, reges, imperatores non est verisimile mentiri velle, quia id summa eorum

ingenuitas non permittit, et quia nulli hominum generi foedius est mendacium. Nam cum ob duas plerumque causas mortales mentiantur, vel ut iocentur scurriliter, vel ut aliquam sibi utilitatem compendiumque pariant, in viros tales neutrum convenit: quos et summa gravitas decet, et qui magis habent, quod aliis dent, quam indigent, quod ab aliis accipiant. Nec minus odit Deus divitem mendacem, quam pauperem superbum. PONTAN.

Pag. 16, 6. *ἐπιβούλου* M. pro *οὐ δικαίας*.

Pag. 16, 9. *ἀπολείπῃ* M.

Pag. 16, 15. *τοὺς* recte om. M.

Pag. 16, 20. *βασιλέα* M. quoque.

Pag. 17, 11. *ἕτερον* M. pro *Ῥωμαίων*.

Pag. 17, 12. *τῶν ὅρκων* add. M. post *Ἀνδρονίκου*.

Pag. 17, 17. *εἴκοντες* M. pro *ἄκοντες*.

Pag. 17, 18. *παρακοιμώμενος*. Latine *accubitor*, et usu verbi liberiore *custos*. Sed sine controversia ea dignitas designatur, quam tribus vocibus expressimus. Paulo infra *μέγας δομέστικος*, et ita deinceps semper nominatur, (minoris Andronici intellige,) quae tamen dignitas, quando in eum collata sit, nusquam indicatur. PONTAN.

Pag. 18, 2. *ὁ πάππος* om. M. quoque, neque necessarium videtur.

Pag. 18, 6. *ἑαυτοῦ* leg. cum M. pro *αὐτοῦ*.

Pag. 18, 7. *cor suum comedens, ut Homerus ait.* Locus est de Bellerophonte Iliad. ζ', qui ab Antia, Proeti, Argivorum regis, uxore, apud virum falso accusatus, quod se de stupro appellasset, ab eodem cum litteris ad Iobaten, Lyciorum regem, socerum, missus et ab illo periculis magnis obiectus est, quae tamen vicit. Postmodum diis exosus factus, in locis solis oberrabat, hominum congressus fugiens ac se tristitia et dolore macerans. Versus Homeri cum Latina M. Tullii interpretatione apponam: *Ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο, Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων. Qui miser in campis moerens errabat Aleis, Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.* Germani istuc, cor suum comedere, *ἐμφατικῶς* exprimunt, *er frist sich selbst*, hoc est, comedit, absumit se ipsum. Moeror enim vehemens ac diuturnus seu immensa et longa animi aegritudo corpus tabefacit ad cutemque et ossa redigit: quod Artemisiae, reginae Cariae, Mausolum maritum *ἀπαραμυθήτως* lugenti, contigit, de qua Cicero 3. Tuscul. PONTAN.

Pag. 18, 11. *maternum genus e sanguine imperatorio.* E familia imperatoria erat haec femina, quae Dynastae barbaro et Comano nupsit, Cantacuzeni cognata. Nam et Scythis principibus, ut audiemus, imperatores Constanti-

nopolitani locabant filias suas, et Cantacuzenus Orchani Persae seu Turcae potius Theodoram filiam nuptum dedit. PONTAN.

Pag. 18, 13. *qui Ioanni Batatzae imp. capessse dediderant.* Hoc ἐν παρενθέσει dictum, quam Graeci notare non solent: quo attentiorem oportet esse interpretem. Verisimile fit, Sytziganum istum barbarum cum uxore Constantinopolim migrasse, ibidemque susceptis Christianorum sacris habitasse et in eadem urbe Syrgiannem filium genuisse. PONTAN.

Pag. 18, 15. *qui ipsum e sacro fonte susceperat.* Hos quidam susceptores, alii compatres vocant: debent enim cura paterna, pro quibus in baptismo spondent, in Christianis institutis erudiendos suscipere et in eo paternam illorum curam gerere. Nisi quis malit ab eo dici susceptores, quod infantem vel abluendum salutari fonte, vel ablutum suscipiunt in ipsa brachia. Graece est ἀπὸ τοῦ ἁγίου φωτίσματος αὐτὸν ἀναδεξαμένον. Quod Latini dicunt, voce e Graeco fonte cadente, baptizari a βαπτίζεσθαι, id Graeci praeterea aliis tribus efferunt, φωτίζεσθαι, σφραγίζεσθαι, καθαίρεσθαι, *illuminari*, *obsignari*, *purgari*. Quae tamen, si verborum ipsorum vim et sensum velimus exprimere, non sic reddenda sunt, sed baptismo ablui, sacro fonte tingi, salutari aqua perfundi, sacro rore tingi, coelesti fonte lustrari, et aliis compluribus modis, quos latinitatis studiosi haud ignorant. Dies autem ille, quo Christi baptizati memoria celebratur, et in diem Epiphaniae in Latina ecclesia incidit, a Graecis patribus φώτων ἡμέρα nominatur, *dies luminum*: siquidem φωτισμὸν ἀντὶ βαπτίσματος frequenter accipiunt. Ita Gregorius Nazianzenus orationem eo die habitam inscripsit εἰς τὰ ἅγια φῶτα. Qui ergo festum luminum apud Graecos esse festum purificationis Mariae volunt, falluntur. Fons autem in basilicis, ut notavit Brissonius commentario de feriis Christianis, proprio et baptismi officio specialiter dicato loco concludebatur, cuius appellationem Latini verborum inopes a Graecis mendicantes, locum eum baptisterium nuncupant. Graeci suum illud Latinis commodatum verbum intempestive repetere nolentes, φωτιστήριον dicunt, Ambrosius *regenerationis sacrarium.* Et recens baptizati tum νεόφυτοι, tum νεοφώτιστοι appellabantur. PONTAN.

Pag. 19, 1. ὃν μέλλει τῷ τῆς ἁλουργίδος ἄνθει κοσμήσειν. *Quem ornaturus est ornatu purpurae;* ἄνθος quippe etiam ea notione est, qua κόσμος; sed μεταφορικῶς, ut Latinum flos, saepe decus, elegantiam, pulchritudinem et ornamentum quoddam significat. At certe ἄνθει hic potius ipsum κάλλος τοῦ βάμματος, tincturae sive coloris purpuracei nitorem ac venustatem quandam declarat. PONTAN.

Pag. 19, 15. *inde ab infantibus.* *Cantacuzenus cognatus imperatori Andronico iuveni aequalis et amicissimus ab ineunte aetate et ob animi candorem sermonumque veritatem et morum commoditatem carissimus.* Gregoras lib. 8. PONT.

Pag. 19, 24. *πρὸς αὐτὸν* om. M.

Pag. 20, 1. *εἰς* M. pro *πρὸς*.

Pag. 20, 11. *εἶτα* M. pro *ἔνθα*.

Pag. 21, 6. *hominem namque pluribus aequip.* Ad Andronicum suum accommodat, quod de medico Homerus protulit Iliad. λ': *Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων*, quo versiculo poetae sapientissimi iure gloriantur medici, cuius sensus: medicus instar multorum seu pro multis est, seu multis aequiparari potest. Hoc vult, Andronicum multorum virtutes unum complexum, ita ut in singulis nemini cedat. Nota egregiam laudatiunculam ex verbis, quae continenter subiiciuntur. PONTAN.

Pag. 21. 8. *ἀνδρείᾳ* M.

Pag. 21, 11. *κοινὸν ἄγαλμα τῆς φύσεως.* Vocem *φύσεως* de humana natura, id est de hominibus ipsis, prolatam accipio, quorum communiter decus et ornamentum fuisse, (propter animi praestantiam videlicet,) Andronicum suum testatur. In quovis rerum genere illud aliarum decus, gloria et ornamentum est, quod supra alias excellit. Et quia *ἄγαλμα* etiam exponitur oblectamentum, parum aberat, quin hoc totum *κοινὸν ἄγαλμα τῆς φύσεως* converterem *amor ac deliciae generis humani*, recordatus, ita Titum imperatorem, Vespasiani filium, nominatum esse, teste Suetonio in eius vita cap. 1. PONTAN.

Pag. 21, 12. *οὕτως ἐρήμην ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἁλῶναι συμβαίνει.* Subaudienda est vocula *δίκη* cum illa *ἐρήμη*. Est autem *δίκη* causa, iudicium, ut *ἐρήμη δίκη* sit desertum iudicium seu desertum vadimonium. Composita vox est *ἐρημοδίκιον*, quando quis ad diem non se sistit in iudicio. Et *ἐρήμην καταδικασθῆναι*, vel, ut apud nostrum est, *ἐρήμην ἁλῶναι*, est *ob desertum vadimonium damnari.* Potest etiam verti *indicta causa damnari*, quod nos fecimus: neuter enim, et qui vadimonium deseruit, et qui causam non dixit, ad iudicium comparet: ita uterque videtur deseruisse: etsi alter reus est, qui vadimonio se obligavit, alteri fit iniuria. Seneca Medea: *Qui statuit aliquid parte inaudita altera, Aequum licet statuerit, haud aequus fuit.* PONTAN.

Pag. 21, 13. *ὁ χθὲς καὶ πρώην.* Hac proverbiali hyperbole utitur non raro. Licet etiam reddere *pronuper, nuperrime, paulo ante, heri.* PONTAN.

Pag. 21, 14. *προσκυνούμενος.* Verbum *προσκυνεῖν*, *adorare*, in sacrosanctis profanisque litteris creberrime ad homi-

nes, qui dii non sunt, accommodatur, dicunturque προσκυνεῖσθαι, *adorari*, id est singulari quadam veneratione, corpore ad terram incurvato, affici. *Summissi petimus terram*, inquit Aeneas 3. Aeneid. Quem adorandi modum et gestum expressit pulcherrime Themistocles, dum regem Persarum per simulationem adoravit. Annulum enim cadere permisit: quem cum se inclinans levasset, visus est suo munere perfunctus. Noster quoque satis clare libro 2. cap. 5., ubi Tamerchanes, Phrygiae satrapa, ad imperatorem venit. Nam de eius comitibus Persis, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἄπωθεν τὸν βασιλέα προσεκύνουν, τὰς κεφαλὰς ἐρείσαντες ἐπὶ τὴν γῆν. Ista adoratio etiam hodie barbaris in more est. Non igitur verebor προσκυνεῖν exponere *adorare*, cum res tam aperta sit. PONTAN.

Pag. 22, 1. πραγμάτων om. M.

Pag. 22, 6. κινδυνεύσαντα M.

Pag. 22, 8. ἔξω M.

Pag. 23, 5. *nostra Romanorumque omnium admissa.* Ad locum Pauli alludit Actor. 17. in concione ad Areopagitas: τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ θεός. Subiungit noster, τὴν καρδίαν τοῦ βασιλέως εὐθεῖαν ἀπεργασάμενος, ubi alium locum in mente habuit, qui est Actor. 8. Sic enim sanctus Petrus ad Simonem, oblata pecunia per manuum impositionem Spiritus sancti communicandi potestatem sibi concedi petentem: ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον θεοῦ. Non enim sententiis modo integris divinarum litterarum innectendis, sed etiam unico verbo iisdem insinuandis Cantacuzenus gaudet: quod te, Lector, hic potissimum monitum volui. Sane peritissimum sacrae scripturae fuisse, extra dubium est. PONTAN.

Pag. 23, 8. τὰς recte add. M. ante χάριτας.

Pag. 23, 17. τοὺς λόγους recte M.

Pag. 23, 18. δεῖ M. quoque. Recte.

Pag. 23, 21. *Adrianopoli.* Orestiadem antea dictam hanc urbem, quidam auctores sunt. Solebant Sultani Turcici regnum auspicari in ea civitate, quae sedes esset imperii. Principio Turcis (capta Constantinopoli videlicet) fuit Prusa Bithyniae, paulo ante mortem Osmanis ab Urchane filio capta, quae licet honorem hunc non diu retinuit, ex pristina tamen praerogativa meruit, ut longissimi temporis spatio Sultani Turcarum mortui, paternis et avitis istic monumentis, etiam diu post captam Constantinopolim, inferrentur. Postquam vero, transvectis in Europam copiis, Murates I., Urchanis F., Osmanis N., Hadrianopolim cepisset, eodem et regni sedes ex Asia commigrasse videtur, quod recte se facturos Sultani ducerent, si rebus Anatolicis iam tranquillioribus, praecipuum militiae

robur iam Hadrianopoli velut in excubiis haberent: unde , momentis rerum ex usu suo gerendarum animadversis, progredi paulatim latius et in Europae viscera grassari possent. Leunclavius. PONTAN.

Pag. 24, 2. κινδυνεύειν M.

Pag. 24, 8. καὶ add. M. ante τῆς κατασκευῆς.

Pag. 24, 11. *ab Orientalibus ac Threïciis secludens.* Arbitror ad hunc locum pertinere, quod scribitur a Gregora libro septimo, Andronicum seniorem longum murum ad Christopolim, a mari usque ad vicini montis cacumen exstruxisse, ut locus is se invito prorsus inaccessus esset iis, qui vel e Thracia in Macedoniam, vel e Macedonia in Thraciam iter haberent. PONTAN.

Pag. 24, 14. ἀλλήλοις τε συνταξάμενοι. Vox συντάσσεσθαι sacris scriptoribus idem valet, quod ἀποτάσσεσθαι *valedicere*, *in digressu salutem dicere.* Quare συντακτήριος λόγος Gregorii Nazianzeni, centum quinquaginta episcopis praesentibus habitus, est ea oratio, quam primo quoque tempore discessurus pronuntiavit, et episcopis illis valedixit. Item apud Damascenum, libro, quod mortui viventium beneficiis iuventur, συντακτήριον θρηνεῖν est *in ultimo digressu flere ac lamentari.* Plura Billius observat. sacrar. lib. 1. c. 22. PONTAN.

Pag. 24, 21. καὶ addend. e M. ante πληρωμάτων.

Pag. 24, 23. *nautica licentia.* Genus hominum valde improbum nautae, periurum, mendax, naves alienas et homines despolians: quos apologo quodam notavit Aesopus, dum eos dicit in tempestate multa diis vovere, quae, cum in littus salvi pervenerint, minime solvant. Et cum quibus Bias navigabat impii, quibusque in saeva tempestate deorum opem implorantibus dicebat: *tacete, ne vos illi hic navigare sentiant*, nautae potissimum erant. Laertius. Euripid. Hecuba, ubi illa misera mulier captiva iam et serva mittit famulam, quae petat a Graecis, ne quid in corpus filiae Polyxenae iam ad Achillis tumulum mactatae designent illiberalius ac petulantius, ἐν γὰρ μυρίῳ στρατεύματι ἀκόλαστος ὄχλος, ναυτική τ' ἀναρχία, κρείσσων πυρός. Sumpsit ergo ab Euripide Cantacuzenus, ut vides. PONTAN.

Pag. 25, 4. Ἀπόκαυκον M. ubique. Nicephorus quoque Gregoras hominem constanter sic appellat; itaque hic et deinceps corrige codicis P. scripturam, ut iam fecimus volumine secundo.

Pag. 26, 4. *per senatorem.* Nomina σύγκλητος et συγκλητικὸς, *senatus* et *senator*, quod mihi videor observasse, noster scriptor varie usurpat. Nunc enim proceres aulicos conciliumve aulicum seu senatum imperialem sive imperatorium: nunc belli duces conciliumve bellicum, et utrobique

optimates ac viros illustres primariosque sic appellat. Itaque raro transtulimus *senatus*, *senatores*, ne quis de civili senatu et senatoribus rem intelligendam putaret; fugienda est enim *ὁμωνυμία*. Hoc etiam loco, si placet, senatorem virum nobilem Palatinum aut consiliarium imperatoris, *einen Kammerherrn*, interpretare. Pontan.

Pag. 26, 10. *οὐκ ἐξαναστήσεται* M.

Pag. 26, 18. *intra Byzantii fines*. Urbs haec nobilissima duo nomina habuit, antiquius Byzantium, recentius Constantinopolis: de utroque dicendum. Vetus fuit oppidum in Thracia ad Propontidem, quod Byzantes, classis Megarensium eo coloniam deducentium dux, condidit, quod conditum Pausanias Spartanus instaurasse et amplificasse dicitur. Tradit Zonaras, Constantinum Magnum parantem urbem sui nominis aedificare, primo Sardicum agrum, post Sigaeum promontorium, tandem Calchedonem et Byzantium delegisse. Cedrenus auctor est, Thessalonicae fecisse initium, sed peste interpellatum, reliquisse locum et Calchedonem profectum. Quam a Persis eversam, cum restituere inciperet, ab aquilis admonitum fuisse, ubi Constantinopolim conderet: quod illae architectorum regulas et funiculos saepius raperent Byzantiumque deportarent. Sozomenus et Zosimus narrant, cogitantem urbem sui nominis condere, quae honore Romam aequaret, inter Ilium et Hellespontum spatium invenisse commodum, ibi fundamenta iecisse, partem muri in altitudinem eduxisse; post sedem commodiorem visum Byzantium. Quam cum Severus imperator superioribus annis, occiso Pescennio Nigro, qui imperium orientis invaserat, diruisset et in vici formam redegisset, ipse, Licinio devicto, eius ambitum dilatavit, muros extulit, aedificiis publicis privatisque ad usum et decus explere instituit. Postea utroque imperio in multas portiones diviso, occidentalis Romam, orientalis domicilium Byzantium esse voluit, vocatisque orientis episcopis, magna caerimonia urbem novam Deo ac virgini Matri consecravit, eamque novam Romam et Constantinopolim indigitavit, et ad dignitatem urbi addendam ecclesiam eius ad honorem patriarchatus evexit eiusque episcopum Metrophanem post Alexandrinum sedere instituit. Hactenus illi. Si lubet, vide etiam de conditoribus et nomine urbis huius, quae affert Petrus Bizarus, historiae Genuensis lib. 12. in anno 1453. Vocatur saepe a Graecis *βασιλὶς τῶν πόλεων*. Noster infra cap. 21. en quam honorifice de ea: *πόλιν οὕτω μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον, καὶ χρήμασι καὶ ὅπλοις καὶ στρατιώταις δυνατωτάτην*. Locum haud inelegantem adscribam ex epistola Matthaei Camariotae, qua Constantinopolim a Turcis subactam lamentatur: *Cuncta nobis praesidia et ornamenta simul uno impetu erepta sunt.*

Patria capta est: cuius urbs in terris similis nulla, sed eiusmodi, quae non humana potuerit exstrui manu. Eadem magnitudine et pulchritudine praestabilis, situ et venustate splendens: quam affirmare omnium uspiam urbium maximam pulcherrimamque ausim: quam unam omnes sperabant et credebant in perpetuum ab omnibus mansuram inexpugnabilem: cui secundum Deum universi salutem credebant suam: quae si oculus appelletur orbis terrae aut cor, a vero non aberretur: de qua nemini non gloriari licebat: in qua civem adscriptum esse, non parum argumenti ad commendationem gloriamque habebat. Hactenus ille. Vide etiam Nicetam ad finem Annalium. Invenio hanc urbem dictam *Χριστούπολιν*, quemadmodum Antiochiam *Θεούπολιν*. PONTAN.

Pag. 26, 24. *δ' ἑαυτῷ* M.

Pag. 27, 3. *hoc genus occupationes.* Venari, aucupari, (nam et aucupio delectabatur iuvenis, ut videbis,) equestribus vacare lusibus, non sunt illiberales occupationes, nec principem, praesertim adolescentem, dedecent. Quare causae nihil erat, cur senex morosus his vacanti adeo irasceretur adeoque innocentem duriter increparet. Videntur aliae quaedam fuisse occupationes illius, nempe in scortis, commessationibus, nocturnis obambulationibus, in aere profundendo et nominibus faciendis, cum inobedientia et contumacia erga avum, quae Gregoras, nihil quidquam veritus, memorat, infensior et iniquior eidem, ut apparet. At noster hic vel digna haec non putat, ob quae iuvenis imperio privetur: quia scilicet peccata iuventutis sint: *dum aetas, dum tempus tulit*, (ait ille senex in Andria,) *sivi, animum ut expleret suum*: et alius ille in Adelphis plus aequo indulgens: *amet, scortetur, potet, faciat quod lubet*: vel propter summum amorem, credo, ut famae et honori eius consulat, artificiose dissimulat ac praeterit. Etiam non semel iurantem inducit, nihil se tanta ira et odio avi dignum commisisse, sed a calumniatoribus se falso apud illum deferri. Quod an excusari possit, si Gregoras vera loquitur, equidem haud scio. Ac tanto minus fortasse potest, quod initio historiae se veritatis tam amantem ostenderit. Verumtamen non ita dissimulat, quin, quem toties defendit et excusat, propemodum manifeste prodat. Infra enim ipsum adolescentem se flagris digna perpetrasse confitentem facit. Atqui venatus et decursus equestris flagris digna non sunt. Quamquam vero modum in his excedere potuit, (immo excessit, cum prae studio rerum istarum somnum capere non potuerit, ut audisti, et mira narrat in hoc genere de canibus et avibus eius Gregoras, etiam imperatoris,) tamen non hanc, sed aliam quamdam intemperantiam esse putarim, quam in se flagris puniendam confessus est. Nihilo minus ista vitia

magnis ac splendidis postea virtutibus emendata sunt, et cum Cantacuzenus amore, tum Gregoras odio peccare: et ille quaedam vera omisisse, hic multa non vera in medium attulisse potuit. PONTAN.

Pag. 27, 17. τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λίθον, lapidem supra caput, lapidem utique pretiosum, qualibus pileus ille distinguebatur. Et fortassis hic λίθος in apicem coronae eius insertus, visendae magnitudinis erat. Certe etiam lib. 4. dicitur λίθῳ κεκοσμημένος πῖλος. Subiicit mox, imperii esse symbolum. Unde patet συνεκδοχικῶς locutum: nam non lapis, quantumvis pretiosus, sed corona, tiara, aut diadema symbolum ac signum est imperii. *Cassidis formam hodieque retinent uscufiae Turcarum,* inquit in Pandecte historiae Turcicae Leunclavius, *instar pileoli rotundi, ovalis figurae, vel rotundi calicis, absque pedunculo factae: cuiusmodi coronas ovales ex auro solido gestare solebant imperatores Graeci, planeque talis etiam imponebatur Theolepto patriarchae, cum nos Constantinopoli essemus, a duobus aliis tunc ibidem praesentibus patriarchis, Sylvestro Alexandrino et Michaele Antiocheno, die* 10. *Martii, anno Christiano* 1585., *quo tempore ab eis inaugurabatur, quod Graeci vocant in thronum collocari. Solent hodieque Genitzari et alii ditiores ex auro solido factas uscufias gestare. Becos ipse vidi sic ornatos, qui Sultani Turcarum cursores sunt, circum ipsum semper obambulantes, quum e saraio seu palatio prodit.* PONTAN.

Pag. 27, 19. διακαρτερῆσαι M.

Pag. 28, 2. ἐπανελθὼν M.

Pag. 28, 3. *animam ipsam eructans.* Praecedit βαρέα στενάχων, quomodo Homerus loquitur. ψυχὴν ἐρευγόμενος ipsene finxerit, an ab Homero aliove poeta sumpserit, et an priorem vocem mutaverit, si forsitan μῆνιν fuit, ignoro. PONTAN.

Pag. 28, 9. τῶν ἐπ' ἀρετῇ καὶ φιλοσοφίᾳ γνωρίμων. Philosophia non semper est illa divinarum humanarumque rerum cognitio: saepe enim liberalem doctrinam, seu eruditionem ingenuam, seu φιλολογίαν Graeci hoc verbo exprimunt: Isocrates inprimis, (ex quo plura testimonia Budaeus profert,) qui etiam oratione περὶ τῆς εἰρήνης in fine φιλοσόφους vocat homines litterarum studiosos, quia et φιλοσοφεῖν σπουδάζειν significat. Sacri scriptores Graeci, studium vitae innocenter et sancte agundae frequentius φιλοσοφίαν nominant: quia nimirum *timor Domini disciplina sapientiae*, Proverb. capite decimo quinto. PONTAN.

Pag. 28, 19. *quandoque parentibus.* Saepius avum patrem nominat: vere enim pater est, quamvis non proximus, sed maior, hoc est, antiquior. Unde Germanis *Grossvatter:*

et defuncto Michaele, patre naturali, avus erat ei patris loco. Diligebatur item ut a patre filius, et reverebatur eum vicissim ut filius patrem: hoc enim de se credi vult. PONTAN.

Pag. 29, 13. *non te maria tota.* Cum proverbio dicamus *mare bonorum*, sicut *mare malorum* pro innumerabilibus bonis ac malis, sententia postulat, ut κακῶν hic non *malorum*, sed *vitiorum* aut *malorum facinorum* interpretemur. Auxit rem valde, cum adiecit ὅλας, dixitque θαλάσσας τῶν κακῶν. PONTAN.

Pag. 29, 14. λογίσεται M.

Pag. 29, 14. προχεῖσθαι. Manet in metaphora, quod tamen non semper est necessarium. Dixerat enim θάλασσα κακῶν. Ideo nos quoque non *proferri*, quod poteramus, sed *profundi* transtulimus: mare enim, quoniam aqua constat, funditur. Et alioqui etiam sic loquimur, aliquid effundere, pro cum affectu, vel ex affectu aliquo proloqui. Item simpliciter, ut Cicero 1. de orat. *effudi vobis omnia.* Et poetice, *haec effudit pectore dicta.* PONTAN.

Pag. 29, 22. *tua manu.* Vel quia forsitan *pro magno peccato paululum supplicii satis erit patri*, ut Teréntius ait: vel quia naturale est, malle a propinquis, quam alienis vapulare: quod misericordiam speramus ab iis, qui in nos crudeles propter sanguinis communionem esse non possunt. David quoque a Deo, tamquam a patre, quam ab hominibus puniri malebat. *Coarctor nimis. Sed melius est, ut incidam in manus Domini, (multae enim misericordiae eius sunt,) quam in manus hominum.* 2. Reg. 24. PONTAN.

Pag. 30, 3. ἱλέως M.

Pag. 30, 5. εἰ δ' ὥσπερ νῦν, οὕτω καὶ εἰς τὸ ἔμπροσθεν γίνεσθαι μέλλεις M.

Pag. 30, 8. διαπρεσβευσάμενος M. quoque.

Pag. 30, 10. διεξιόντος M.

Pag. 30, 15. *ego te adeo miris modis amavi.* Gregoras principio lib. 8.: *Andronicum tanto amore prosecutus est avus, ita eius adspectu gavisus, ut omnes et ante et post natos filios, filias, nepotes multo minoris faceret, omnesque quam hunc unum perire mallet, si optio daretur, tum ob firmiorem imperii successionem, tum propter ingenii praestantiam, tum propter vultus maiestatem; forsitan et similitudo nominis aliquid ad benevolentiam contulit. Quibus de causis eum apud se regia disciplina instituendum, eiusque conspectu noctu atque interdiu fruendum esse laetandumque censuit.* PONTAN.

Pag. 31, 1. γενέσθαι M.

Pag. 31, 2. τοῖς μητρικοῖς θαλάμοις ἐνδιατρίβοντες. Non opinor quemquam scriptorem uterum mulieris seu parientis uterum vocasse thalamum. Recordor autem in sacris

litteris de Salvatoris nostri ortu legi, *tamquam sponsus procedens de thalamo suo.* Ubi consensu theologorum sanctissimae Virginis Mariae uterus intelligitur, in quo velut thalamo eam sibi filius Dei, carne ex ea indutus, sponsam copulavit. Et quoniam Cantacuzenus libenter vocibus divinarum scripturarum utitur, de matre Andronici et partu eius cogitanti, hoc verbum, seu hunc scripturae locum occurrisse existimemus licet. PONTAN.

Pag. 31, 10. *parvissima labes videri sapientibus maxima.* Iuvenal. sat. 8.: *Omne animi vitium tanto conspectius in se Esse solet, quanto maior qui peccat habetur.* Bene *sapientibus*, nam hi longe cernunt acutius, quam vulgus, et iudicant verius. Ergo sapientes a regibus perfectionem maximam requirunt, eorumque peccatis non facile ignoscunt. Ipsemet Cantacuzenus extremo quarto cap. 48. en quam praeclare, dum filium Matthaeum a cupiditate imperandi absterret. *Non enim quemadmodum aliis, si vitam solute transegerint, sic etiam imperatoribus usuvenit, ut damnum ad ipsos modo pertineat, sed et bona et mala ipsorum subditis communia sunt: et imperatoris animam omnis virtutis speculum atque archetypum esse oportet: alioqui non solum suae, sed et aliorum segnitiei poenas persolvet.* PONTAN.

Pag. 31, 16. *ἐπιβλέψαντος* M.

Pag. 31, 23. *μεταβάλλεις τῆς πρὸς ἐμὲ π.* M.

Pag. 31, 24. *si quidem amaritudo.* In evangelio: *si quidem fructum fecerit: sin autem, succides eam.* Genus loquendi *ἐλλειπτικόν.* Subauditur *bene factum*, *bene res habebit*, aut tale quidpiam. Latini quoque sic loquuntur, atque adeo ipse Cicero. Notatum est alicubi a Budaeo in Pandectas. PONTAN.

Pag. 31, 24. *προβληθείτω* M.

Pag. 32, 5. *τοῖς ἐξ ὀργῆς, ἢ λύπης, ἤ τινος ὧν λέγουσι, μήτ' ὧν δρῶσιν ἐν τοῖς τῆς ταραχῆς καιροῖς, παρακατέχειν τὴν μνήμην.* Desiderari voces aliquot puto te mecum, lector, perspicere. Sed defectum eum a nobis satis expletum spero. Iacobus Gretserus, homo societatis nostrae, cuius exstant ingenii monumenta, a quo me fideli opera consilioque in his laboribus meis saepenumero adiutum et ad istuc praeclarum opus maturandum incitatum non possum quin confitear, totum locum sic integrabat: *τοὺς ἐξ ὀργῆς, ἤ τινος τῶν τοιούτων πράττοντάς τι, μήθ' ὧν λέγουσι, μήθ' ὧν δρῶσιν ἐν τοῖς τῆς ταραχῆς καιροῖς παρακατέχειν τὴν μνήμην δῆλον.* Nam illud *τοῖς*, primum verbum, consistere cum *παρακατέχειν* non posse: cui assentior. Est autem sententia verissima. Affectus enim impotentia nebulas menti offundit, ut cernere quid agat, dicat, non queat. PONTAN.

Pag. 32, 22. *Lethaeis volvendis aquis permittens.*

Lethe palus inferorum ab oblivione nominata, quod mortui omnium rerum huius vitae obliviscantur. Quin autem historicus iterum, ut alibi, poetice loquatur, nullus dubito: et est haec quoque una historiae proprietas, uti poeticis loquendi generibus: in quo apud Latinos conspicuus est Livius. Ovidius in Ibin.: *Et tua lethaeis acta dabuntur aquis.* Et 1. Trist. eleg. 7.: *Cunctane in aequoreos abierunt irrita ventos? Cunctane lethaeis mersa feruntur aquis?* PONTAN.

Pag. 33, 12. *ἐμὴν* om. M. et post *μέχρι* add. *καὶ*.

Pag. 33, 17. *cum ipse quoque, a magno impe*[illegible] Agapetus diaconus ad Iustinianum imperatorem libello pulcherrimo, quo imperatorem praeceptis format: *συγγνώμην αἰτούμενος ἁμαρτημάτων, συγγίνωσκε καὶ αὐτὸς τοῖς εἰς σὲ πλημμελοῦσιν, ὅτι ἀφέσει ἀντιδίδοται ἄφεσις καὶ τῇ πρὸς ὁμοδούλους ἡμῶν καταλλαγῇ ἡ πρὸς θεὸν φιλία καὶ οἰκείωσις.* Simili sententia usum inveni D. Epiphanium ad Eudociam Augustam, Arcadii coniugem, cum illa de iniuriis sibi a Ioanne Chrysostomo illatis eidem conquereretur, ut est legere in vita eiusdem Chrysostomi apud Metaphrasten. PONTAN.

Pag. 34, 1. *magnus domest. e Thracia reversus.* Haec alia deliberatio est. Illa prior inter domesticum et Syrgiannem in Thracia fuit: haec inter domesticum et iuniorem Andronicum suscipitur. Et intelligimus rediisse in Thraciam magnum domesticum: siquidem Constantinopolim reversus dicitur. PONTAN.

Pag. 34, 2. *παρὰ τοῦ βασιλέως* M.

Pag. 34, 3. *καταρχομένων* M.

Pag. 34, 4. *τὸν φθόνον* M. pro *τὴν ἀδικίαν* et lin. 5. *ὁπλίζοντος* et *αὐτῷ*.

Pag. 34, 21. *ὥστ' ἔχειν* M.

Pag. 35, 17. *Τριβαλλῶν* M.

Pag. 35, 17. *a Crale.* Nomen *Κράλης* regem sonat [illegible]t Hungaris, Bulgaris, sive Serviis, Sclavonibus, Boemis, Polonis [illegible], a Kiral, et contractione Kral. Inde positione Graeca factum [illegible] *Κράλης* a nostro historico, et muliebre *Κράλαινα.* PONTAN.

Pag. 35, 20. *ὀλίγῳ* M.

Pag. 36, 5. *παράσχοι* M.

Pag. 36, 9, *αὐτοῖς* M.

Pag. 36, 16. *τάχιον* M. mg. pro *τάχιστα.*

Pag. 36, 17. *ὥσπερ ἕρμαιον ἡγησόμενος.* *ἕρμαιον* dicitur pro lucro insperanti obiecto, seu inopinato et adventitio: ut cum quis in itinere aliquid fortuito invenit, quod etiam *εὕρημα* propterea appellatur, quasi dicas, inventum. Hinc quidquid boni nobis contingit, (praesertim, si praeter opinionem atque spem,) id *ἕρμαιον* vocatur. Budaeus a Platone in Phaedone poni ait pro bono inexspectato, a[illegible]c

pro sorte exoptanda, quae forte fortuna nobis oblata sit. Ratio nominis est a Mercurio, qui Graecis Ἑρμῆς, et viis, nuntiis, lucro praeest, et in Amphitruone Plauti est ita loquens: *Nam vos quidem id iam scitis concessum et datum Mihi esse ab diis aliis, nuntiis ut praesim et lucro.* Si plures iter facerent, et unus boni quidpiam in via iacens repererat, alii, qui id secum dividi, seu commune vellent esse, dicebant κοινὸς ἑρμῆς, Latine *in commune.* Observat Turneb. lib. 26. cap. 14. PONTAN.

Pag. 37, 4. καὶ addend. ex M. post ὁρῶν.

Pag. 38, 7. Ἀδριανούπολιν P. et M. ut postea Χριστούπολιν et alia id genus. Nos perperam divisim scripsimus contra morem huius aetatis.

Pag. 39, 3. *e gente quidem Auriarum. Ab Ansaldo Auria gens Auriarum clarissima originem habuit. Ansaldus natus est ex quadam matrona nobili, cui nomen Oria fuit, ex prisca familia, Volta dicta, quae nunc, ut diximus, Cataneorum est: quam posteaquam Arduinus ex provincia Narbonensi regulus oriundus, propter venustatem formae atque familiae nobilitatem ambivisset, in matrimonium tandem accepit. Nam cum profectionem in Palaestinam religionis ergo instituisset, casu Genuam delatus, in huius praestantissimae foeminae ex occasione, ut fit, familiaritatem et consuetudinem incidit, adeo ut formae pulchritudine illectus, postmodum in Voltarum familiam receptus, ad nominis et familiae avitae differentiam, Oriae uxoris suae nomen retinuerit.* Bizarus in historia Genuensium lib. I. PONTAN. τῶν δορίων γένους M. et deinde τε ὄρια, quod altera manus correxit τε δόρια.

Pag. 39, 4. *e Spinularum.* Familia Spinularum celeberrima et laudatissima, a Guidone Spinula, Beli vicecomitis filio, viro egregio animi corporisque dotibus, originem traxit. Bizarus. PONTAN.

Pag. 39, 4. *ex Temarensium.* Plurimas Genuensium antiquas familias recenset Bizarus libro I., inter quas huius nulla mentio, sed bene additum ab eodem his verbis: *Et pleraeque aliae, quarum hac tempestate exolevit memoria, et vix aliqua earum exstant ullius antiquae nobilitatis indicia. Verum interea non me latet, atque omnino verisimile est, plurimas familias successu temporis mirum in modum extenuatas et inclinatas, cum aliis familiis suo tempore integris et florentibus coaluisse, et quasi in eas insitas et translatas fuisse: adeo ut postmodum abolito et antiquato pristino nomine illius familiae, in quam transivissent, nomen assumpserint.* Cum suspicarer porro, Raphon ex Raphaele corruptum esse, viri clarissimi Marci Velseri sententia opinionem meam confirmavit. Visum, inquit, monere, Raphones quidem haud dubie Raphaeles vi-

deri, depravato in hanc faciem vocabulo, Genuensi Idiotismo, qui inter Italicas dialectos crassissimus est. Et Raphaelem sane Doriam maritimis praefecturis illa aetate claruisse, historiae ostendunt, neque Folieta in elogiis dissimulat. Verum Temar familiae quod vestigium reperiemus? In Genuensium annalibus saepius obvii Uso di mare, sive antique Uso de mare et Uso de mar, quos Folieta Usus marios appellat. Hos ipsos, abiecta prima vocula, ut a vulgo brevitatis amante fieri solet, Demar, atque inde Temar dictos fuisse, admodum apparet probabile. Haec Velserus. Raphon Temar sine dubio est Raphael Temar. PONTAN. τεμάρ M.

Pag. 39, 7. νικῶν M.

Pag. 39, 9. παραζευγνύντος recte M.

Pag. 40, 5. ἑτέρου M.

Pag. 40, 25. εἶχε λέγειν θαῤῥεῖν M. quoque; idque restituendum est. Talis inversio saepissime apud nostrum.

Pag. 41, 1. προὔφερεν M.

Pag. 41, 3. ἐπιτρεπομένων δ' αὐτῶν. Lego προτρεπομένων, perspicue id postulante sententia. PONTAN.

Pag. 41, 5. ἐπιτέτραφθε M.

Pag. 41, 10. *Salomonis.* Ecclesiastici cap. 18. *ante languorem humilia te, et in tempore infirmitatis ostende conversationem tuam.* Graece sic legitur in Septuaginta: πρὶν ἀῤῥωστῆσαί σε ταπεινότητι, καὶ ἐν καιρῷ ἁμαρτημάτων δεῖξον ἐπιστροφήν. Graeca illa Cantacuzeni Latinis potius respondent. PONTAN.

Pag. 41, 17. ἑτέροις M.

Pag. 42, 5. συνάγειν M. mg. pro συνορᾷν.

Pag. 42, 8. *certa pericula saluti non antep.* Cic. I. de Off.: *Nunquam omnino periculi fuga committendum est, ut imbelles timidique videamur. Sed fugiendum etiam illud, ne offeramus nos periculis sine causa, quo nihil potest esse stultius.* PONTAN.

Pag. 42, 10. τὸ τοίνυν M.

Pag. 42, 12. παρέχοντας M.

Pag. 42, 12. μακρὰν ἀφεστηκέναι νομίζω παντὸς κακοῦ. Necessario ante μακρὰν particula negans adiicienda est praetermissa a librario. Itaque interpretando adiecimus. PONTAN. νομίζω add. M. mg.

Pag. 42, 21. τῶν om. M.

Pag. 43, 4. ἀμυνομένου M.

Pag. 43, 15. δοκεῖ M. mg. pro φαίνεται.

Pag. 43, 19. συνεληλύθαμεν M.

Pag. 44, 2. *ingenii humani imbecillitas.* Verissimum est, quod ait I. Off. M. Tullius, omnes homines trahi et duci ad cognitionis et scientiae cupiditatem et veri videndi a na-

ura nobis ingeneratum desiderium. Sed quia cognitio nostra necesse est per sensus ad animum veniat, quomodo nec simul mnia sensibus percipere, sic nec omnia eodem tempore simul cognoscere possumus. Itaque perfectam cognitionem quasi radatim acquirimus. PONTAN.

Pag. 44, 5. φανῇ M. mg.

Pag. 44, 5. κρατήσει scrib. ex M.

Pag. 44, 9. συγκαταδύσει M. recte.

Pag. 44, 19. ἴδοι M.

Pag. 44, 20. τῆς ἑαυτοῦ M. mg. add. post μέτρῳ.

Pag. 45, 15. οὐκ M. add. ante ὢν supra lin., omisso ἀπεχέσθαι.

Pag. 45, 16. ἕνεκα M.

Pag. 45, 17. *unctum Domini.* Loquitur, ut David de aule consuevit, lib. Reg. 1. Interpretes bibliorum frequenssime vocem Graecam χριστὸς retinuerunt. Ut 1. Regum: *oquimini coram Deo et christo eius.* In Psalmis: *Nolite ingere christos meos. Salvavit Dominus christum suum.* Apud ucam de Simeone: *Non visurum se mortem, nisi prius videret christum Domini:* et sexcenties alibi. Dicitur autem ὁ *unctus Domini* aut *christus Domini* cum significatione axima, est et verbum gravissimum. PONTAN.

Pag. 45, 23. τὸν τοῦ δικαίου M. mg., text. τῶν δικαίων.

Pag. 46, 11. *dignitate sua orbari.* Id praecipue traci poetae nobis egregie ponunt ante oculos, dum heroas et eroinas sua infortunia tristissimamque, et beatae quondam : felici longe disparem conditionem deplorantes inducunt. xempla multa suppeditabit unus Euripides. Nec tam iundum est, ex afflicto ac perdito beatum, quam acerbum : luctuosum, ex beato miserum et calamitosum evadere. eneca de tranquillitate animi, cap. 8.: *Tolerabilius est, faliusque non acquirere, quam amittere. Ideoque laetiores vides, quos nunquam fortuna respexit, quam quos deseruit.* PONTAN.

Pag. 46, 13. *mori, quam servire.* Enumerat Valer. ax. lib. 3. cap. 2. de fortitudine, P. Crassum, qui cum ristonico bellum in Asia gessit, Scipionem, Pompeii socem, Catonem Uticensem. Quibus adde ex Suetonio Othoem. Primus hoste lacessito, ab eo est interfectus, reliqui a manu necem sibi intulerunt, ne servirent. Sed Catonis cinus cum ab aliis, tum etiam a Cicerone laudem invenit. utat enim, cum ei incredibilem tribuisset natura gravitatem, mque ipse perpetua constantia roborasset, semperque in prosito susceptoque consilio permansisset, necem potius sibi consciscere, quam tyranni Caesaris vultum aspicere debuisse. 1. : Off. PONTAN.

Pag. 46, 16. *quavis aqua stygia.* Ipsa styge est illis

odioslus; nam et ab odio palus illa fabulosa nomen hab... Impatiens est iniuriae contumeliaeque nobilis animus, ... nobilium illustriumque hominum plerumque etiam nobil...es animi. PONTAN.

Pag. 46, 17. δήσαντες M.

Pag. 47, 8. et 9. ἀμύνεσθαι M.

Pag. 48, 2. *de veteribus quidam et e nostro ov...i-li sapiens.* Salomon est iste, Proverb. cap. 11. et 24. Vid ...es quemadmodum tangat sacras scripturas? Nam *e nostro ov...ili* est ἐκ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς, apud Ioannem cap. 10. Salom...on est ex nostro ovili, quia Deum verum, quem nos agnosc...i-mus et colimus, ipse quoque agnovit et coluit. PONTAN.

Pag. 48, 22. ὁρμηθῶ M. mg. pro ἐξ αὐτοῦ κινηθῶ.

Pag. 48, 23. καθ' ἕνα τρόπον M.

Pag. 49, 1. πάντ' ἐφορῶντα M.

Pag. 49, 5. σφίσιν αὐτοῖς M. mg. pro ἑαυτοῖς.

Pag. 50, 7. ἐχόμενοι M. mg.

Pag. 50, 16. αὐτοῦ M.

Pag. 50, 18. λυσιτελεῖν ἐφθεγξάμεθα, ἐδοκοῦμεν M. qu... o-que, idque restituendum. Vid. Spengel. in Seebod. Bibl. C...it. a. 1829. p. 346.

Pag. 50, 22. κατὰ σοῦ M.

Pag. 50, 23. ποιεῖται M. mg. pro σκοπεῖται.

Pag. 51, 10. μετὰ γνώμην M.

Pag. 52, 6. θυγάτηρ δουκὸς ντὶμ προυζουκῆ. Quis ...e-get hic nomen proprium corruptum esse? Divinet igit...ur lector vocabulum huius principis: nam quod sequitur, n...o-men est provinciae Brunsuicensis, et dicetur lib. 2. cap. ...5. Germanis cum imperatoribus Constantinopolitanis fuisse hosp...i-tium et amicitiam. Haec autem mulier, Irene dicta, sine l...i-beris decessit, de quo infra cap. 40. PONTAN.

Pag. 53, 23. πῶς M. mg. pro ὅπως.

Pag. 54, 3. προσδοκῶντας M. recte.

Pag. 54, 17. διηλέχθη M. Scribe διειλέχθη.

Pag. 54, 21. *Metochites. Erat tum potens apud imp...e-ratorem ac rerum omnium moderator Metochites Theodoru...s, logotheta generalis. Sic autem ab imperatore amabatur, tan...n-tique fiebat, ut nullum eius arcanum ignoraret*, etc. Gregor...as lib. 7. PONTAN.

Pag. 54, 22. ὃς μεσιτεύων μὲν τότε τῇ διοικήσει τῶ...ν βασιλικῶν ἦν, quod *rerum omnium pro imperatore modera...-torem*, seu *vicarium imperatoris* transferri posse non put... Etenim isti μεσάζοντες seu μεσιτεύοντες τοῖς πράγμασι τ...ῦ βασιλέως seu τῆς βασιλίδος, (nam et illa suum μεσίτην ha...-buit, *mediatorem* ad verbum,) videntur non alii fuisse qua...n magistri aulae, *Hoffmeister*, curatores, praefecti et adm...-

istri rerum domus imperatoriae, quos iureconsulti vocant omites rerum privatarum, qui quidem assidui erant apud rincipes, eorum iussa excipientes et exsequentes. *πράγματα* gitur *βασιλικὰ* quae fuerint hoc loco, iam, ut reor, perspiis. PONTAN.

Pag. 55, 11. *laudavit respond. acumen.* Animadverte udari obiter Gregoram propter scite dictum. Lib. 4. reprenditur acerrime, sed a moribus. Ipse tamen Gregoras non emel Cantacuzeni honorifice meminit, ut praefatione ad letorem ostendimus. Quod dicit paulo ante, Gregoram fuisse Ietochitae discipulum, id ipsemet libro 8. testatur his veris: *Nam posteaquam in recens aedificato monasterio Choe me collocavit, maximi fecit et paene in germani filii loco e dilexit: adeo, ut astronomicam disciplinam, quam solus o tempore perfectissime noverat, mihi traderet, nec tantas pes invideret et saepe apud imperatorem ac proceres gloriaetur, me a se heredem doctrinae suae institutum esse.* PONTAN.

Pag. 55, 19. *προσήκουσαν* M. mg.

Pag. 55, 21. *διειλέχθησαν* recte M.

Pag. 55, 22. *ἐδόκουν δὲ λίθους ἕψειν*, *videbantur lapides coquere.* Peccatum est forte a librario et scriptum ψειν pro *εἰπεῖν*. Si non est, tum inanem operam significait: non enim mollescit lapis, dum coquitur: ignibus tamen d calcem redigitur. Sed malo legere *εἰπεῖν*, ut sensus sit, imis dura videbantur loqui, ut est lapis. Itaque et Plautus ulularia: *cerebrum mihi dicta tua excutiunt, soror: lapies loqueris.* PONTAN.

Pag. 56, 10. *vere novo, Nonis April.* Quomodo tam ro novum ver? Graece enim est *ἄρτι δ' ἔαρος ἀρχομένου*. Adultum est potius Nonis Aprilibus. Ita sane secunum coeli cursum. Sed potest tunc novum esse, si tum priium verna tempestas incipiat, quam hoc anno 1601. et sueriore experti sumus, cum Martio mense haud incepisse. Quo pacto aliter locus explicetur, non dispicio. PONTAN.

Pag. 56, 19. *πρός σε* M. quoque. Non opus est correctione.

Pag. 57, 9. *ἑτέρους* M.

Pag. 57, 19. *semet de maligna volunt. sua ulcisci.* It facit senex apud Terentium in Heautontimorumeno: *interea usque illi de me supplicium dabo.* Sed aliam ob causam le, et ob aliam iste. Praeterea ille volens ac prudens, hic ivitus. PONTAN.

Pag. 58, 2. *σοι* M. mg., *σε* textus.

Pag. 59, 14. *τῶν* M. pro *τοῦ* ante *βασιλ.*

Pag. 60, 1. *τοῦ* add. M. mg. ante *βασιλ.*

Pag. 60, 3. *ad Sophiae.* Filio Dei, qui est verbum sapientia Patris, a Constantino primum excitatum est hoc

templum, ut scribit Nicephorus Callistus lib. 7. cap. 49. Laudatur a nostro historico lib. 4. cap. 4., ubi terrae motu quassatum et ex parte collapsum narratur. Procopius de aedificiis Iustiniani: *Totum templum in cineres redactum Iustinianus, quamquam multo post, ita reparavit et expolivit, ut quisquis de priori templo audiverit, is monstrata praesenti venustate, optare possit, illud iam dudum periisse, ut in praesentem faciem mutatum cernat.* Paulo infra: *Exstructa igitur ecclesia est in spectaculum plane pulcherrimum, iis quidem, quibus videre contigit, stupendum: illis vero, qui audiunt, incredibile prorsus.* Lege cetera. In Turcograecia, ubi Constantinopolis capta et vastata describitur, templum hoc verbis istis deploratur: *πῶς κατεδέξατο ἡ ἐπ' ὀνόματι τοῦ θεοῦ λόγου κτισθεῖσα ἁγία Σοφία; ὁ ἐπίγειος οὐρανός; ἡ νέα Σιὼν, ἣν ἔπηξεν ὁ κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος; τὸ καύχημα πάσης τῆς οἰκουμένης; τὸ ἄγαλμα τῶν ἐκκλησιῶν; ἡ ὑπερέχουσα πάντων τῆς γῆς κτισμάτων; ὢ τοῦ θαύματος. ὁ τοῦ θεοῦ περιώνυμος ναὸς ἐγένετο ναὸς τῶν Ἰσμαηλιτῶν τῶν ἀθέων. φρίξον ἥλιε, στέναξον ἡ γῆ καὶ κλονουμένη βόησον, ἀνεξίκακε κύριε, δόξα σοι.* PONTAN.

Pag. 60, 4. *ut in asylo.* *ἄσυλος*, cui necesse non est timere, ne spolietur, ne, quae habet, praeda fiant. Item, quem spoliare nefas est, tutus a violentia, sacrosanctus. Templa porro asyla dicuntur, ex quibus nefas est abstrahi eum, qui ad illa confugit. Servius in 2. Aeneid. vocari putat asylum, quasi asyrum, a non abstrahendo. Multa asyla recenset Alexander ab Alexandro, lib. 3. cap. 20. PONTAN.

Pag. 60, 6. *ἀμνηστία*, id est, iniuriarum offensionumque oblivio. Hoc verbo Athenienses in sedandis discordiis usos affirmat Cicero 1. Philippica. Et Thrasybulus auctore Aemilio Probo legem tulit, reconciliata pace, ne quis anteactarum rerum accusaretur, neve multaretur: eamque illi *legem oblivionis* appellarunt. Sed legem quidem *ἀμνηστίας* appellatam concedit Muretus: verbo autem usos *μὴ μνησικακεῖν*, hoc est, *non esse retinendam iniuriae memoriam*, seu, *animum malevolum ob iniuriam illatam non suscipiendum*, et hoc idem fuisse in lege positum probat Variar. lect. lib. 2. cap. 15. PONTAN.

Pag. 60, 8. *πιστώσεσθαι* M.

Pag. 60, 11. *una urbis porta.* De viginti tribus portis urbis Constantinopolitanae vide Ioannis Leunclavii Pandecten historiae Turcicae, quo libro Annales Sultanorum Othmanidarum seu Osmanidarum illustravit, nobisque ad hasce notas plurimum commodavit: quando bonam partem Turcici imperii peragravit, et curiose, immo vero diligenter accurate-

ae omnia inquisivit. Vide item Petrum Gyllium in Thracico osporo. PONTAN.

Pag. 62, 1. μεγάλου M., et l. 5. bis ἰδεῖν, sed pro alro ἰδεῖν in mg. ἤδη καί.

Pag. 62, 6. οὖν addendum ex M. post μὲν.

Pag. 62, 20. *magni canonis officium.* Ex Triodio odam libro rituali Graecorum de magno canone describeus, quae interpretatus est noster Iacobus Gretserus Notis orationes Patrum de sancta Cruce. *Eodem die (quinta sciet quintae hebdomadis in quadragesima) canimus officium agni canonis. Hunc vere ex omnibus canonibus maximum time et ingeniose composuit et conscripsit sanctus pater noster ndreas, archiepiscopus Cretae cognomento Hierosolymitanus, Damasco oriundus, qui decimo quarto aetatis suae anno ammaticae studia aggressus, et in omni disciplinarum genere obe excultus, Hierosolymam pervenit vitamque monasticam iit, qui sancte et pie vitam peragens, in quieto illo et a rbis remoto vivendi instituto multa quidem cum alia ecclesae Dei fructuosa ingenii sui monumenta reliquit, tum varias ationes et canones, crebrior tamen et copiosior in panegycis orationibus exstitit. Ex multis autem aliis hunc quoque agnum canonem, infinita contritione animique compunctione fertum, elaboravit. Collecta enim in unum universa veteris novi testamenti historia, canticum hoc composuit, ab Adao videlicet usque ad Christi ascensionem apostolorumque raedicationem: quo quidem omnem animam cohortatur, ut a, quae in historia videt esse bona et laudabilia pro viribus ctetur, quae vero mala, fugiat et aversetur, semperque ad eum recurrat per poenitentiam, per lacrymas, per confessioem et per alia huiusmodi Deum placandi eique placendi edia. Quin adeo canon hic canorus est, et in animas tam cile influit, ut et mentem, etsi praeduram, satis emolliat: t ad recipiendum id, quod bonum et honestum est, excitet, ummodo corde contrito et debita cum attentione psallatur. ecit autem hunc canonem eo tempore, quo magnus Sophroius, patriarcha Hierosolymitanus, vitam Mariae Aegyptiacae itteris mandavit, quae et ipsa compunctionis plenissima est, psisque et peccatoribus multum consolationis affert, si modo pravis operibus desistere velint. Lege autem receptum est, t hac die legatur hac de causa. Cum enim sancta quadraesima ad finem tendat, ne homines segniores effecti spiritua- ia certamina negligentius ineant, vitamque sobriam et tempeantem valere iubeant, maximus adest Andreas, qui, velut liptes, per historias magni canonis enumerando insignium irorum virtutem et improborum casum et eversionem, eos, ui laboribus insistunt, alacriores et, ut ita dicam, gene-*

rosiores facit, ut viriliter ea, quae supersunt, capessant. Sanctus vero Sophronius oratione sua sobrios et ipse reddit, et ad Deum excitat, ne corruant, neve desperent, licet aliquibus peccatis irretiti fuerint. Quanta enim sit Dei humanitas et clementia in illos, qui ex toto corde praeteritae vitae noxas relinquere cogitant, narratio de Maria Aegyptiaca abunde docet. Appellatur autem magnus canon, ut forte quispiam dixerit, propter sententiarum pondus et gravitatem, quarum feracissimus est canonis huius auctor, in his componendis praeclare exercitatus. Cumque ceteri canones triginta aut paulo amplius troparia contineant, iste ad ducenta et quinquaginta progreditur, quolibet ex illis ineffabilem stillante dulcedinem et voluptatem. Iure igitur optimo et convenienter sancitum est, ut magnus iste canon et compunctionis plenissimus in magna quadragesima psallatur. Hunc praeclarissimum et maximum canonem et orationem in Mariam (Aegyptiacam) ipsemet pater noster Andreas primus Constantinopolim tulit, quando ab Hierosolymorum patriarcha Theodoro ad sextam synodum subsidio missus est. Tunc enim monasticam vitam adhuc profitens, cum adversus Monothelitas fortiter decertasset, ecclesiae Constantinopolitanae clero adscriptus est, deinceps in eadem diaconus et pupillorum curator et altor constituitur, et non longo post tempore archiepiscopus Cretae ordinatus est. Postea proxime apud locum, qui Hierisus dicitur, cum Mitylenem pervenisset, migravit ad Dominum, cum sedis suae fructum copiosum percepisset. Eius intercessione miserere nostri Deus. Ceterum quinta hebdomas fuit Graecis ea, quae nobis quarta. Nam Graeci auspicantur quadragesimam die lunae post dominicam, quam vocant *τυρινὴν* seu *τυροφάγον*, quae est dominica quinquagesimae apud nos. Et prima quadragesimae hebdomas finitur dominica orthodoxiae seu prima quadragesimae, quae apud nos est *Invocavit*. Si ergo a dominica *τῆς τυροφάγου* numeres hebdomadas usque ad quintam feriam, post quartam dominicam quadragesimae, invenies eam, de qua loquimur, esse quintam, non quartam quadragesimae hebdomadem. Quae omnia liquent ex rituali Graecorum libro, qui Typicon Sabae inscribitur, in quo titulus cap. 35. talis est: *εἴδησις τοῦ τύπου τῆς τετάρτης κυριακῆς τῶν νηστειῶν καὶ τῆς μετ᾽ αὐτὴν ἑβδομάδος.* Est autem haec hebdomas quinta. Subiungitur enim *τῇ δευτέρᾳ τῆς πέμπτης ἑβδομάδος, καὶ εὐθὺς ἀρχόμεθα τοῦ μεγάλου κανόνος.* Et ut rem exemplo illustrem, hoc anno 1600. agunt Graeci, qui fastos Gregorianos sequuntur, festum magni canonis feria quinta post *Laetare*, qui est quintus Aprilis, et quinta hebdomas quadragesimae Graecae, ducto initio a die lunae post dominicam quinquagesimae. Et haec

omnia sunt certissima ex libris ritualibus. Nam Graecorum quadragesima septem hebdomadibus constat, ex sex dumtaxat dominicis. Haec me his ipsis verbis idem Gretserus noster monuit, quibus mecum utaris licet. PONTAN.

Pag. 63, 11. συνδιασκεψάμενος M.

Pag. 63, 20. ἢ μὴ, μὴ ζητεῖν M. recte.

Pag. 64, 4. τοῦ βασιλέως M.

Pag. 64, 15. πρότερον αὐτῷ τὴν γῆν χανεῖν μᾶλλον. Ex Homero, quod expressit Virgilius 4. Aeneid., ubi sic Dido: *Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat.* Quamquam Homerus τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. PONTAN.

Pag. 64, 21. *cum albo calculo.* τὴν νικῶσαν vocat auctor, *vincentem.* Album calculum addere est approbare. Olim enim, calculis in urnam missis, ita ferebantur a iudicibus sententiae, ut albis absolverent, pluribus scilicet, atris damnarent. Quod si aequales numero fuissent, reus nihilo minus liberabatur. Plura Chiliastes. PONTAN.

Pag. 65, 9. αὐτὸς M. et lin. 17. ἡμᾶς et ἡμῶν.

Pag. 66, 22. τελευταῖα M.

Pag. 67, 2. *locum iudicii introgressus.* Quae scribit Gregoras libro octavo cum his, quae paulo ante dicta sunt, quaeque sequuntur, parum consentiunt. Audi, si libet. *Sexta porro hebdomade sanctae quadragesimae imperator, Gerasimo patriarcha et aliis pontificibus, qui in urbe erant, accersitis, nepotem adducit, palam obiurgaturus et moniturus, ut fugae consilium mutaret: quo coram tantis testibus pudefactus, aut in officio esset, aut non sine causa probabili multatus videretur. Ingressus est igitur Andronicus iunior, adductis secum nonnullis, qui occulta arma et pugiones gerebant, nec ipse plane inermis* etc. PONTAN.

Pag. 67, 15. *Qui Canicleo praeerat.* Curopalata: ἐπὶ τοῦ Κανικλείου ἦν ὁ συμπένθερος τοῦ βασιλέως ὀχούμενος. Erat autem Canicleum arx et monasterium Constantinopoli in urbe, cuius praefectura illustris admodum, fuitque alterum palatium Constantinopoli, quod socero imperatoris, si esset, honoris ergo dabatur incolendum. Et is coram imperatore genero vehebatur, nec tenebatur coram eo in pedes procidere et ire pedibus, ut alii omnes, qui in dignitate erant, imperatoris beneficio. Ita scholiastes Curopalatae. PONTAN. ὀχούμενος M.

Pag. 69, 1. τὸ om. M. ante ἐπίταγμα.

Pag. 69, 14. *ex lege, quae iudiciis ipsis dominatur.* Nam iudices secundum leges, non contra leges iudicare debent. Praeterea sicut magistratus dicitur lex loquens, sic et mutus magistratus, qui procul dubio ipsis

etiam magistratibus imperat. Cicero 2. de Off.: *Leges sunt inventae, quae cum omnibus una atque eadem voce loquerentur.* Cum omnibus, inquit, ergo etiam cum iudicibus et magistratibus. PONTAN.

Pag. 69, 15. *quibuscum agebam.* Magnus domesticus et Protostrator, ut patet ex superioribus. PONTAN.

Pag. 69, 21. *ταῖς ἁπάσαις ἑάλων.* Subaudi ψήφοις. Hoc loquendi genus frequentat, de uno loquens, ut perfectam damnationem sententiaeque plenitudinem ἐμφατικῶς exprimat. Nam unus non potest nisi uno calculo, una sententia, unove suffragio damnare aut probare aliquid. Sed potest hoc facere eo sensu atque iudicio et voluntate, ut unus instar omnium videatur. PONTAN.

Pag. 69, 21. *in quam damnatus sum.* Forte *in qua consedi*, ut pro κατεδικάσθην legamus καθήσθην a καθέζομαι. Nam menda istiusmodi huic librario inusitata non sunt, ut totis nimirum syllabis, non tantum litteris simplicibus peccet. PONTAN. κατεδικάσθη M.

Pag. 70, 9. *καὶ σὲ καὶ βουλ.* M.

Pag. 70, 16. ἐπενεχθέντων M. idemque lin. 17. recte προστάξαντος.

Pag. 70, 20. νομίζων M.

Pag. 70, 21. *τὸ σεβάσμιον αὐτοῦ αἷμα.* Mos loquendi spectandus est, non verba singula, aut certe non suis et propriis significatis semper exprimenda singula. Non solemus nos dicere, venerandum, vel augustum sanguinem, cum de Iesu Christi Servatoris nostri sanguine loquimur, quamquam revera venerandus est, ut nihil supra; sed pretiosum appellamus, quod significantius est, quia totum mundum quasi persoluto pretio et eo immenso e diaboli servitute exemit. *Quem in mundi pretium rex effudit gentium* canit ecclesia. PONTAN.

Pag. 72, 4. *πάντα δρᾶν καὶ πάσχειν.* Duobus verbis multa exprimuntur, omnia nempe officia, quae amicus polliceri ac praestare queat, et quibus amplius desiderare quisquam nihil possit. Saepius hac forma loquendi usum reperio. PONTAN.

Pag. 73, 5. καταψεύσωμαι M.

Pag. 73, 22. αὐτὸν M. pro αὑτόν.

Pag. 74, 7. *in catulos.* Omne animal diligit sibi simile, et canis cani, bos bovi, asinus asino pulcherrimus est. Sed maxime unumquodque animal, quantumvis immane ac ferum, diligit catulos suos, ut pro iis etiam propugnet, tantum abest, ut iis noceat. Appositum est illud Ciceronis 2. de Orat.: *Si ferae partus suos diligunt, qua nos caritate erga liberos nostros esse debemus?* Truculentissimae ferae sunt ursae, quae mirum quantum raptis catulis saeviunt, leaenae, tigres, lupae. PONTAN.

Pag. 74, 15. χρήσεσθαι M.

Pag. 74, 18. ὅλῳ ποδί. Proverbium est, *omni*, sive *toto pede*, pro eo, quod est summa vi summoque nisu. Adi Chiliadas. PONTAN.

Pag. 74, 23. καταστήσῃ M. mg.

Pag. 75, 1. δουλείας M. recte.

Pag. 75, 4. ὑμῖν ἔξεστι M.

Pag. 75, 21. κατεφίλει τὰς ὄψεις. Monet me numerus multitudinis, ut de oculis accipiam, tametsi paulo infra dicit πρόσωπον, faciem, osculatum esse; nam ei oculi sunt in facie. Labia, genas, oculos, frontem, collum, osculari mos sit, vario fine, seu diversa de causa. Sed oculos, quod cum sint indices animi, ipsis osculandis animum ipsum contingere sibi viderentur. De osculorum generibus vide Lipsium Elector. lib. 1. cap. 6. et symbolas nostras in illud I. Aeneid. *Cum dabit amplexus, atque oscula dulcia figet.* PONTAN.

Pag. 75, 21. τοῦ ἐγγόνου add. M. mg. post κατεφίλει.

Pag. 76, 4. βασιλείων τε οἴκαδε M.

Pag. 76, 19. καὶ αὐτὸν αὐτὸν M. quoque.

Pag. 77, 4. ἐπιτροπεύσαντι M.

Pag. 77, 5. γένοιτο M.

Pag. 77, 14. ὧν ἐπιτέταγμαι M. mg.

Pag. 77, 15. τάχος M.

Pag. 78, 3. βεβούλευται M. text., supra lineam βεβούληται.

Pag. 78, 11. συναιρουμένους M.

Pag. 78, 21. *pro catastrophe.* Cuiuslibet rei exitus dicitur catastrophe, proverbiali figura. Sumptum a comicis. Fabula enim omnis in tres partes distribuitur, in πρότασιν, ἐπίτασιν, καταστροφήν. Protasis est primus ille tumultus, quasi gliscens. Epitasis fervidissima. Catastrophe subita rerum commutatio. Plura apud Chiliasten. PONTAN.

Pag. 78, 24. ἐγχειρίζει M.

Pag. 79, 4. κωλῦον M.

Pag. 79, 7. χωρεῖν add. M. post πολεμεῖν.

Pag. 80, 6. αὐτῷ M. pro αὐτῷ.

Pag. 80, 18. ἀποστήσεται M. pro ἀποσείσεται.

Pag. 82, 12. *ego me boni alicuius ergo.* Gregoras Andronicum iuniorem egressum, coniuratos circumstetisse ait, indignantes et in eum vociferantes, ut qui sanctissimum iusiurandum violasset ac fidem fregisset. *Quid enim, inquiunt, ad istius iniuriae magnitudinem accedere queat, cum tu per nos formidabilis et invictus omnia ex animi sententia facile confeceris, si nos iugulandos in orci faucibus deserueris?* Tum de recusata legatione a Metochite haec subiungit: *His huiusmodi gestibus et vocibus fractus et pudefactus magnum logothetam ad se venire iussit ab eoque petiit, ut apud avum*

efficeret, ut suae factioni iureiurando impunitatem daret. At ille ne audire quidem sustinens: Tu vero, inquit, non bene tecum actum esse putas, nec immortales Deo gratias agis, quod praeter exspectationem ex orci faucibus ereptus, incolumis et salvus es? An ignoras te et mihi et liberis meis, quoad vixeris, magnam debere gratiam, quod consilium contra te initum averti meo interventu, quodque meo beneficio solem hunc intueris etc. PONTAN.

Pag. 82, 19. τοὺς τοῦ βασιλέως recte M.

Pag. 82, 20. *dominos iurare servis.* Exemplis Logothetam ita sentientem deinceps refellit nepos. Sed Logotheta abutitur nomine servorum, et per contemptum socios Andronici iunioris sic nominat: vere autem subditi erant senioris. Et nepotis exempla non de servis, sed de subditis sunt. Iure Romano dominus servo non iurat, nec servi dominis, quia nec persona servi ulla esse intelligitur iure civili, nec iurando quidquam agit, nisi quae iuret servus, eadem liber iuret post manumissionem. Et hoc est, quod iureconsulti aiunt, servum nullum ius habere. Subditos principibus et principes subditis utiliter iurare, haud dubium est. PONTAN.

Pag. 83, 6. τοὺς τοιούτους M. mg. pro τουτουσὶ τοὺς.

Pag. 83, 11. εἰς M.

Pag. 83, 20. νῦν οἱ αὐτοὶ M.

Pag. 83, 22. ὑμᾶς M.

Pag. 85, 3. *quod illis in locis versari nequeat.* Mirum tam levem recusationis et detrectatae provinciae causam ab homine prudente afferri. Sed idoneam bonus vir non reperiebat. Certum est tamen, nos illa loca natura horrere aversarique, in quibus nos nostrive damno aliquo maiore multati sunt: multo magis, si etiam ibi aut interfecti aut morbo consumpti. PONTAN.

Pag. 85, 23. *Catalanorum.* De origine et nomine Catalanorum vide, quid scribat initio libri quinti historiae Genuensis Petrus Bizarus. Malo autem cum multis *Catalani*, quam cum Graeco *Catelani*: prima, inquam, vocali, quam secunda. PONTAN.

Pag. 86, 16. κελεύσαντος αὐτὸν, καὶ M. mg.

Pag. 86, 24. *magnae hebdomadis.* Magna, propter magna mysteria, quae per dies illos nobis in memoriam cantibus et cerimoniis sacratissimis rediguntur: cruciatus videlicet ac mors Domini nostri Iesu Christi, quibus humanum genus expiatum est. Alexander monachus oratione de inventione sanctae Crucis τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους ἑβδομάδα nominat. PONTAN.

Pag. 88, 6. στρατείας M. supra lineam.

Pag. 88, 14. περὶ τοῦ Βυζάντιον M.

Pag. 88, 21. ἡττωμένων M. supra lineam.
Pag. 89, 7. ἐγγεγραμμένα ὡς δ μὲν M. recte.
Pag. 89, 16. ἔσχηκεν M.
Pag. 89, 18. ἐνάτην M. ubique.
Pag. 89, 19. *indictione.* De indictionibus, qui volet, ›gat Covarruviam variarum resolutionum lib. 1, cap. 10. num. . et 7. PONTAN.

Pag. 89, 20. *anni sexies milles. etc.* Coeptum hoc ›llum ab egressu Constantinopoli Andronici iunioris, qui fuit, t nos annos a Christo nato numeramus, 1321. Quo eodem bierat Michael, eius pater, quamvis Octobri mense obierit: raeci enim annum suum a Septembri inchoabant. Finitum 327. PONTAN.

Pag. 89, 21. νέαν ἑβδομάδα noster vocat, quam quidam βδομάδα διακαινισμοῦ, *hebdomadam renovationis*, id est ebdomadem paschalem, qua resurrectionis Domini memoriam ›limus. Nam Christo in vitam redeunte, renovata et in-'aurata sunt omnia, ut canit Venantius Honorius in carmine : Pascha. In quo declarata rerum renascentium varietate hristo a mortuis resuscitato addit: *Ecce renascentis testatur ·atia mundi, Omnia cum domino dona redisse suo.* PONTAN.

Pag. 89, 22. *porta, quae ad Gyrolimnen appel-ltur. Dum illustris resurrectionis dies illuxisset,* ait Gregoras, *›sperique decreta exsequenda essent, de more petiit et accepit 'aves Gyrolimniae portae: hoc enim propter matutinam vena-›nem facere consueverat. Igitur sub mediam noctem, cunctis ›rmientibus, cum omnibus coniuratis egressus, postridie in ›rgiannis et Cantacuzeni castra pervenit. Hi enim cum lustri apparatu fugam illius Adrianopolin praestolabantur.* ›NTAN. λεγομένην M. quoque, neque mutandum videtur.

Pag. 90, 8. *in loco a se definito.* Quasi illud Aeneae ceret, 2. Aeneid.: *Est urbe egressis tumulus templumque ·tustum Desertae Cereris: iuxtaque antiqua cupressus: Hanc : diverso sedem veniemus in unam.* PONTAN.

Pag. 90, 11. *ad nigrum autem flumen.* Μέλας ›ταμὸς appellabatur propter aquam forsan nigricantem. Grego-.e interpres reddit *Maurum flumen:* nam recentibus Graecis ›ῦρον est nigrum. Sic pontum Euxinum μαυροθάλασσαν ›cant, propter tempestates foedas et nimbos, eosque subi-s, quibus coelum serenum ac placidum tenebris repente ni-·escit: nam aqua est limpidissima. De fluvio autem eadem ›pellationis causa afferri non potest. PONTAN.

Pag. 90, 21. καὶ τῶν κρειττόνων τινὸς τὴν βασιλέως ›ηθέντων ἐπιδημίαν. Vocem hanc κρείττων de Deo di-am, ex Platonis Sophista, Plutarchi Pyrrho, item ex He-odoro ostendit Thesaurus Graecae linguae: crediturque hoc

loquendi genus explicari isto Xenophontis loco, Paediae 8.: *κρείττων τις ἢ κατ' ἄνθρωπον, homine maior, augustior* etc. PONTAN.

Pag. 91, 1. ὑπ' αὐτῷ M.

Pag. 91, 4. περὶ τῆς μάχης M.

Pag. 91, 4. ἐφ' ἑαυτοῦ M.

Pag. 91, 11. διατρίβοι M.

Pag. 91, 12. *in vinculis ad me adductum iri.* Gregoras tradit, ante fugam voluisse eum capere et consilium Gerasimo patriarchae aperuisse. Quod ille ad nepotem deferens, fugae accelerandae auctor ei fuerit. PONTAN.

Pag. 92, 2. *αὐτό φασι δείξει.* Proverbii speciem habet *αὐτὸ δείξει*, quod indicat verbum *φασί.* PONTAN.

Pag. 92, 3. *στρατιάν τινα ἀναλαβόντα* M.

Pag. 92, 9. *vita in hastarum mucronibus suspensa.* Summum conatum et desperationem pugnantium haec, ut videtur, paroemia declarat: quando nimirum dici potest, *Una salus victis nullam sperare salutem.* Quid enim tam facile militi potest excidere, quam quod ab extrema hasta dependet? Sic David perpetuo se in discrimine mortis versari, Saule persequente, significare voluit illis verbis, *anima mea in manibus meis semper.* Nam Hebraeis ponere animam in manibus est exponere se periculo, ut Iudicum 12. et 1. Reg. 28. Portare autem animam in manibus aut habere in manibus accipiunt pro eo, quod est, versari in afflictionibus et de vita periclitari. Plura non ignobilis Theologus Iansenius super adductum psalmi locum. PONTAN.

Pag. 92, 16. δέον M. pro χρεών.

Pag. 93, 8. *sacramentum poposcit.* Gregoras: *Passim sacrosanctum evangelium in palatiis, in viis, in foris circumferri cernens, et populum sacramento adigi, ut a iunioris imperatoris societate recederent et seniori arctioribus obedientiae vinculis adstringerentur.* PONTAN.

Pag. 93, 14. *Romani imperii.* Opes Romani imperii hoc tempore parum florentes fuerunt, tot ei iam regnis, provinciis, urbibus per barbaros ereptis. Ex hac historia colligimus, habuisse adhuc imperatores Constantinopolitanos, quamvis non omnia integra, Thraciam, Macedoniam, Bithyniam occidentalem, Thessaliam, Atticam, Boeotiam, Acarnaniam, insulas Peloponnesum, Lemnum, Thasum, Chium, Lesbum, Principis, Tenedum, Mauriam, sanctum Andream. Passum est autem hoc quantumcunque imperium, in Thracia praesertim, incursiones et latrocinia barbarorum multorum plurima, Turcarum, Scytharum, Triballorum, Moesorum, Albanorum. A Genuensibus item propter Chium et Galatam magna accepit incommoda.

Pag. 93, 16. στρατιὰν ἀξιόμαχον, existimo reddi posse *iustum exercitum:* is enim dignus est, qui cum alio exercitu congrediatur, quoniam viribus ei par videtur. Huic loco illustrando faciunt verba Gregorae: *Quae cum ad hunc modum in urbe imperatrice gererentur, Andronicus iunior, libertate et immunitate in Thraciis pagis et urbibus pronuntiata, statim omnes ad quodvis paratos habuit: statim in armis fuerunt Thraces omnes, pro iuniore imperatore Christopolim usque senem imperatorem cupide invasuri.* PONTAN.

Pag. 93, 18. *tributorum coactores.* Gregoras: *Ac primum passim in provincia vagantibus publicanis et exactoribus inclementer excruciatis, ereptam quam circumferebant pecuniam nulla modestia inter se partiuntur.* PONTAN.

Pag. 93, 22. βασιλέως M.

Pag. 94, 9. *anathema.* Anathema enim seu exsecratio est, quod ait χωρισμὸν ἀπὸ θεοῦ ἐκφωνῆσαι, ad verbum: *separationem a Deo pronuntiare.* In quos enim anathema torquetur, a Deo separantur et Satanae traduntur. Itaque definitio pro eo, quod definitur, posita est. Semper autem potius χωρισμὸν ἀπὸ θεοῦ, quam vel ἀνάθεμα vel ἀναθεματισμὸν nominare gaudet. Vult enim significantius et evidentius loqui, quod Graeci dicunt ἐμφατικώτερον καὶ ἐναργέστερον. PONTAN.

Pag. 94, 14. *Theoleptum.* Elegans huius Theolepti hymnus exstat in Graecorum Horologio, quem in appendicem Simeonis theologi a nobis Latine conversum addidimus. Est autem κατανυκτικὸς, *ad compunctionem pertinens,* ex consideratione ultimi iudicii. Cur legatos mitteret senex, causam refert Gregoras fuisse multitudinem peditum, equitum, sagittariorum, funditorum paene innumerabilem, Byzantium versus proficiscentem, qui primo impetu urbem expugnaturos se rebantur, seditione laborantem, populo inter se discordante. De Theolepto autem, principe legationis, ait: *vir non tantum omnibus virtutibus ornatus et reverendus, sed et singulari prudentia praeditus.* Porro Orestiadem, non Adrianopolim legatos missos, et inter eos fuisse etiam Syrgiannis matrem, quae filium potissimum placaret (erat enim in illo exercitu) eique persuaderet, ne ad moenia urbis accederet etc. PONTAN.

Pag. 94, 14. τὸν τοῦ κοιτῶνος προκαθήμενον. Alius hic videtur a παρακοιμωμένῳ. Vestitum eius explicat Curopalata, dignitatem non item. PONTAN.

Pag. 95, 9. *pro pace legationem obeuntem mori.* Hinc tam diserte et magnifice laudat Serv. Sulpicium Cicero 9. Philipp., qui in legatione ad Antonium obeunda se pro re publica devovit. *Quod si cuiquam iustus honos habitus est in morte legato, in nullo iustior, quam in Servio Sulpicio repe-*

rietur. Ceteri, qui in legatione mortem obierunt, ad incertum vitae periculum sine ullo mortis metu profecti sunt: Servius Sulpicius cum aliqua perveniendi ad M. Antonium spe profectus est, nulla revertendi. Qui cum ita affectus esset, ut, si ad gravem valetudinem labor vitae accessisset, sibi ipse diffideret, non recusavit, quominus vel in extremo spiritu, si quam opem rei publicae ferre posset, experiretur. Itaque non illum vis hiemis, non nives, non longitudo itineris, non asperitas viarum, non morbus ingravescens retardavit: cumque iam ad congressum colloquiumque eius pervenisset, ad quem erat missus, in ipsa cura et meditatione obeundi muneris sui excessit e vita etc. PONTAN.

Pag. 97, 3. κατὰ τὸ Βυζάντιον M.

Pag. 97, 7. *e malo boni quippiam exsistere.* Sententia est haec fortasse: cum ita tumultuari miscereque omnia malum sit, non posse inde quippiam boni exspectari: seu, nihil profuturum, cum mala non dent bona, nisi per accidens, ut loquuntur philosophi. Atque ita merito se illos reprehendere. Mala quidem certe facienda non sunt, ut inde bona eveniant. Effectus enim ex causa mala commendari non solet. PONTAN.

Pag. 97, 20. ὦ add. M. ante βασιλεῦ.

Pag. 98, 6. ἐὰν δὲ μὴ M. et supr. lin. βούλητε.

Pag. 98, 15. ὥστε M. pro εἰς τὸ.

Pag. 99, 9. *unius enim claritas alterius eversio.* Quod senis potentiam et auctoritatem, hostis tui, videbamus, saluti tuae timebamus, et idcirco dabamus illius vel constringendi, vel occidendi, vel etiam fugiendi consilia. Nunc vicissim tua potentia fit illius imbecillitas, tua gloria illius contemptus: idque iure optimo, quia ipse te ad haec coëgit. Hanc istorum et mox sequentium verborum sententiam esse iudico. PONTAN.

Pag. 100, 12. *nobilibus, ducibus omnibus.* Quos supra, initio capitis τοὺς τῶν ταγμάτων ἡγεμόνας, eos hic τοὺς τῆς συγκλήτου appellat. Scire igitur licet, σύγκλητον et συγκλητικοὺς late usurpari a nostro auctore, ut supra ad caput quintum docui. Sicut οἱ ἐν τέλει apud eum idem saepe valet, quod εὐγενεῖς, ἐπιφανέστεροι, ἄριστοι. Quare nec illud semper Latine est senatus, civicus inquam, nec hoc semper habet notionem magistratus, sed saepe primores, proceres, optimates et nobilitatem significat. Interdum cum τῷ συγκλητικοὶ confunditur. PONTAN.

Pag. 100, 19. *et* Caballario.* Huius Caballarii nomen Graece sic positum est, φραμπέριντε τεμπινιόλ. Quid hoc monstri? Tu coniice, si vis. Sunt et alia propria mirabiliter corrupta in hac historia, quod tamen non semper vitio librariorum attribuendum est. PONTAN. φαμπέριντε M.

Pag. 101, 7. *salutem esse, ubi multa sunt consi-a.* Proverb. 11. Trahit hoc noster etiam ad unum, qui epius de iisdem rebus secum consultat. PONTAN.

Pag. 101, 21. *ἀπαντῆσαι* M.

Pag. 103, 2. *πολλοὺς* et *διακειμένους* M. recte.

Pag. 103, 5. *veteribus Graecis.* Quis sit ille vir sa-ens, me latet. Refertur a Gellio hoc adagium his verbis: *ολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.* Quo moneur, vix etiam iis credendum, quae videmus et manibus te-mus: usque adeo futura incerta esse. Simile: inter os et fam. Vide Chiliasten. PONTAN.

Pag. 103, 6. *πολὺ* M. mg.

Pag. 103, 7. *commoda paribus exaequare in-mmodis.* Sensus est, ni fallor: debere duces paratos esse, aequaliter secundam et adversam fortunam ferant. Prope-odum huc valet illud notum, *Qui alteri exitium struit, m scire oportet, sibi quoque paratam pestem, ut participet, rem.* PONTAN.

Pag. 103, 23. *διὰ τὸ ἐν ἐλπίσιν ἡμᾶς εἶναι διαφθα-ήσεσθαι.* Vox *ἐλπὶς*, quemadmodum et *ἐλπίζειν*, ponitur in itio quoque, pro metu scilicet ac timore, ut Latinis *sperare.* st autem sensus ambiguus. Utrum quia ipsi formident nos iterituros, an quia nos formidemus, nos interituros? Ego iorem secutus sum. Quomodo enim auxilia perseverent, si etuant caesum iri, quibus opem ferebant? Valet tamen ea-m ratio in alterum quoque sensum. Nam quid cordi sit ixiliariis, si, quorum sunt auxiliarii, desperent? PONTAN.

Pag. 104, 9. *αὐτοβοεί. Cum ipso clamore.* Hoc nihil t aliud, quam primo impetu, primo incursu, *im ersten sturm:* ıomodo urbes aliquando capiuntur. Ad cuiusque actionis cele-tatem significandam verbum Graecum est idoneum. PONTAN.

Pag. 105, 10. *λέγοιτ' ἂν* M.

Pag. 106, 19. *ὑποδεῖξαι* est in Graeco. Scribendum *τεῖξαι*, *cedere:* rogant enim, ut sibi iusta petentibus mos ratur. PONTAN.

Pag. 108, 3. Non *ἐπιβουλευόντων*, sed *ἐπιβαλόντων* lego. ITAN.

Pag. 108, 12. *ὀλίγῳ* M. Non mutandum.

Pag. 108, 12. *cum quinquaginta equitum mil-bus.* Expresse sic habet Graecus codex, *ἅμα πεντακισμυ-οις ἱππεῦσιν.* Et quamvis subiiciantur, *aut aliquanto pau-oribus*, subiungaturque causa, quia etiam non conscripti se liunxerint, voluntarii videlicet seu volones plurimi, tamen o exiguitate imperii, quae tunc erat, vix est credibile. Rur-m ex tanta defectione ad iuniorem, quantam supra audivi-us, non fit tam incredibile. PONTAN.

Pag. 109, 7. *Eugenia Palaeologa.* Nobilitas, senectus, vitae sanctitas, prudentia in hac femina spectabantur, cum ei legationis munus imponeretur. Fuit ergo Andronici maioris amitina; amitini quippe sunt fratrum et sororum filii. Quod autem infra minoris Andronici *θεῖαν*, id est *amitam* seu *materteram* nominat, hoc utique verum non est, cum nec avi quidem *θεῖα* fuerit. Sed tenendum, hunc auctorem vocibus *θεῖος*, *θεία*, *ἀνεψιὸς*, *ἀνεψιὰ*, uti laxius seu abuti potius ad cognationem etiam minus propinquam indicandam. PONTAN.

Pag. 109, 8. *τῆς* add. M. mg. ante *βασιλέως* et pro *Μιχαὴλ* — *παῖς* legitur ibidem: *ἐν ἄλλῳ· τοῦ πρεσβυτέρου παῖς.*

Pag. 109, 9. *magna domestica.* Utrum quod parentem habuerit magnum domesticum, an quod tali functa esset munere apud imperatricem, quali apud imperatorem magnus domesticus? Uxor quidem non fuit alicuius magni domestici; fuisset enim connubium valde impar. Praeterea monacha dicitur. Sed quo pacto monacha, si aulica? an abutitur voce *monacha* propter pudicitiam vitaeque sanctimoniam, qua instar monachae etiam in palatio clarebat? *Ein Betschwester.* Quid si illud *magna domestica* honorarius tantum titulus fuit sine functione, ut alii multi per id tempus? de quo in explicatione dignitatum ac functionum palatii diximus, post praefat. ad lectorem. PONTAN.

Pag. 109, 10. *βασιλέως αὐτοῦ τοιαῦτα* M.

Pag. 109, 16. *εἰς ἓν τῶν φροντιστηρίων.* Si veriloquium spectes verbi, *φροντιστήριον* locus est cogitationum seu commentationum, id est, ubi cogitationes commentationesque nostras explicamus atque ad audientes proferimus, qualis est, qui ab otio schola dicitur. Iulius Pollux: *καὶ τὰ διδασκαλεῖα οὐ παιδαγωγεῖα μόνον καὶ φωλεοὺς, ἀλλὰ καὶ φροντιστήρια.* Valet etiam monasterium sive coenobium. Suidas: *φροντιστήριον· διατριβὴ ἢ μοναστήριον, ὅπερ οἱ Ἀττικοὶ σεμνεῖον καλοῦσι.* PONTAN.

Pag. 109, 17. *μετὰ* om. M.

Pag. 110, 13. *παρόντος* M.

Pag. 111, 6. *τὴν ἐμὴν θεῖαν.* Non fuit proprie *θεῖα*, id est patris aut matris soror, et Cantacuzenus verbi huius licentia liberior est. Forsitan, cum proprio uti vellet, nec inveniret, vicinum accepit; et id eidem in *ἀνεψιὸν* contingere potuit. Nec, ut verum fatear, Latinum proprium mihi occurrit, quo, inquam, filiam sororis proavi mei appellem, nisi maiorem amitinam velis appellari, quia ipsa soror proavi est maior amita. Ideo cognatam nominavi, in quo errare non potui. Possis etiam consobrinam interpretari; nam hodie latius patet haec vox, nec tantummodo in sororum, aut fratrum sororumque filiis domicilium habet. Infra appellabitur *ἀνεψιά.* PONTAN.

Pag. 111, 9. *tria enim cum sint, quae bellis omnibus finem impon.* Primum horum, sua nimirum in tuto statuere, saepe sine aliis duobus aut altero saltem, non contingit. Non potest saepe rex, aut res pub. esse tuta, nisi hostes vel subiiciat sibi, vel perdat. Suscipienda bella ait 1. Off. M. Tullius ob eam causam, ut sine iniuria in pace vivatur: parta autem victoria conservandos, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt. PONTAN.

Pag. 112, 5. ἂν om. M.

Pag. 112, 19. *si cum advers. armis subegeritis.* Pulcherrima et gravissima vereque imperatoria γνώμη, quales in hac historia complures. *Melior est, qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.* Proverb. 16. Poeta quidam: *Fortior est qui se, quam qui fortissima vincit.* Seneca Natural. Quaest. lib. 3.: *innumerabiles sunt, qui urbes, qui populos habuere in potestate, paucissimi, qui se.* PONTAN.

Pag. 112, 22. *vestroque vos pede metientes.* Sic reddo, quod Graece est μὴ ὑπὲρ τὰ μέτρια φρονεῖν. Est item in illos, qui secundis rebus prosperisque successibus inflantur et intumescunt, aliud adagium, *umbram suam metiri.* Nam cum Philippus Macedo, victis apud Chaeroneam Atheniensibus, arrogantius de se sentiret litterasque ad Archidamum, Agesilai filium, superbe et aspere scriptas dedisset, respondit ille: εἰ μετρήσεις τὴν σαυτοῦ σκιὰν, οὐκ ἂν εὕροις αὐτὴν μείζονα γεγενημένην, ἢ πρὶν νικᾷν. PONTAN.

Pag. 113, 1. τῆς πρὸς βασιλέα M.

Pag. 113, 13. Συργιάννῃ M. recte. Idem ex eodem leg. p. 116, 9.

Pag. 114, 6. δούλωσιν M.

Pag. 114, 7. τῆς σῆς μὲν ἀνεψιᾶς, ἐμῆς δὲ θείας. Necessario propter distinctionem diversis vocibus hic ista duo transferenda sunt, quorum utrumque latius significatum habere supra monuimus. Vere autem Eugenia Andronici maioris amitina fuit, si amitini sunt fratrum et sororum liberi. Michael enim Palaeologus, Andronici pater, idem matris Eugeniae frater, quam, respicientes Andronicum iuniorem, senioris nepotem, consobrinam vocemus licet; aliud enim magis proprium non suppeditat. PONTAN.

Pag. 114, 10. διϊθύνειν M. mg.

Pag. 114, 17. *ut Deo placitum.* Verba sunt Gregorii Nazianzeni in epitaphio Basilii: ταῦτα μὲν οὖν ὅπῃ τῷ θεῷ φίλον ἀγέσθω, cuilibet bono Christiano saepius usurpanda, ut et illa: ἐὰν θεὸς θέλῃ, θεοῦ θέλοντος, σὺν θεῷ, et similia. PONTAN.

Pag. 114, 22. *una, quod meam tibi gratificandi volunt.* Cur secus agere, quam decuisset et voluisset, compul-

sus sit, primam causam esse ait, quod avus erga se affectum paternum exuerit. Sed rem valde civiliter et eleganter proponit, ne avum verbo duriore offendat; et quod obiici de se poterat, ei a principio occurrit, affirmans, sese partes filii boni non omisisse. PONTAN.

Pag. 115, 5. *παρεσχημένων* M.

Pag. 115, 13. *ut ego a Selybria usque Christopolin.* De hac conditione seu pactione Gregoras ita libro octavo: *Tandem inter eos convenit, ut iunior imperator Thraciam, quae a Christopoli usque ad Rhegium et Constantinopolis suburbana pertinet, pro auctoritate obtineret, simulque ea praedia, quae suae factioni assignasset in Macedonia, quorum multa erant, quae singulis multa millia quotannis penderent: senior vero tum Constantinopolin, tum urbes et provincias omnes Macedonicas ultra Christopolin sitas.* PONTAN.

Pag. 115, 18. *usque Epidamnum.* Epidamnus seu Epidamnum, alias Dyrrhachium, urbs Macedoniae versus mare Adrianum, quae Ciceronem exulem excepit eumque officiose humaniterque totis sedecim mensibus tractavit. Stephanus de Urbibus docet, duas esse Epidamnos, alteram in Illyrico, alteram in sinu Ionio. Vocatum porro Dyrrhachium a Romanis, qui nomen ominosum et quasi a damno deductum vitarent. Sic oppidum et coloniam suam Beneventum bene ominandi causa nominarunt, cum antea a Graecis Maleventum diceretur. Sed Dyrrhachus, Herculis ex filia nepos, quod portum urbi adiecerat, iam antea ab se Dyrrhachium appellarat. PONTAN.

Pag. 116, 8. *ἀποκομίσαντα* M.

Ibidem. cubiculi sacri praepositus Apocauchus. Qui ergo senex paulo infra queritur, hominem infimum ad se missum? Respicit ibi ad originem et natales Apocauchi, qui fuerunt obscuri et ignobiles, ut docetur initio libri huius cap. 4. PONTAN.

Pag. 116, 12. *εἰρήνην ἐφ' οἷς* scribend. cum M.

Pag. 116, 17. *ἐτέλει* M. mg.

Pag. 118, 8. *αὐτῶν* M.

Pag. 118, 9. *χρήσασθαι* M. mg., *κεχρῆσθαι* textus.

Pag. 118, 22. *culpa tenetur, etiamsi peccatum non magnum.* Num paradoxon illud Stoicorum insinuat, *ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα, omnia peccata esse aequalia?* de quo Cicero, ut de aliis, disseruit. *Parva, inquis, res est: atqui magna culpa. Nec enim peccata rerum eventu, sed vitiis hominum metienda sunt* etc. Verum ita loquitur, ut, quantum veneretur avum, intelligatur. Quos enim multum reveremur aut diligimus, aut saltem multum revereri ac diligere debemus, eos etiam parum offensos quasi indignis modis violatos dolemus atque irascimur. Nec id immerito. PONTAN.

Pag. 118, 25. ἔλαττον τὸ ἁμάρτημα M.

Pag. 119, 19. ὅτι M. pro ὡς.

Ibidem. *Syrgiannem avo foederatum.* Quaenam causae hunc Syrgiannem impulerint, ut ad seniorem imperatorem a iuniore turpiter descisceret, narrat hunc in modum Gregoras: *Ceterum magnus dux Syrgiannes, rebus non ex sententia succedentibus, (putabat enim, se velut consortem imperii fore et suo arbitratu moderaturum omnia, neque parvum aut magnum quidquam se nesciente actum iri,) cum praeter omnem exspectationem cerneret, imperatoris animum Cantacuzeno, magno domestico, prorsus esse devinctum, dolore atque invidia aestuabat ac moestus secum meditabatur, quomodo ulcisceretur imperatorem, qui eorum, quae verbis ante promisisset, nunc re ipsa nullius meminisset, sed contraria potius omnia faceret: quippe a quo ut unus e multis despiceretur, nec ulli consultationi adhiberetur. Decrevit igitur se ad veterem imperatorem conferre ac brevi tempore omnia consilia, res omnes novitii evertere. Neque enim quidquam ad Deum referebat, sed quo ipse inclinasset, eodem etiam negotia omnia necessario inclinatura putabat.* Pergit deinde docere, quam et seni imperatori et populo Byzantino grata et iucunda illa transitio acciderit. Periit autem misere, ut suo loco dicetur. PONTAN.

Pag. 119, 23. ὄντως M. pro ὅλως.

Pag. 120, 13. *sycophantis.* Olim σῦκα, *ficus*, ex Attica tamquam fructum rarum et ideo carum exportare non licebat. Qui exportantes curiosius et inquirerent et indicarent, eos συκοφάντας nominabant. Postea hoc vocabulum ad eos translatum est, qui amarent accusare alios, seu qui quacumque de causa, etiam levi, aliorum nomina deferrent; ad calumniatores denique: qua voce Andronici minoris et Cantacuzeni criminatores, illius apud avum, huius apud Annam Augustam, creberrime in his libris appellantur. PONTAN.

Pag. 120, 23. τρέπῃ M. pro ἀποτρέπῃ.

Pag. 121, 10. καλῶς ποιῶν, quod Graece interponitur (quodque aliter etiam εὖ ποιήσας dicitur) expressi adverbio *praeclare*, quandoquidem aliud ista non sunt, quam sermo, rei eventum vel factum aliquod approbantis: ac proinde his modis *et merito, et recte, ac bene quidem*, similibusque commode transferuntur. PONTAN.

Pag. 122, 3. *quae meministi, elocuti essetis.* Protostrator imperatorem senem in carcerem trudendum, Syrgiannes occidendum suadebat capite nono. Ab utroque consilio abhorruit iunior Andronicus, cum Cantacuzeno faciens, cuius sententia ad fugam dumtaxat pertinebat. PONTAN.

Pag. 122, 15. πάλιν om. M.

Pag. 122, 18. et 20. Συργιάννῃ M.

Pag. 124, 13. ἀμυνουμένους M. mg.

Pag. 124, 22. ὑπὲρ τῆς πρὸς ὁμοφύλους εἰρήνης. Vox ὁμόφυλοι in hac historia occurrit saepissime, cui haec subiecta vis, *eiusdem tribus, generis, gentis*. Indicare autem vult, Thracas, quicum sint ὁμόφυλοι, non debere propter duos imperatores, quorum pars uni, pars alteri servit, mutuis armis concurrere. Verum quia ista circuitione *cum eiusdem gentis hominibus* semper uti, incommodum, putidum ac fastidiosum foret, cum aliquo modo cives inter se sint, qui in eadem gente procreati sunt, frequenter ὁμοφύλους transferimus *cives*: et nonnunquam vocem Graecam retinemus. Auctor aliquoties etiam bellum hoc ἐμφύλιον, *civile*, et συγγενικὸν, *cognatum* seu *cognatorum*, vocat. Quia igitur civile quodammodo, non dubitavimus etiam interdum *intestinum* reddere. *Gentile bellum* interpretari non conceditur, quia in gente una, cuius plures familiae, bellum gestum significaretur. PONTAN.

Pag. 125, 15. *Didymoticho.* Mentio huius oppidi, inter oppida Thraciae per id tempus celeberrimi, his libris frequentissima. A geminis muris seu moenibus nomen habet. Ad Hebrum flumen situm est. Turcis hodie dicitur mutilate Dimotuc: nec hisce temporibus eius nomen obscurum est, praesertim propter elegantissimos urceolos, qui ab incolis elaborati, cum alia in loca, tum etiam Constantinopolim deportantur. Solent enim ex eis tam ipse Turcarum Sultanus, quam alii magnates aquam haurire. Leunclavius in Pandecte historiae Turcicae. PONTAN.

Pag. 125, 16. *sua quidem cognata.* Etiam hanc θείαν iunioris appellat, quae ex filia sororis Michaelis primi Palaeologi nata fuit. Dat autem nihilo minus feminis Palaeologum nomen honoris causa, tametsi patres Palaeologos non habuerint. PONTAN.

Pag. 125, 17. ἁπάσης καὶ ἀσφαλείας καταλ. M.

Pag. 127, 6. ὑμῖν M. quoque.

Pag. 127, 14. τοῦ καὶ ὄντος M.

Pag. 129, 14. *imperatricem.* Xena vocabatur, rege Armeniorum prognata, pia mulier, sed ambitiosior et quae regnare cuperet, ut audiemus. De hac autem re Gregoras sic: *Postea despota Constantinus statim mari Thessalonicam mittitur, ut Macedoniam gubernaret et Xenam, iunioris imperatoris matrem, Byzantium mitteret.* Et infra: *Ceterum Thessalonicam profectus, Xenam cum omnibus ministris comprehensam, nulla modestia triremi impositam, Byzantium misit. Quo cum illa invita pervenisset, in orientali palatii parte custodiebatur.* PONTAN.

Pag. 129, 21. τὸ M. pro τόν.

Ibidem. προσφῦσα, *adhaerescens ei*, complexa sta-

tuam Mariae virginis. Subit mentem illud ex 2. Aeneid. de Hecuba et filiabus, nocte illa suprema et funestissima: *Aedibus in mediis nudoque sub aetheris axe* etc. Aliter ethnici hoc faciebant, ut calamitate in magna deorum suorum statuas supplicabundi amplecterentur, aliter nos idem sanctorum imaginibus, signis, statuis, reliquiis facimus, cum ad ea genu flectimus, ipsa amplectimur et exosculamur: sicut alia multa exercemus, si non alio modo, alio certe fine ac religione, quam ipsi factitarunt: in quibus frustra ab insipientibus et indoctis mortalibus pro idololatris reprehendimur. PONTAN.

Pag. 130, 2. *pappiae Palaeologo protalagatori.* Vere Palaeologus fuit paterna origine, ut liquebit ex cap. 30. At Andronicus Palaeologus protovestiarius, ut ex cap. 43. constabit, matrem habuit Annam, sororem senioris Andronici Palaeologi, patrem vero Michaelem e Thessaliae ducibus. Ergo honoris ergo, quia maternum genus inde duceret, hoc illi nomen datum, sicut feminis quibusdam, ut Eugeniae Palaeologae et matri ipsius Cantacuzeni Theodorae Palaeologae. PONTAN. πρωταλλαγάτορι M. quoque.

Pag. 132, 7. ὥς τινος τῶν κρειττόνων θαυμαζόμενοι. Non intelligo, quare ad haec interpretanda non optime et pulcherrime quadrent haec M. Tullii ex Pompeiana, de ipso Pompeio, magno imperatore, *quem ut aliquem coelo delapsum intuentur.* Simile est illud eiusdem ad Quintum fratrem, epist. 1. lib. 1.: *Nam Graeci quidem sic te ita viventem intuebuntur, ut quemdam ex annalium memoria, aut etiam de coelo divinum hominem esse in provinciam delapsum putent.* PONTAN.

Pag. 133, 23. πρὸς τὸ τὸν βασιλέα M.

Pag. 134, 12. *algore.* Quia frigidissima regio est Thracia, recte appellatur a Catullo *horrida*, ab Horatio Ode vigesima quinta libri tertii *nive candida.* Quidam ob id ἀνέμων ἐργαστήριον, *ventorum officinam* seu *domicilium* nominarunt. Euripides Hecuba χιονώδη, *nivosam.* De eius frigoribus immensis, multisque militibus eorum vi enectis, libro tertio exponetur. PONTAN.

Pag. 134, 17. τάγμα, ut *cohortem*, quam *legionem* interpretemur potius, res ipsa cogit. Etiam alibi malo cohortem: parvi enim exercitus fuere, quos Andronici et Cantacuzenus duxerunt, nec multas legiones confecerunt. Magna tamen auxilia ab Amurio et Orchane aliquoties venerunt. De cohortibus Romanorum quot militibus constarent, vide Vegetium lib. 2. cap. 5. et 6. et Alexand. ab Alexand. lib. 1. cap. 5. et lib. 6. cap. 13. PONTAN.

Pag. 134, 23. αἵματος ἄπιστόν τι χρῆμα. Propria Graecorum haec elegantia seu elegans hic loquendi modus,

sanguinis incredibilis quaedam res, id est multum seu magna copia sanguinis. Euripid. Phoenissis: φιλόψογον γὰρ χρῆμα θηλειῶν ἔφυ. Herodotus lib. 3.: πολλόν τι χρῆμα τῶν ὀφίων ἐκλέπουσι. Mitto Xenophontem et Aristophanem ita loquentes. Imitatus est Plautus in Amphitruone, cum dixit: *Satin' parva est res voluptatum in vita atque aetate agunda prae quod molestum est?* Graeci dicerent τὸ χρῆμα τῶν ἡδονῶν. Haec a Mureto, lib. 6. Variarum cap. 9. PONTAN.

Pag. 135, 9. τῶν ἑαυτοῦ M.

Pag. 135, 19. *Rhodopes.* Thracia in certas regiones, provincias, praefecturas distributa fuit, ex quibus a monte Rhodope nomen una sortita est, quae novem complexa urbes in duas rursum praefecturas divisa fuit; eae Stenimachi et Zepaenes, a duabus videlicet urbibus de illo numero, appellantur saepius. PONTAN.

Pag. 136, 19. ἐτελεύτα τῆς πέμπτης M.

Pag. 136, 23. ἐπετάχθη M.

Pag. 137, 6. *res eorum ferebant agebantque.* Virg. 2. Aeneid.: *alii rapiunt incensa feruntque Pergama.* Vide quae in eum locum habeant nostrae symbolae. Similia sunt illa in Maniliana: *Atque hoc etiam magis, quam ceteros, quod eiusmodi in provinciam homines cum imperio misimus, ut, etiamsi ab hoste defendant, tamen ipsorum adventus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differat.* PONTAN.

Pag. 137, 15. *pecuniam necessariam de meis comparavi.* Fuit enim ditissimus et pecuniosissimus, ut patebit lib. 3., et nos id ipsum ex eodem libro in vita eius iam docuimus: fecitque in ista beneficentia veri amici officium. PONTAN.

Pag. 137, 17. ἐν δέοντι M. pro ἐνδέον ἔτι.

Pag. 138, 8. *si enim pretium redemptionis animae hominis.* Locus est Prov. 13.: *redemptio animae viri divitiae suae.* Hoc ad animam Theodorae bifariam accommodat, ut vides. PONTAN. λύτρα M.

Pag. 138, 11. τῶν ἱερῶν διδασκόντων λογίων. Sunt, qui etiam vocent τὰ τῶν ἱερῶν γραφῶν βιβλία. Interdum γραφὴ vel γραφαὶ de iisdem, pro ἁγία vel ἱερὰ γραφή, ἅγιαι vel ἱεραὶ γραφαί. Est autem λόγιον responsum divinum, oraculum. *Eloquia* transfert biblicus interpres. PONTAN.

Pag. 138, 18. φείδεσθαι M.

Pag. 140, 1. ὡς εἰς τὴν M.

Pag. 141, 2. ἀποκταθέντος M.

Pag. 141, 11. *crepare magniloqua.* Timidi homines et imbelles, cum longe absunt a periculo, aut se tutos vi-

ent, audacissimi fiunt et Martem crepant. Notavit hos ille ıpiens Aesopus. Nam de superiore loco hoedus lupum raetereuntem conspiciens, eum conviciis liberrime insectaatur. Tum lupus, *Non tu*, inquit, *mihi conviciaris, sed locus*.)NTAN.

Pag. 141, 19. *si sub signis meis militare*. Eaem sententia Dido apud Maronem 1. Aeneid. humanissime ad 'roianos: *Seu vos Hesperiam magnam* etc. PONTAN.

Pag. 142, 12. τοὺς om. M.

Pag. 143, 5. ἀνδρίᾳ μὲν νικήσαντες M.

Pag. 143, 13. ἡμέρας suspicatur Spengel. l. l p. 354. id. p. 509, 2.

Pag. 144, 1. αμα add. M. post ἀμειψόμενος.

Pag. 144, 5. ὑποδέχεσθαι M.

Pag. 144, 12. *qui renidens ad convicia*. Cur non, ım, ut sequitur, pro insanis eos haberet? Etiam Socrates ominem parum sanum sibi conviciantem non magis in iuicium, quam asinum, si calces sibi illisisset, vocandum arbi'abatur. In contemnendis maledictis animi altitudo mire ucet. Unum hoc, quod laudari possit, de Nerone apud Sueınium legi, cap. 39. *Mirum*, inquit, *et vel praecipue meıorabile, nihil eum patientius quam maledicta et convicia ɔminum tulisse, neque in ullos leniorem, quam qui se diis aut carminibus lacessissent, exstitisse*. PONTAN.

Pag. 144, 12. τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλιον, *vinum non ɪbere clavum*, dicebatur proverbio, ut refert Athenaeus lib. 10. brietas namque nihil consulte, nec moderate vel dicere, vel ıcere consuevit, cum per eam ratio, quae sobrios regere tamuam clavus debet, obruatur. Ibidem hoc carmen profertur: ⁾Ἶνος καὶ φρονέοντας ἐς ἀφροσύνην ἀναβάλλει. Plato lib. 1. e Legibus non solum senem, sed etiam temulentum bis uerum fieri affirmat. PONTAN.

Pag. 144, 17. *ad metas speculandas digreditur*. ı Graeco est σκοποὺς, quod quid illic sit, non satis liquet, etimsi *metas* transferas. Fortasse *speculas* appellare debui. PONTAN.

Pag. 144, 19. *militum servitia*. Habuisse milites suos ɜrvos, etiam ex hac historia pluribus locis cognoscitur. Et raut servi, ut equi saginarii, ferendis armis, annona et sarinis, quos ad restituendam disciplinam militarem removerunt '. Scipio Africanus apud Numantiam, Metellus in Africa. 'alerius lib. 7. cap. 7. Frontinus lib. 4. cap. 1. Vide Ioan. ıntonii Valtrini de militia veterum Romanorum lib. 3. cap. 8., uod est de generibus hominum, qui castra sequerentur. PONTAN.

Pag. 144, 20. ἀχθέντες et αὐτοῖς M.

Pag. 146, 10. Νομάδα. Vox Numida Latinis non eos antum populos, qui certam Africae partem, Numidiam vo-

catam, tenuerunt, significat, qui, quod initio pastoritiam vitam colebant, hoc nomen obtinuerunt, verum etiam alios populos, qui pecuarii erant. Ac Numidae vocabulum e Graeco deflexum est; hi enim populi *Νομάδες* dicuntur. Sic etiam Vitruvius Arabes vocat, his verbis: *Item Ioppae in Syria, Arabiaque Numidarum, lacus sunt immani magnitudine.* Nicander: *τῷ μὲν Γεῤῥαῖοι Νομάδες χαλκηρέας αἰχμάς.* Haec Turnebus lib. 1. cap. 27. Iam igitur qua notione hunc Dacum *Νομάδα* nominet, intellexisti. Nomadum saepius faciet mentionem. PONTAN.

Pag. 146, 15. *ψιλοὺς*, qui scilicet praeter gladium aut arcum nihil haberent armorum: hoc enim valet vox Graeca, et *ὁπλίταις ψιλοὶ* opponuntur. Puto autem, hos nec leviter quidem fuisse armatos, sed rem gessisse *stipitibus duris sudibusve praeustis*, ut in 9. Aeneid. pastores Latini contra Troianos advenas. PONTAN.

Pag. 146, 24. *εὐνοίας* M. recte.

Pag. 147, 21. *ἐρωμένου* M.

Pag. 147, 22. *τοιαῦτα* M. mg. pro *τυχεῖν*.

Pag. 148, 16. *εἰς ὀργὴν* M. mg.

Pag. 149, 3. *δὲ* om. M.

Pag. 149, 7. *τὸ τοῦ Χορταΐτου* M. mg.

Pag. 149, 11. *Didymotichum perducunt.* De perductione ista Constantini despotae Thessalonica Didymotichum et causa eius, militum in eum fremitu et carcere, de quibus principio huius capitis, fusius agit Gregoras lib. 8. PONTAN.

Pag. 149, 17. *Laurae.* Omissis Laurae significatis, quae in vitio ponuntur, e quibus unum illo in proverbio, *Samiorum Laurae*, Suidas in hac voce *Laura* docet significare quoque *στενωπὸν*, id est *angiportum*. Videtur ergo idem nomen ad monachorum habitacula seu monasteria translatum fuisse ob vilitatem et angustias aedificii et cellularum. Hinc subdit Suidas: *καὶ λαύρα ἡ στενὴ κατοικία τῶν μοναχῶν.* Et apparet, nomen hoc monasteriis tributum, cum SS. Sabbas et Euthymius floruerunt; crebro enim in illorum historiis occurrit: nec satis scio, an antea usurpatum sit. Vocat quidem Metaphrastes monasteria *lauras* in vita Andronici tomo primo, qui sub Theodosio magno vel paulo post vixit: sed id facit Metaphrastes ex more sui saeculi, non eius, de quo scribit. Sicut autem ex modestia et submissione domicilia sua vocarunt mandras a cavernis et stabulis armentorum, ita fortasse humilitatis causa hoc vocabulum, angustam habitationem denotans, ad suas sedes transtulerunt: et forte ipsa appellatione revocare sibi in memoriam voluerunt illud, *εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης*, *intrate per angustam portam.*

Est enim via in coelum laura, hoc est στενωπός. Haec noster Iacobus Gretserus. PONTAN.

Pag. 149, 17. *in Atho.* Mons hic Macedoniae notissimus e scriptoribus, non semel in hac historia nominatur. Etiam hodie ὄρος ἅγιον dicitur, ubi 23. supersunt monasteria, singula quondam ducentis aut trecentis calogeris habitata (calogeros, id est bonos senes, monachos illos nominat Graecum vulgus) contraque vim praedonum ac piratarum munita. Nunc deminuto licet numero, adhuc eorum est magna ibi copia. A Turcis vocatur Monastir, ut refert Leunclavius. Et quicumque alio venirent huius montis monachi, propter arctiorem disciplinam maioremque opinionem sanctimoniae maiori erant in honore ac pretio. PONTAN.

Pag. 149, 19. χρώμενοι M. mg.

Pag. 149, 22. νέον om. M.

Pag. 150, 14. περὶ ἑαυτοῦ M. et pro ἐπὶ supr. lin. περί.

Pag. 150, 15. πρὸς τὸν βασιλέα M.

Pag. 150, 20. ἀφῃρημένους τὸ γένειον καὶ τὰς τρίχας. Quibus verbis puto rasuram, non attonsionem seu detonsionem, significari. Alibi tamen bis ter verbo περικείρειν utitur et semel περιελεῖν. Quare liceat fortasse transferre *detonsa barba et capillis.* Genus ignominiae, Graecis, ut apparet, usitatum, Romanis minime, quos non delectabat καρηκομοῶντας aut πωγωνιάτας esse, nisi sordidatos et reos; tum enim barbam impexam et squalentem capillumque summittebant. At Graecis id honori fuit, quapropter magni apud eos dedecoris loco habitum, ita deformatum in foro spectandum et irridendum exhiberi. Videtur autem mos admodum antiquus decalvari ludibrii causa. Nam Paralip. 1. cum David legatos misisset ad consolandum Hananem, filium Naas, regis Ammonitarum, ille suorum suasu pueros David decalvavit et rasit. Hinc David praecepit, ut manerent in Hiericho, donec cresceret barba eorum. Quin id apud Hebraeos in luctu fieret, contra quam apud Romanos, multis e locis sacrae scripturae constat. PONTAN.

Pag. 151, 5. *Persas.* Observa, pro Turcis, qui iam tum Asiam minorem obtinebant et in fines Romanos saepe grassabantur, id quod in progressu disces, semper a nostro Persas, nunquam Turcas appellari, ut facit Gregoras. Idque vel propter odium Turcici nominis, vel propter religionis communionem: ambae siquidem gentes, Turcae et Persae, sectae Mahometanae. PONTAN.

Pag. 151, 21. ἦσαν γὰρ φεύγοντες οὐκ ἐν ἐφικτῷ. Cur? quia nimis celeriter fugiebant. Cur tam celeriter? quia multum timebant: timor autem pedibus addit alas, ut magnus vates ait. Ergo sensum commode, ut reor, expressi-

mus, tametsi a verbis discessimus, quod bono et laudabili interpreti saepe faciendum est. Nos si id rarius fecimus, timori nostro, qui primum in hoc curriculum ingredimur, aliquid condonetur. PONTAN.

Pag. 154, 12. *αὐτοὺς τε* M.

Pag. 155, 2. *ἡμῶν* M. mg. pro *ἡμῖν*, et in textu add. *ἡμῖν* post *ἐπιστρατεύσαντες*.

Pag. 155, 6. *αὐτῶν* M. pro *ἴσων*.

Pag. 155, 14. *τῷ* add. M. mg. ante *θεῷ*.

Pag. 155, 18. *βουλευομένοις* M. quoque.

Pag. 157, 4. *δεῖ τὴν εἰρήνην* M.

Pag. 157, 14. *quod enim duabus animantibus.* *Εἰκὼν* et parabola festiva, qua nocumenta subiectorum ex discordiis et bellis principum ac dominorum breviter depinguntur. Animantia magna et robusta accipe, verbi gratia duos tauros, qualium pugnam Virgilius describit lib. 12. PONTAN.

Pag. 157, 20. *διαμείνῃ* M. supra lin.

Pag. 158, 22. *vel cum se laesos putant, ut iniurias ulciscantur.* Causas belli duas ponit, ultionem iniuriae et avaritiam sive cupiditatem bonorum alienorum. Multos etiam bella saepe propter gloriae cupiditatem quaesisse dicit 1. Offic. M. Tullius: *Atque id in magnis animis ingeniisque plerumque contingit, eoque magis, si sunt ad rem militarem apti et cupidi bellorum gerendorum.* Verumtamen cum idem Tullius in hoc ordine eos numeret, qui de imperio decertarunt, ut Carthaginenses et Romani, potest dici, eos avaritiam sive cupiditatem belli causam eamque iniustam habuisse. Praeterea cum idem affirmat, *nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum ante sit et indictum*, videtur divisione parum proba usus. Nam quamvis antea denuntietur et indicatur, potest tamen iniuste indici ac denuntiari. Iustae igitur causae duae hae relinquuntur; vel ut iniurias persequamur; vel ut nostra tueamur. PONTAN.

Pag. 159, 11. *τὸ* om. M.

Pag. 159, 21. *ἐξαπατηθήσεσθαι* M.

Pag. 160, 9. *ἀναγαγόντας* M. et l. 10. *ἐγχειρ. τῷ βασιλεῖ.*

Pag. 160, 14. *ἀποκρινομένων* M.

Pag. 161, 10. *ἑσπερίας* M. supra lin.

Pag. 161, 17. *ἀλλ' αὐτῷ τῶν β.* M.

Pag. 162, 18. *tecum vivere iuxta ac mori non recusem.* Immo recusavit et defecit turpiter, ut videre est libro tertio, quemadmodum et Syrgiannes, de quo supra. Solus ex tribus amicissimis Cantacuzenus in fide perstitit usque ad extremum. *ὦ φίλοι οὐδεὶς φίλος*, aiebat Socrates. PONTAN.

Pag. 164, 13. *αἰτίας* scribendum.

Pag. 164, 22. *stipendia mercenar.* Duplex genus militum: quidam mercenarii, qui non suis stipendiis militabant: alii agros habebant sibi assignatos, in quorum numerum ait se etiam mercenarios retulisse, quamvis eis tantum agri modum non assignarit; sed ad stipendium tantum augendum. Apud Romanos veteranis militibus et ducibus, ne, senectute viribus exhaustis et corpore debilitato, cum uxoribus et liberis egere cogerentur, capti ab hostibus agri distribuebantur, vel aliquot iugera, vel quantum quis uno die circumarare posset. Cum igitur Cremonensium, qui a Cassio et Bruto steterant, agri non sufficerent, Augustus victor Mantuanorum tamquam vicinorum addi iussit, in quibus et agellus Maronis erat. Hinc illud Ecloga 9.: *Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae.* PONTAN.

Pag. 166, 1. *αὐτῆς* M.

Pag. 167, 8. *τοῖς αὐτοῖς τοιούτοις* M.

Pag. 167, 10. *pro familia eius et coniuge.* Cur separat coniugem? an quia reginae in mundum et ornamenta et pedissequarum greges peculiari sumptu egent? Unde etiam iis oppida in hunc usum attributa fuisse legimus. Cic. in Frumentaria: *Solere aiunt barbaros reges Persarum ac Syrorum plures uxores habere: his autem uxoribus civitates attribuere hoc modo: haec civitas mulieri redimiculum praebeat, haec in collum, haec in crines* etc. PONTAN.

Pag. 167, 17. *nepos ab equo desiluit.* Hanc historiam lego apud Gregoram his verbis. *Intra paucos vero dies et ipse cum avo imperatore ante urbis moenia congreditur, sene insidente equo, cum ipse amplius uno stadio ex equo descendisset, ac, quamvis avo multum refragante et vetante, tamen pedes accessit, eiusque equo insidentis et manum et pedem osculatus est. Deinde equo rursus conscenso, eum amplexus est et osculantem parum osculatus: statimque pauca atque obiter collocuti discesserunt, sene in urbem reverso, adolecente vero iuxta aedem sacrosanctae Dei genitricis Pegae castrametato. Ubi dies plures commoratus, interdiu etiam Constantinopolim ingrediebatur et rursus egrediebatur. Tum enim etiam mater eius, partim ob infirmitatem quandam, partim propter carissimi filii consuetudinem ad eandem aedem commorabatur. Ibi cum illa etiam Simonis agebat Cralaena, imperatoris filia, modo e Servia defuncto marito reversa, quae matri ea, quae hinc inde susurrabantur, planius exponebat.* Conferat nostra cum his lector, videbit Gregoram tacuisse, quae ad iunioris Andronici honorem faciebant. PONTAN.

Pag. 168, 3. *ἀντιφιλεῖν.* Ergo filius seu iunior prior osculabatur. Vel pro eo quod dexteram iunior complectere-

tur, senior eius faciem deosculabatur. Ita enim sonant Graeca: etsi Gregoras dicat, ambos inter se osculari solitos: idemque de osculo pedis meminit, ubi tamen noster, sicut de dextera, habet περιπτύσσεσθαι. Sed osculum subaudiendum puto utrobique. Itaque addidi, quo res fieret clarior. PONTAN.

Pag. 168, 5. πλείω M.

Pag. 168, 20. *Hodegetriae templum.* Fuit Constantinopoli monasterium, quod appellabatur μονὴ ὁδηγῶν, *via ducum*, seu *monstratorum*, et in templo eius Deiparae imago celeberrima, quae Deipara idcirco dicta ὁδηγήτρια, non quod viarum dux esset, seu viatoribus praeesset: sed a loco, in quo eius haec imago servabatur. Ad aedem ergo θεομητέρος τῆς ὁδηγητρίας ire, nihil aliud fuit, quam ad templum se conferre, ubi illa quam diximus Mariae imago manebat, quae ab illo monasterio, ὁδηγῶν dicto, nomen hoc accepit. Vide notas Iacobi Gretseri in orationem Germani patriarchae in primam ieiuniorum Dominicam. Templum hoc Pulcheria Augusta, Arcadii filia, aedificavit et in eo imaginem verbi matris Antiochia missam dedicavit, quam D. Lucas suis ipse manibus depinxit, illa adhuc vivente et tabulam ipsam vidente, gratiamque adeo illi formae suae immittente etc. Nicephorus lib. 15. cap. 14. PONTAN.

Pag. 169, 5. συνεσταλμένον M.

Pag. 169, 19. ἐξίσαζε M. quoque.

Pag. 169, 22. διεδέξατο δὲ τὴν M.

Pag. 170, 1. ἀπέστε M. Lege ἀπέστη.

Pag. 170, 4. *Philippopolim.* Urbs haec a nostro describitur lib. 4. cap. 45. Hodie Turcis dicitur Philibe: quam qui a Philippo Macedone, Alexandri patre, conditam cum vulgo existimant, falluntur. Nam Philippi Caesaris opus est, ut aliae complures Thraciae civitates ab imperatoribus fuere conditae, quod ipsa quoque nomina testantur, ut Traianopolis montis Rhodopes, Adrianopolis Haemi montis, ut Arcadiopolis, ut Anastasiopolis. Id expresse scriptum reperi in quodam historiae Graecae libro, cuius et principium et nomen auctoris perierat, cum ceteroqui multa scitu digna contineret: *Philippus imperator urbem in Europa condidit, quam Philippopolim appellavit.* Leunclavius. PONTAN.

Pag. 171, 8. *Syrgiannem in carcerem coniectum.* De scelere, ob quod in vincula traditus fuerit Syrgiannes, Gregoras ad hunc modum. *Syrgiannes imperatorum concordia minime laetus, animo aeger et tristi vultu obambulabat: maxime quod tranquillis rebus nullus eius usus in re publica esse videbatur. Quare in consessibus et circulis et viis libenter cum illis loquebatur, quibus communia negotia incommodarant et imperatoribus convitiabatur, ut a quibus summis affectus e*

set iniuriis, cum adversissimis temporibus nunc huic, nunc illi maximo usui fuisset. Cum autem Asanem Andronicum moerore plenum obambulantem conspexisset, cui tempore dissensionis Peloponnensium Romanorum praetura mandata fuerat, deinde vero per ignominiam a iuniore imperatore depulsus et ad seniorem profectus, nihil eiusmodi impetrarat, quo dolor eius levaretur, quamvis magnis honoribus dignus esset, ut Sebastocratoris et maioribus etiam, cum ob rei militaris usum, quo tum alios superabat, tum ob illustre genus: quibus de causis ad illius amicitiam, quae simili moerore excitabatur, sese adiungit, ut amico fretus, omnia, quae dolor fert, sine ulla dissimulatione eloquitur. Asan vero singulari prudentia tractans virum, verbis haud dissimilibus et ipse imperatoribus maledicebat scilicet, omnia vero, quae a Syrgianne dicebantur, animo recondebat. Eius enim ambitionem prius etiam oderat, tum vero moleste ferebat, eum genero suo Cantacuzeno, magno domestico, qui apud iuniorem imperatorem potentissimus erat et spe subinde bona ipsum solabatur, inimicum esse. Cum autem tota fabula instructa esset, Asan imperatorem avunculum clam adit, et, Nisi Syrgiannem, inquit, imperium affectantem primo quoque tempore in vincula conieceris, primo quoque tempore ab eo occideris. Statim igitur Syrgiannes in vincula coniicitur, domum eius cum omnibus opibus plebs evertit ac diripit: solum aedium cum vineis in ovium pascua convertitur. PONTAN.

Pag. 171, 16. κατηγοροῦσι M.

Pag. 171, 18. παρασχεῖν M. mg.

Pag. 172, 2. ἐνὶ κανόνι M. et l. 13. ἀδελφὸς.

Pag. 173, 7. *cetratorum.* πελταστὰς vocat Graecus: cetratos magis novit Latinitas, quod tamen scuti genus rotundum fuit, ut ex Varrone apud Nonium discimus, cum pelta dimidiatam lunam referret. Verum haec et similia confundi apud auctores, nemo tam parum litteratus est, qui nesciat. Immo enimvero Livius lib. 1. de bello Macedon. idem esse dicit cetram, quod peltam. *Nocte cetratos, quos peltastas vocant, intra bina castra in insidiis abdiderat.* PONTAN.

Pag. 174, 5. *Latinis arcubus, tzangros vocant.* Nomine Latinorum intellige non Graecos, hoc est Italos, sed Gallos, Germanos, et quicumque nimirum ecclesiam Romanam audiunt. Quaeramus ergo ab his, utrum genus quoddam arcus sic appellitent; τζαγγάτορες genus militum pedestrium, quod confertim possunt, quamvis iusto agmine, procedere, a verbo orientali *saga*, quod est copiosum, densum, confertum, quasi dicas spissigrados. Facit hos spatarios Scholiastes Curopalatae et a tzaconibus, id est sagittariis, distinguit; qui tamen, si tzangri sunt arcus, videntur etiam ipsi

fuisse sagittarii, indeque potius, quam ab orientali verbo *saga* nominati. PONTAN.

Pag. 174, 8. *ἐπὶ τὸ κινεῖν* M. et *εἰσελθόντων* add. post *τεταγμένων*.

Pag. 174, 9. *σημείων* M. recte et l. 17. *χωρούντων*.

Pag. 174, 21. *ἐν ταυτῷ* add. M. mg. post *συμμίγνυσθαι*.

Pag. 175, 2. *οὔτε* M. quoque et l. 13. *κομάνων*.

Pag. 175, 3. *διήρχοντο* M.

Pag. 175, 15. *Trinobo*. Tripliciter huius urbis nomen scriptum reperio, Trinobus, Ternobus, Tornobus. Nicetas omnium Haemi urbium munitissimam et praestantissimam, firmis circumdatam moenibus, amne interceptam, in vertice montis aedificatam scribit lib. 1. Gregoras lib. 3. Bulgarorum regiam facit. PONTAN. *τίρνοβον* M. text., *τρίνοβ.* mg.

Pag. 175, 17. *οὐγκροβλάχων* M.

Pag. 177, 18. *fungos*. Duplex fungorum genus docet esse Dioscorides lib. 4. cap. 83. edules aut exitiosos ac perniciales. Tales evadere multis de causis. Innocentiores quique veneno imbuti non sunt, iucundi saporis esse et conciliare gratiam iuribus. Verumtamen et hos largius sumptos nocere: quippe qui aegre concocti strangulent aut cholerae morbum adducant. Deinde remedia enumerat nitri et olei aut lixivii cum acida muria potum haustumve thymbrae decoctae origanive iusculum. Item fimum gallinaceum ex aceto potum, aut ex copioso melle delinctum. Porro qui fungi in alimentis locum habent, aegre quoque dissolvuntur: quin et integri, ut plurimum, una cum recrementis alvi reiiciuntur. Hactenus Dioscorides. Apud Athenaeum item lib. 2. signa traduntur, quibus esculenta fungorum genera a venenatis internoscantur. Praeterea horum remedia. *Noxii erunt fungi*, inquit Plinius lib. 22. cap. 23. *qui in coquendo duriores fiunt*, *innocentiores*, *qui nitro addito coquuntur, si utique percoquantur. Tutiores fient cum carne cocti, aut cum pediculo piri. Prosunt et pira confestim sumpta.* Galen. de alim. facult. lib. 2. cap. 69. alimentum ex fungis docet esse pituitosum et frigidum pravique succi, si quis largius eo utatur. Large autem usum Boesilam, vel potius venenatum aliquod genus fungorum comedisse probabile est. PONTAN. *μήκητας* M.

Pag. 177, 19. *καταςχεθείη* M.

Pag. 178, 1. *τῶν* M. pro *τὸν*.

Pag. 179, 20. *pede terram feriens*. Indignantium gestus. Cic. Tuscul. 2. de Cleanthe Stoico, qui Heracleoten Dionysium aeque Stoicum a disciplina Zenonis idcirco defecisse audiens, quia malus esset dolor, contra quam Zeno docuisset; malus autem, quia ipse, qui plurimos annos in philosophia consumpsisset, eum ferre non potuisset; pede terram percu-

iens, versum ex Epigonis protulit: *audisne haec Amphiaraë sub terram abdite?* Zenonem significabat, a quo illum legenerare dolebat. Idem 1. de Orat. *Quid multa? Pedem emo in illo iudicio supplosit.* Laudatur a Cornificio lib. 3. ara supplosio pedis in oratore. Quintil. lib. 11. cap. 3. pedis upplosio, ut loco est opportuna, ut ait Cicero in Bruto, in ontentionibus incipiendis aut finiendis; ita crebra et inepti st hominis et desinit iudicem in se convertere. PONTAN.

Pag. 180, 13. *καθῆσθαι*, idem est Graecis, quod nobis *edere*, vel potius idem nobis est *sedere*, quod illis *καθῆσθαι*, pro negligentem, pigrum, cunctantem, remissum esse a aliquo negotio, nihil agere. Demosthenes 1. Olynthiaca biurgans Athenienses de segnitie, qui se a Philippo cingi ndique non viderent, nec tanto malo remedium quaererent: *αἱ κύκλῳ πανταχοῦ μέλλοντας ὑμᾶς καὶ καθημένους περιτοιχίζεται.* Cic. in Pisonem: *an potest ulla esse excusatio, on dicam male sentienti, sed sedenti, sed cunctanti, dormienti in maximo rei publicae motu consuli?* Virgilius 3. Georg. *t meliora Deos sedet omina poscens.* PONTAN.

Pag. 181, 2. *pro laedentis persona.* Honori est quodammodo a potentioribus et illustrioribus accipere iniuriam, sicut interfici quoque a viris fortibus et inclytis: videmur enim unc nos quoque in aliquo pretio esse, sine quibus maiores nobis, quae velint, consequi non possint. Sed laedi a contemptis et abiectis ideo dolet amplius, quia cum iniuria ad nos quoque contemptus pervenit, utpote qui despecti fuerimus a vilissimis PONTAN.

Pag. 182, 24. *ἡμεῖς* M.

Pag. 183, 19. *καὶ* om. M. et l. 22. add. *καὶ* ante *καλὰ*.

Pag. 184, 24. *ἔξεσται* M.

Pag. 185, 23. *ἀδήλως* om. M.

Pag. 186, 21. *συστρατευσόμενοι* M. mg.

Pag. 187, 8. *συναθροιζομένης* M.

Pag. 188, 3. *πλήθει μὲν ἀναριθμ.* M.

Pag. 188, 12. *dignum decertatione.* Apud Curopalam ita scriptum est: *καὶ ἐπειδὴ ὁ μὲν Ἀλέξανδρος τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς ἦν, ἡ δὲ Μακεδονία ὑπὸ τὴν τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων χεῖρα εὑρίσκεται, τὰ μὲν ἑῷα ἔθνη διδόασι μεγάλην τιμὴν τῷ βασιλεῖ, ὡς διαδόχῳ πατρικοῦ σοπητίου τοῦ Ἀλεξάνδρου, τὰ δ' αὖ ἑσπέρια ὡς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου διαδόχῳ.* Ex his puto huic loco lucem factam. Pro formosis quidem uxoribus certatum esse constat. Et Assyrii, conspecto Iudithae adeo praestanti corpore, aiunt Holoferni, cui iam sistebant: *Quis contemnat populum Hebraeorum, qui tam decoras mulieres habent, ut non pro his merito pugnare contra eos debeamus?* Iudith. c. 10. Quod ad filias sive neptes im-

peratorum Constantinopolitanorum barbaris principibus desponsas attinet, potest id multis exemplis probari. Pauca apponam. Theophilus Alexio Masoli Armenio filiam nuptam dedit. Michael Paphlago Pancratio, Abasgiae principi, neptem. Zonaras 3. Annal. Similiter neptem Alexius Comnenus Ibano barbaro. Nicetas lib. 3. cap. 2. Idem in Balduino testatur Eudociam, Alexii filiam, Stephano, Triballorum principi, nupsisse. De Simonide, Andronici senioris filia, a Stephano Crale, Triballorum principe, ducta iam audisti. Ipsemet Andronicus minor filiam Mariam dabit regi Moesorum, ut lib. 2. narrabitur. Huius affinitatis coniungendae causa metus fuit, quod nec Cantacuzenus dissimulat: quam ob causam et ipse Theodoram filiam Orchani Turcarum principi coniunxit. PONTAN.

Pag. 189, 6. ἐκ τῶν αὐτῶν Σκυθῶν M.

Pag. 190, 7. *et alii iuxta tendebant.* Apud Romanos praeter milites alia multa hominum genera legebantur, qui vel militiam honestarent, vel militibus ministrarent, ut armorum machinarumque opifices et fabri, accensi, cornicines, tubicines etc., sequebantur item agasones, muliones, calones, lixae et reliqui militum ministri. PONTAN.

Pag. 191, 6. εὐρεθοῖεν M.

Pag. 191, 17. συνέχαιρον M. mg.

Pag. 191, 20. *ad Tuntzam fluvium.* In Graeco est ντζὰν, corrupte utique, pro τοῦντζαν, et is fluvius Matitzam sive Mariscam, olim Hebrum, illabitur. In Romaniae sive Thraciae tabula tertii additamenti theatri Orteliani describitur. PONTAN. τὴν λεγομένην M. supr. lin.

Pag. 193, 1. *neque ipsos esse, neque hac de re.* Quid? mentiturne imperator? Sed quia Adrianopoli milites novi accesserant, ex parte verum est: illi enim pugnae haud affuerunt. Tamen audierunt. Quo igitur artificio imperatorem a mendacii culpa excusabimus? An barbaris non est servanda fides, nec dicenda veritas? *dolus an virtus, quis in hoste requirat?* Vide quid in eumdem locum in symbolis Virgilianis attulerimus 2. Aeneid. PONTAN.

Pag. 193, 24. *nulla relicta sobole.* Peperit tamen, sed ὀκταμηναῖον, qui statim obiit: supra cap. 24. PONTAN.

Pag. 194, 2. τῆς ἐς M.

Pag. 194, 14. δὲ M. mg.

Pag. 194, 19. δόξειεν M.

Pag. 194, 21. *Latinorum lingua Conton.* Latinam linguam hic intellige Italicam, sicut Italos et alios populos praeter Graecos, Latinos. Nam Latinos vocabant populos omnes ad imperium et ecclesiam Romae veteris pertinentes, quod et antea monui, cum sibi appellationem Romanorum tamquam propriam peculiaremque vindicarent. *Conto* ex co

mes, vox Italorum est. Principes autem Sabaudiae tum comites dicti sunt. Vide Lamberti Vanderburbii Sabaudorum ducum principumque gentilitiam historiam. PONTAN.

Pag. 194,22. *filio filiaque superstitibus e vita migrasse.* Hic fuit Amadeus IV., qui ex secunda uxore, Maria Brabanta, Ioannis, Brabantiae ducis eius nominis primi, filia, sustulit feminas quinque, Mariam, Catharinam, Ioannam seu Ianam, (quam Andronicus iunior duxit et Annam appellavit, teste Gregora,) Beatricem, Blancam. Ex priore autem, Sibylla Bressana, praeter quatuor filias, Eleonoram, Margaretam, Agnem, Bonam, filios tres, Eduardum, Amadeum, Ioannem. Mirum vero, e tot liberis omnes tum praeter marem unum et unam feminam fuisse mortuos. Certe infra in nuptiis Ioannae nullius fit mentio. PONTAN.

Pag. 195,4. *Ioannes de Tzeplet.* Ntzuiam ex Italico Giovan corruptum ex corrupto, mutavi in Ioannes, hoc enim verum eius nomen fuit. Invenio et alia similiter ex Italicis iam e Latino depravatis, a recentioribus Graecis magis depravata, quae qualia primum fuerint, coniicere non semper potui. Tzeplet loci nomen est, fortassis in Cypro. Exempla propriorum, ut apparet, corruptorum sunt Mpenetus, pro quo scribo Benedictus. Nam recentes Graeci *b* mutant in *p*, et praeponunt *m*: ex Benedetto igitur Italico faciunt Mpenetus. Quid sint Mpogdamus, Mpelaoxus, Mpratilus, Mpozices, Mpovii, nescio. Sic amant et in aliis consonantes *n*, *t*, *z* praeponere: Ntzuan, Ntuardus (puto rectum esse Eduardus,) Tzephraetis. PONTAN. *ντζουϊάντε* M. Idem nomen scribitur p. 484. *ντζουὰν*, p. 490. *ντζιουὰν*, ubi tamen M. *ντζουὰν*, p. 493. *ντζιωὰν*.

Pag. 195,6. *in Sabaudiam. Hoc tempore*, inquit Gregoras, *cum Alemanna Irene, iunioris imperatoris uxor, absque liberis decessisset, alteram e Longobardia accersit.* Quam falsum! Lombardia et Sabaudia differunt. PONTAN.

Pag. 195,7. *ὡς* add. M. ante *εἰ μή*.

Pag. 196,9. *φεβρουαρίου* M.

Pag. 196,10. *ab avo in aede Sophiae. Accidit autem, ut utroque imperatore ea de causa* (ob coronationem) *in magnum divini Verbi Sapientiae templum abeunti, senior lapso equo in caeno ex pluvia collecto concideret.* Gregoras. PONTAN.

Pag. 195,11. *πρέσβεις* M.

Pag. 196,11. *imperatoria initiatio tali modo.* Scripsit etiam Curopalata de coronatione imperatoris, sumpsitque ad verbum pleraque ex Cantacuzeno. Vixit enim illo posterior, nempe sub Manuele, Andronici iunioris nepote. Ex quo nonnulla ad haec nostra illustranda petemus. PONTAN.

Pag. 196,18. *super scutum elevato.* Quomodo exercitus Romanus quempiam imperatorem salutans, ei supra scu-

tum sublato fauste acclamaret, aliquot e locis historicorum est discere. Carolus Sigonius lib. 6. de imperio occident., ubi de Iuliano agit: „inde clamantibus universis, (proceribus militum,) ut Augustus esset, assentire coactus est, impositusque scuto pedestri, et in altum sublatus, populo silente, Augustus renuntiatus" etc. Zonaras 3. Annal. in Iustiniano, ubi agit de seditione populari, orta Constantinopoli: „deinde in foro discursantes, de alio imperatore creando deliberarunt. Et quidam imperatoris Anastasii cognatum Hypatium nacti, partim invitum, partim etiam persuasum, in M. Constantini forum adducunt, atque clypeo in sublime elatum, imperatorem consalutant, et occupato curriculi equestris theatro, faustis ominibus prosequuntur." Satis hinc patet, morem fuisse hac caerimonia creandi imperatores, in quo populus hic exercitum est imitatus. PONTAN.

Pag. 197, 2. *acclamationem.* Ponam exemplum acclamationum militarium in creando imperatore. Capitolinus postquam narravit, quemadmodum Macrinus imperator senex filium Diadumenum militibus commendasset et sibi successorem nominasset, *acclamatum,* inquit, *Macrine imperator, dii te servent. Antonine Diadumene, dii te servent. Iupiter optimus maximus Antonino vitam. Antoninum habemus, omnia habemus. Antoninum nobis dii dederunt. Antoninus dignus imperio.* Monet autem Brissonius lib. formularum, hanc acclamationem, *dii te servent,* militibus cum populo et senatu communem fuisse. Lib. 12. Cod. leg. 1. de Veteran. imperator Constantinus, cum introisset principia, et salutatus esset a praefectis et tribunis et viris eminentissimis, acclamatum est: *Auguste Constantine, Deus te nobis servet: vestra salus, nostra salus: vere dicimus, iurati dicimus.* PONTAN.

Pag. 197, 5. *purpura et diademate.* Curopalata: ἐνδύουσι τὸν σάκκον, *induitur sago.* PONTAN.

Pag. 197, 7. περιτίθεσθαι M. mg.

Pag. 197, 9. *sancta missa.* Graeci sacrificium missae vocant μυσταγωγίαν, λειτουργίαν, τελετὴν, ἱεροτελεστείαν, προσφορὰν, θυσίαν, et cum adiuncto, ἀναίμακτον θυσίαν, ἱερὸν καὶ φρικῶδες μυστήριον, ἀγάπην, σύναξιν, εὐχαριστίαν. Unde autem missae vocabulum fluxerit, plurimi adhuc ignorant. Post lectum evangelium, levita catechumenos exire e templo iubebat clara voce. Testis Isidorus etymolog. lib. 6. cap. 16. *Missa,* inquit, *tempore sacrificii est, quando catechumeni foras mittuntur, clamante levita, si quis catechumenus remansit, exeat foras: et inde missa, quia sacramentis altaris interesse non possunt, qui nondum regenerati noscuntur.* Dionysius quoque libro de eccles. hierarch. post Psalmorum cantus et sacrae scripturae lectionem ait, ἔξω γίγνεσθαι τῆς

ἱερᾶς περιοχῆς τοὺς κατηχουμένους. Ergo a missione catechumenorum missa dici coepta est. PONTAN.

Pag. 197, 11. *velis sericis rubris.* Curopalata: *καὶ ἐνδύουσι ταύτην πάντοθεν διὰ βλατίων ἐρυθρῶν*, *quam undequaque induunt bracteis rubris.* Quid sibi nomine bractearum velit, haud assequor. PONTAN.

Pag. 197, 17. *quae prius coronatae.* Imperatoris mater fert *τὸ ἑαυτῆς στέμμα*, suam coronam imperatoriam; nova autem regina nondum coronata sertum gestat, *φοροῦσα στέφανον*, ut habet Curopalata. Cogit quippe sententia ipsa, hic inter *στέμμα* et *στέφανον* discrimen facere. Nam quae corona insignienda erat, eam, antequam coronaretur, ferre utique non poterat. PONTAN.

Pag. 197, 19. *divinus trisagii hymnus.* Quem nos in missa nostra *sanctus* appellamus: quod cum tertio recitetur, canteturve, (quemadmodum ab angelis in coelo factum propheta Isaias audivit,) in honorem trium sanctissimarum divinitatis personarum, merito *ὕμνος τρισαγίου*, *hymnus ter sancti*, dicitur. In liturgiis divorum Basilii et Chrysostomi *τὸ χερουβικὸν* et *ὕμνος χερουβικὸς* vocatur. Est et aliud *τρισάγιον* sive alius hymnus *τρισάγιος*, nempe hic *ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς*, de quo Nicephorus lib. 14. cap. 46. ac de hoc forsitan verba auctoris accipienda sunt. PONTAN.

Pag. 197, 19. *ambonem.* Ambonem quidam eruditus putat fuisse *portircham*, id est templi partem editam, quales columnis suffultae aut parietibus affixae, vel in adytorum vestibulo in altum exstructae, hominibus recipiendis in templis visuntur. Maius igitur, longius et latius quiddam erit, quam suggestus. Verum optime describitur ab Onuphrio, libello, quo voces quasdam ecclesiasticas obscuras interpretatus est. *Ambo*, inquit, *dicitur suggestus, seu pulpitum marmoreum, ex quo lector seu diaconus lectionem seu evangelium recitabat. Quos multos et magnos et pulcherrimis tabulis marmoreis ornatos per urbis ecclesias, et praesertim apud sanctum Paulum videmus: quem locum Cyprianus libro* 3. *epist.* 5. *honoris causa tribunal quoddam ecclesiae appellavit. Ab ambiendo dictum volunt, quod locus ille utrimque gradibus ambiatur. Nam in quibusdam ecclesiis duo graduum ordines visuntur, unus a sinistris, quo fit ascensus versus orientem, alter a dextris, occidentem spectans, quo fit descensus. In quibusdam vero aliis ecclesiis diaconus una, subdiaconus altera in pulpitum seu ambonem conscendit.* Est ergo vox Graeca *ἄμβων*, *ἄμβωνος*, quae inter cetera significat ascensum et locum editum, a verbo *ἀναβαίνω*, quod est ascendo. Cap. 15. concilii Laodicensis, quod Graece est, *τῶν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων*, Latine legitur, *qui pulpitum ascendunt.* PONTAN.

Pag. 197, 20. *ex adytis grediens.* Curopalata: ἐξερχόμενος ὁ πατριάρχης τοῦ βήματος. Interpres: *exiens patriarcha e solio suo.* Refutat hunc Cantacuzenus, qui adyta appellat. Ecclesia Graecorum in quinque partes dividitur. Prima pars dicitur ἅγιον βῆμα, *sanctum tabernaculum*, quod gradibus in eam scandatur, ubi duo sunt altaria: maius in medio, quod appellatur θυσιαστήριον, *sacra mensa*, *sancta sanctorum*, *locus Dei requietis*, *cathedra*, *propitiatorium*, *magni sacrificii officina*, *Christi monumentum et eius gloriae tabernaculum.* Minus altare, in quo sacerdos sacra praeparat, dicitur πρόθεσις, quasi *propositio*, quod panis consecrandus in eo primum ponatur. Secunda pars templi dicitur ἱερατεῖον, *chorus*, locus clero et cantoribus deputatus. Ubi tabulatum, duo habens ostia et vela utrique ostio oppansa. Tertia pars ἄμβων, *pulpitum*, ubi recitantur evangelia et epistolae et verba fiunt ad populum. Unde εὐχὴ ὀπισθάμβωνος, *oratio pone ambonem* seu *suggestum.* Quarta pars ναός, *templum* seu *navis ecclesiae*, ubi populus orat, in qua viri a mulieribus seiuncti sunt per tabulata. Quinta est *baptisterium*, prope πρόναον, prope *vestibulum templi*, ubi haerent poenitentes. Haec Genebrardus in Liturgicis. PONTAN.

Pag. 198, 8. ταῖς κεφαλαῖς M.

Pag. 198, 15. *super mensam sacram.* Super θυσιαστήριον, ut supra. PONTAN.

Pag. 198, 22. *versus soleam.* Seu *versus soleum.* Latina vox, partem interiorem templi, quae solem orientem spectat, significans, inquit Scholiastes Curopalatae. PONTAN.

Pag. 199, 6. *paratam illi coronam.* Curopalata: οὐχ ὅμοιον τῷ τοῦ βασιλέως, ἀλλ' ἑτερόν τι σχῆμα προητοιμασμένον ὕπαρχον. PONTAN.

Pag. 199, 23. *processio* etc. Totum hoc, et quae sequuntur, περιφραστικῶς declarant, quid sit, quae in missa Graecorum dicebatur μεγάλη εἴσοδος, quod ad verbum *magnus ingressus* interpretari nolui, ne lector haereret, et tamen quod tot verbis per circuitionem explicaretur, in contextu apponendum duxi. Haec autem supplicatio, seu iste circuitus, *der Umbgang*, in ipso templo in quavis liturgia, lecto evangelio et dimissis catechumenis peragebatur, ut ex Nicolao Cabasila in exposit. Liturgiae cap. 23. et 24. liquet. A prothesi initium procedendi erat. Omnia enim circa sacra mysteria peragunt Graeci in prothesi. Sic altare minus vocant, ex quo panem ad consecrationem destinatum et alia sacerdos et diaconus accipientes, templum circumeunt, adiuncto toto ministerio ecclesiastico, cui etiam adiungebatur imperator coronandus, tenens locum τοῦ δεσπότου, ut inquit Cantacuzenus. Et haec processio vocabatur μεγάλη εἴσοδος, eo quod

ona in sacrificio offerenda, panis scilicet et vinum, infer-
entur ad sancta sanctorum, seu ad altare summum et prin-
pale, in quo sacrificium missae peragebatur, et eucharistia
onficiebatur. Itaque μεγάλη dicitur respectu altaris, ad quod
ona perferebantur, quia erat μέγα, *primarium*, et ipsi sacri-
cio proprie destinatum. Et fortassis habetur etiam respectus
l εἴσοδον πρὸς τὴν πρόθεσιν, quae minor dici poterat, ob
ltare minus augustum, et religione venerandum. Etsi haec εἴσο-
ος non fiebat templo prius undequaque obito. Et videtur haec
ppellatio talis, qualis apud nos appellatio canonis minoris et ma-
ris. Haec Gretserus noster, quae tecum communico. PONTAN.

Pag. 200, 5. μανδύαν. Genus Persicum vestis non solum
ilitaris, verum etiam in foro et pace usitatae, ex eo di-
um, quod corpori coniunctum, pressum, non autem laxum,
ei admensum esset. A Latinis penulam appellari putat Tur-
eb. lib. 25. cap. 17. Nam quod Dio scribit in Commodo,
ιὶ ἐν ταῖς μανδύαις εἰς τὸ θέατρον εἰσελθεῖν, Lampridius
ribit, *penulatos iussit spectatores, non togatos ad munus con-
nire.* Quamquam a Graecis etiam φαινόλη usurpatur. PONTAN.

Pag. 200, 9. *deputatus.* Curopalata in ecclesiasticis
unc ordinem ponit, apud quem scriptum est διποτάτος, apud
ostrum autem δεποτάτος. Scholiastes, quoniam Chartulario
iungatur, ἀντιγραφέα et ex Budaeo *contrarotulatorem* in-
rpretatur, quem vide. Δεποτάτος et δαιποτάτος in militia
uid sint, habes in Glossario Rigaltii. PONTAN.

Pag. 200, 16. *ad soleam.* Nomine soleae hic videtur cho-
us accipiendus, qui proxime cum tabernaculo iungitur. PONTAN.

Pag. 200, 18. *ad sanctas fores.* Quae nimirum ad
bernaculum et ad praecipuam templi partem ducunt. PONTAN.

Pag. 200, 19. κυγκλίσιν M. quoque.

Pag. 201, 1. τὸ λεγόμενον μαφόριον. Scribendum uti-
ue ὠμοφόριον, de quo ita est in libro, qui ἄνθος inscribi-
r, et Graeco vulgari compositus est: τὸ ὠμόφορον ὅπερ
ιστᾷ ὁ ἀρχιερεὺς εἰς τὸν ὦμον οὗ δηλοῖ τὸ πρόβατον τὸ
πλανημένον, ὅπου ὁ Χριστὸς ἐκέρδησεν, καὶ ἔβαλετο ἐπὶ
ν ὦμον αὐτοῦ, καὶ ὑπῆρετο εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον. καὶ
ὰ τοῦτο ἔναι τὸ ὠμόφορον ἀπὸ τοῦ μαλλοῦ τοῦ προβάτου
νάμενον, εἰς τύπον τοῦ προβάτου τοῦ πεπλανημένου. PONTAN.

Pag. 201, 3. λέγει M.

Pag. 202, 4. *etiam de sanguine vivifico.* Apud
raecos populus sub utraque specie eucharistiam percipit ae-
ue ac sacerdotes, cum sacris operantur, diverso tamen modo;
am sacerdotes et clerici etiam extra liturgiam sanguinem
hristi hauriunt, ipso sacro calice ad os admoto, eo modo,
uo in nostris ecclesiis a sacerdotibus sacrificantibus id fieri
onsuevit, at plebs tubulo in calicem immisso sanguinem

eductum bibit, ut docent cum alii, tum Meletius Protosyngelus Alexandrinus quaest. 11. de eucharistiae sacramento: nec intra *βῆμα* seu adyta, sed extra. Hunc ritum hoc loco exprimit Cantacuzenus: *ὁ δὲ πατριάρχης εἰς τὰς χεῖρας αὐτῷ τοῦ δεσποτικοῦ σώματος ἐπιδίδωσι μερίδα. μετασχὼν δὲ αὐτῆς, καὶ τοῦ ζωοποιοῦ αἵματος κοινωνεῖ, οὐ λαβίδι καθάπερ οἱ πολλοὶ, ἀλλ' αὐτῷ κρατῆρι τὸν τῶν ἱερομνημόνων τρόπον.* Quibus verbis indicat imperatorem sacerdotibus clericisque hac in re exaequatum fuisse, idque ob imperatoriam maiestatem. Quod totidem ferme verbis testatur Curopalata: *ὁ δὲ πατριάρχης μετὰ τὸ κοινωνῆσαι τοῦ τιμίου σώματος δίδωσι καὶ τῷ βασιλεῖ εἰς τὰς χεῖρας μερίδα τοῦ δεσποτικοῦ σώματος, οὗ καὶ μετασχὼν κοινωνεῖ ὁμοίως· καὶ τοῦ ζωοποιοῦ αἵματος, κοινωνεῖ δὲ τοῦ μὲν πατριάρχου τὸν ἅγιον κρατῆρα κατέχοντος, αὐτὸς δὲ προσάγων τῷ κρατῆρι τὸ στόμα, ὥσπερ καὶ οἱ ἱερεῖς.* Circa quae duo monenda duximus, quae forsan imperitiori scrupulum moveant: alterum est de consuetudine tradendi eucharistiam sumpturo in manus: alterum de more praebendi sub utraque specie. Prius non est a recentioris Graeciae abusu, sed a prisco aevo, quod duplici argumento liquet. Nam sub ipsa quasi ecclesiae incunabula, dabatur eucharistia fidelibus domum ferenda, ut cum opportunum iudicarent, privatim sumerent. Tangebant ergo eucharistiam, et in manus sumebant. Ritus huius testes habemus Tertullianum lib. 2. ad uxorem cap. 5. Sanctum Cyprianum libro de spectaculis et libro de lapsis, Gregorium Nazianzenum oratione in funere Gorgoniae sororis, Sanctum Basilium epistola ad Caesariam patriciam, Anastasium Nicaenum, Sanctum Hieronymum in Apologia pro libris adversus Iovinianum, Sanctum Ambrosium oratione in fun. fratris, Sanctum Gregorium lib. 3. Dialog. cap. 36. et alios. Secundo, multa etiam exstant veterum testimonia, quae eucharistiam, in ipso quoque templo percipiendam, non in os communicantis a sacerdote insertam, sed in manus datam demonstrant, ut ipse postea sacram hostiam ori admoveret. Quare Sanctus Cyrillus Cateches. mystagog. 5. *Accedens ad communionem non expansis manuum volis accede, neque disiunctis digitis, sed sinistram veluti sedem quandam subiicias dextrae, quae tantum regem susceptura est, et concava manu suscipe corpus Christi, dicens Amen. Sanctificatis ergo oculis tam sancti corporis contactu communica: cave ne quid excidat tibi.* Sexta Synodus can. 102. *Antequam fiat communio, eucharistiam percepturus, manus in crucis formam figurans, sic accedat, et gratiae communionem accipiat. Eos enim, qui ex auro vel ex alia materia quaedam loco manus receptacula efficiunt ad divini muneris susceptionem, minime admittimus,*

ut qui inanimatam subiectamque materiam Dei imagini praeferant. Si quis autem deprehensus fuerit, immaculatam communionem eis impartiens, et ipse segregetur, et is qui adfert. Quem canonem Balsamon scholiis illustrans eumdem morem firmat. Etsi indicat, sua aetate aliquibus ecclesiis, (Graecanicis videlicet, de his enim loqui videtur,) alium usum fuisse in usu. Nec satis mihi compertum, an et hodie eadem consuetudo in Graecia perseveret. Apud Latinos certe desiit, proscripta circa tempora Hormisdae papae hoc concilii Caesaraugustani decreto: *Eucharistiae gratiam si quis probatur acceptam non consumpsisse in ecclesia, anathema sit in perpetuum.* Quod postea approbatione omnium receptum, vim roburque legis generalis adquisivit. Nec minus exolevit mos alter ob reverentiam tanto sacramento debitam. Par enim est, ut res omnium sacratissima non nisi consecratis manibus attingatur, licet Latina ecclesia nullam litem Graecae ob contrariam consuetudinem moverit, ut nec Graeca Latinae. Huc enim vel maxime spectat praeclara illa divi Augustini admonitio, epist. 118. ad Ianuarium: *Faciat unusquisque, quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus et sanguinem Domini, si saluberrimum sacramentum certatim honorare contendunt; neque enim litigaverunt inter se, aut quisquam eorum se alteri praeposuit Zachaeus et ille centurio, cum alter eorum gaudens in domum suam susceperit Dominum, alter dicit, non sum dignus, ut intres sub tectum meum; ambo salvatorem honorificantes diverso et quasi contrario modo.*

Quod attinet ad communionem sub utraque specie, illud constat, nec Graecos a Latinis ob duplicem, nec Latinos a Graecis ob simplicem speciem damnatos esse, sed quamlibet ecclesiam suas rationes secutam, salva pace et caritate, id egisse, quod optimum factu existimabat. Quapropter caput hoc Graecis et Latinis, tametsi saepius, praesertim in Florentina Synodo congressis, nunquam ut dubium aut controversum in disceptationem venit: quae res certum argumentum suppeditat, Graecos non ea mente utramque speciem usurpasse, quasi id simpliciter ex praecepto et praescripto Christi facere oporteat, sitque absolute et ad integritatem sacramenti et ad salutem hominum necessarium: quo consilio illi, qui a Romana et catholica ecclesia desciverunt, hodie calicem urgent: nunquam enim id Graeci in omnem occasionem Latinos carpendi nimis quam intenti dissimulassent. Et quis vel obiter in antiquitatis memoria versatus ignorat, morem sumendi unam speciem vetustissimum esse: et variis locis modo hunc, modo alium, nunc utrumque viguisse, licet ab octingentis annis occiduus orbis magis ad unam speciem propenderit, novisque poste haereticis ex Wiclephi et Hussi schola exortis, et

magno clamore calicem, tanquam ad salutem necessarium, deposcentibus, decreverit, ut laicis species dumtaxat panis praebeatur. Quae novatorum male sana contentio illud etiam effecit, ut ministris, qui pontifici rem divinam solenni apparatu facienti inserviunt, panis tantum species data sit, licet longa temporis diuturnitate inveteratus usus obtinuisset, ut utraque species diacono et subdiacono porrigeretur, immo ut videtur, etiam imperatori, si Romam venisset inaugurationis gratia. Quare Augustinus Patricius in libello de Friderici tertii imperatoris in Urbem adventu (quem citat Franciscus Turrianus libro octavo apostolic. Constitutionum Clementis Romani,) tamquam insolitum quid referens, *Communicavit,* inquit, *summus pontifex altaris sacramentum cum imperatore, diacono et subdiacono de pane tantum. De calice autem etsi consuetudo est, communicantes cum pontifice participare, propter insurgentem tamen Hussitarum et Boemorum damnatam haeresin, quae calicis potum ad salutem necessarium putat, praeter pontificem bibit nemo.* Haec Patricius, qui dicit se *communioni pontificis interfuisse.* Nec plura de his. Cui haec satis non sunt, i illustrissimum cardinalem Bellarminum adeat, qui antiquitatem unius speciei, et ius ecclesiae summamque aequitatem, qua, dum calicem vetat, utitur, copiose omni argumentorum genere demonstrat tom. quarto libro quarto de eucharistia capite vigesimo et sequentibus. Illud tantum adiecerim, hodiernos Graecos, si non omnes, certe aliquos, ut aetate, it et eruditione maioribus suis inferiores, videri transitionem fecisse ad castra Hussitarum et confoederatorum. Id adeo u mihi persuadeam, facit Hieremias patriarcha Constantinopolitanus in censura ad Tubingenses, quos ita affatur: *φατὲ οὖν πρῶτον, ὅτι μεταλαμβάνειν δεῖ καὶ ἀμφοτέρων τῶν εἰδῶν, κα καλῶς λέγετε. οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐκτελοῦμεν τῶν φρικτῶν μεταλαμβάνοντες μυστηρίων.* Clarius Protosyngelus, cuius supra mentio facta. *Non defraudatur,* inquit, *apud nos populus Dei, hereditas Christi, altissimi semisse sacramenti: utraque enim species ex aequo omnibus offertur ad participandum* etc *Filius enim Dei, qui hoc fieri iussit, ita iussit fieri* etc. *Utraque species ad communionem necessario pertinet.* Haec et i genus alia Graecus ille, Hussitarum et similium spiritu afflatus, quem Bellarminus vero, hoc est Dei spiritu difflat, pe spicue demonstrans, usu unius speciei nihil adversus ullu praeceptum divinum committi. Quod, ut prius dictum, su perioris aevi Graecis et illis ipsis, qui Cantacuzeni aetate v vebant, minime ignotum erat. Verum iusto Dei iudicio conti gere solet, ut qui se ab ecclesiae concordia segregarunt, in pl res et graviores errores semper delabantur, nisi eo, unde exierunt, revertantur. GRETSER.

Pag. 202, 15. στεφανηφοροῦντες M. vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 680.

Pag. 202, 18. δέκα ἢ πλείους M.

Pag. 202, 21. *pretioso et regali cultu.* Curopata: τὰς συνήθεις καθημερινὰς στόλας λαμπρὰς καὶ πολυτελεῖς οὔσας φέροντες. PONTAN.

Pag. 203, 5. ᾧ ἂν ὁ βασ. ἐπιτρέπῃ M.

Pag. 203, 6. *epicombia.* Quid sit hoc verbi, statim quentibus explanatur. Vides originem moris spargendae peniae in nostrorum imperatorum seu electionibus seu coroationibus. Infra etiam causa adducitur, quam et nostros oppositam habuisse certum est. PONTAN.

Pag. 204, 4. ἐνάτης M.

Pag. 204, 8. καὶ σκουερίων λεγομένων. Si quando Latis voces adducit, plerumque eas corrumpit hic noster, aut m ante a populo corruptas ponit. Quis dubitet, quin a uto facta sit vox legendumque σκουταρίων, *scutariorum?* cutarii autem sunt armigeri. PONTAN.

Pag. 205, 14. τζουστρίαν καὶ τὰ τερνεμέντα. *Cintzustra* ppellat Gregoras lib. 10., alterum *torne*, quidam *torneamenta;* nde noster depravate τερνεμέντα. Describuntur ab eodem regora non longe ab initio illius libri. *Deinde duo etiam rtamina celebravit olympicorum ludorum imitatione: quae m antea quoque saepe edidisset, nunc tamen maiore appatu exornavit* etc. Torneamentum a *Turniern* credo factum, uod equestrem decursionem nobis significat seu hastiludium. alicae linguae periti aiunt, tzustriam esse vocem Italorum, nam illi tamen aliter scribunt, nimirum *giostra* et corruptius *ostra.* Nam et *gi* sibilum apud Italos habet ζ affinem. Et gnificat ludos equestres, quibus adversis hastis concurritur, t *torneamentum* illius explicatio videatur. PONTAN.

Pag. 205, 20. ὃς om. M.

Pag. 205, 20. *magistris palmam praeripiebat.* atis ad ludicra propensus fuit Andronicus. Quia tamen imerator, parcior esse debuit in hoc genere. Philippus Macedo lio Alexandro cithara canenti, *non te pudet*, inquit, *cum tam ene cithara ludis?* M. Tull. 1. Offic. *Neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum et iocum facti esse videamur, sed ad severitatem potius et ad quaedam studia graviora tque maiora.* Sed Graecorum levitati ignoscamus tum hic, um alibi. PONTAN.

Pag. 206, 19. καθικέσθαι M.

Pag. 206, 20. ἀπαλλάξασθαι M.

Pag. 207, 4. εἷς M. pro οὐδείς.

Pag. 207, 5. *in pede sagitta icitur.* *Cum aliuando in Chersoneso venationibus vacaret*, ait Gregoras, *ac-*

cidit, ut septuaginta Turci naufragio facto in littus eiicerentur: qui satellitibus imperatoriis longo tempore fortiter restiterunt, adeo, ut priusquam ibi occiderentur, non Romanos modo multos, sed imperatoris etiam pedem vulnerarent, cuius ictus dolore diu est affectus. Vides, lector, quemadmodum in loco discrepet; et ait in venatione vulneratum, quod aeque falsum est. PONTAN.

Pag. 207, 7. ὀλίγον M. quoque.

Pag. 207, 16. πολλοὺς μὲν ἔλεγεν recte M.

Pag. 208, 1. Τζερνομιάνου M.

Pag. 208, 4. ἑκάτεροι M. supra lineam.

Pag. 208, 12. *quod ea vehementer nollet.* Vere Caesar lib. 3. civil. *Quae volumus, et credimus libenter, et quae sentimus ipsi, reliquos sentire speramus.* Ergo contra, quae nolumus, et credimus illibenter, et quae ipsi non sentimus, nec reliquos sentire speramus. PONTAN.

Pag. 208, 20. μὲν lege cum M. pro μή.

Pag. 209, 5. γεγένηται M.

Pag. 209, 12. Στεφάνῳ leg. cum M.

Pag. 209, 13. *ad generum se adiungere.* Hac de re Gregoras in hunc modum. *Sequenti anno panhypersebasti filia Crali Serviae principi nuptura abibat: paulo post et mater eius visendae gratia eodem se contulit: quam mox et panhypersebastus est consecutus, nolens imperatori diutius obnoxius esse, sed sibi ipsi quaerere imperium, quod hereditario iure ad se pertineret. Relicta igitur Thessalonicae cura et administratione, et ipse ad Cralem generum suum abiit, a quo ad exsequenda destinata adiuvaretur. Ab eo igitur susceptus et una cum eo egressus, omnem regionem usque ad Strymonem et Serras populatur. Quamobrem senior imperator maiorum malorum metu legatos ad eum cum Caesaris insignibus misit. Quae cum ille Scopiis oppidulo accepisset, gestavit, seque deinceps quieturum esse promisit, neque quidquam amplius petiturum. Sed iam Thessalonicam rediturus, gravissimo morbo affectus, intra paucos dies decessit.* PONTAN.

Pag. 209, 15. οἷός τε et κατάσχῃ M.

Pag. 210, 4. ἀγεννῆ τινι M.

Pag. 210, 18. συνεβούλευε τοιαῦτα φ. M. recte.

Pag. 213, 5. τὸν ἐμὸν θεῖον. Iam ante monui, auctorem καταχρηστικῶς ponere verba θεῖος et ἀνεψιός. Est enim θεῖος proprie matris aut patris frater, id est avunculus aut patruus. Protovestiarius autem fuit filius sororis avi. Quemadmodum porro patris soror vocatur amita, sic avi soror magna amita, ut aviae soror magna matertera. Quocirca amitae magnae filium recte vocabit protovestiarium iunior Andronicus PONTAN.

Pag. 213, 16. *qui verbis dumtaxat peccavit.* Nonne paulo ante dicebat, suo quoque iudicio puniendum videri? Verum ibi ex iustitia locutus est, quae etiam verba mala punit: hic autem, dum negat defectionem meditatum, quamvis lingua peccaverit, vult illum rebus ipsis poenam non suscipere, quia re non peccaverit, et id ipsum, quod verbis commisit, ignoscendum censet, officio clementiae fungitur. PONTAN.

Pag. 214, 2. *domino licere facere quod lib.* Usque ad aras tamen. Nam illud impudicae novercae ad Caracallam non est verum: *Si libet, licet. An nescis, te imperatorem esse et leges non accipere, sed dare?* Et si quis est, cui fas sit dicere, *omnia mihi licent*, is meminerit semper eius, quod adiungitur: *sed non omnia expediunt.* Nicetas in Ioanne Batatze imperatore, ubi narravit sacrilegia et nefanda eius scelera, haec subiicit: *Et graviter succensebat iis, a quibus monebatur, ea facta non expedire religioso imperatori, qui pietatem a maioribus accepisset, nec aliud esse quam sacrilegium; eosque ut manifeste deliros et honestatis ignaros arguebat. Licere enim imperatoribus omnia, et inter Deum et regem, quod ad terrenarum rerum gubernationem attineret, non eam esse repugnantiam, quae inter negationem et affirmationem, contendebat.* PONTAN.

Pag. 214, 4. *si videret deesse facult.* Librarium fugit ratio, ut puto, cum ita scripsit: εἴγε ἐνδεᾶ τῆς βουλήσεως ἑώρα τὴν δύναμιν κεκτημένον. Sic enim debuit, mutato verborum ordine: εἴγε ἐνδεᾶ τῆς δυνάμεως ἑώρα τὴν βούλησιν κεκτημένον. Quomodo enim iuvaret avum nepos, si ille voluntate puniendi protovestiarii careret? Et supra requisivit opem nepotis, cum diceret, *ut pariter sciret et se ad eum* (protovestiarium puta) *compescendum adiuvaret*, ubi Graece est, καὶ συνεπιλαμβάνοιτο πρὸς τὸ ἔργον. Convenit etiam nostra emendatio cum sequentibus: *Nunc, quia quaecunque vellet, praestare posset* etc. PONTAN.

Pag. 214, 5. δυνατόν M.

Pag. 215, 10. οὔτε πράγματι adde ante οὔτε λόγῳ ex M.

Pag. 215, 12. ὡς ἂν φανεροῦ M. recte.

Pag. 215, 13. καταπτηξάντων lege cum M.

Pag. 215, 14. βασιλεῖ μὲν οὖν M. recte.

Pag. 215, 16. ἑνδεκάτης M. mg.

Pag. 215, 18. πρὸς τὸν πόλεμον M.

Pag. 215, 23. σπονδὰς καὶ τοὺς ὅρκους. Cum foedere saepe iungit ὅρκος. Sed quia foedus sine iuramento nullum est, aut certe perfectum non est, non habeo necesse semper vocem *iuramentum* addere, quoties nomen foederis occurrit, ut dicam *foedus et iuramentum* seu *iusiurandum.* Graeca co-

pia seu loquacitas crebro sine causa verba multiplicat. Latini severiores sunt, et quae ex dictis satis intelliguntur, aut necessario coniuncta sunt, tacent. PONTAN.

Pag. 216, 5. *αὐτὸς* M. et l. 10. *συνετῶν τε ὄντων.*

Pag. 216, 15. *ἀποδύσασθαι* M.

Pag. 218, 3. *δογμάτων* M. recte.

Pag. 218, 6. *τῶν* adde ex M. ante *ψυχῶν.*

Pag. 218, 9. *γίνεσθαι* M. pro *βαδίζειν.*

Pag. 219, 19. *ἐμβάλλειν* M. mg.

Pag. 221, 1. *προσήκει* M. pro *χρή.*

Pag. 221, 5. *duobus aut tribus comit.* Audiamus Gregoram libro nono: *Cum autem res ita se haberent, ad Rhegium pervenit imperator atque inde legatos ad seniorem mittit, ut alterutrum sibi concedatur, aut per inducias ingressus in urbem, aut ut aliquibus e senatu, ex ecclesiae principibus et e populo eruditis ad se egredi liceret, qui suam orationem imperatori et toti Byzantio renuntiare possent. Senior vero, cum ea postulata plena doli esse iudicaret, diu siluit* etc. PONTAN.

Pag. 221, 12. *πάντα δὲ* M.

Pag. 221, 14. *ad avum scripsit.* Atqui supra per legatos egisse dixit. Sed in hac historia legati mittuntur, qui simul litteras afferant, et conscii eorum, quae scribuntur, ea postea suis verbis prosequantur. Non igitur sunt hic pugnantia. PONTAN.

Pag. 222, 10. *δεδιδαγμένον* M. supra lin.

Pag. 223, 7. *difficile esse.* Causam affert Gregoras: *Senior cum ea postulata plena esse doli iudicaret, diu siluit, secum deliberans, utrum praestaret. Nam nepotis in urbem ingressum perniciosum, nec incruentum fore: paratos enim Byzantios, ut ad illum deficiant statim intra portas conspectum, et se per cruciatum e vita tollant. Et Byzantiorum ad illum egressum non sine seditione fore* etc. PONTAN.

Pag. 223, 20. *Romanum imperium velut navim.* Non est vox *navis* in Graeco: sententia tamen exigit, cum belli tumultum tempestati et fluctui comparet et imperio summersionem minari affirmet. Sane cum navi saepius res publica confertur. Horat.: *O navis, referent in mare te novi Fluctus* etc. Ode 14. lib. 1. Cicero quoque in perturbationibus rei publicae ante oculos ponenda, tempestatibus et fluctibus, his, inquam, vocibus translate eleganter est usus 1 de Orat.: *Et hoc tempus omne post consulatum obiecimus iis fluctibus, qui per nos a communi peste depulsi, in nosmet ipsos redundarunt.* Pro Milone: *Equidem ceteras tempestates et procellas in illis dumtaxat fluctibus concionum semper putavi Miloni esse subeundas.* PONTAN.

Pag. 224, 1. εἰ τύχοι, προσβάλλοι M. mg. pro ἐπίθηται, εἰ τύχοι.

Pag. 224, 13. ἐμαυτῷ recte M.

Pag. 225, 4. ὑπὲρ M. quoque.

Pag. 226, 6. *quatuor et viginti.* Gregoras hunc locum negligenter tractavit. *Duos*, inquit, *senatores, duos pontifices, duos selectos sacerdotes et quatuor selectos e plebe ad eum misit.* Decem homines numerat, cum noster ad triginta numeret. PONTAN.

Pag. 226, 8. ὁ ante Κλειδᾶς M. supra lineam.

Pag. 226, 12. καὶ τῆς ὄντος σοφίας ἄκρας ἐπειλημμένος. Viden' Deum nominari τὸν ὄντα? idque auctoritate sanctae Scripturae. Nam Exod. cap. 3. cum quaesisset a Deo Moses ad filios Israël mittendus: *Si dixerint mihi, quod est nomen eius? quid dicam eis?* audivit responsum: *Ego sum qui sum. Et ait, sic dices filiis Israël, qui est, misit me ad vos.* In Septuaginta est: ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. καὶ εἶπεν οὕτως ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. Seneca epist. 58. τὸ ὂν non satis bene reddi putat *quod est:* quia, inquit, cogor *verbum pro vocabulo ponere.* Idem censendum de voce virili; nam melius dicitur Deus ὢν Graece, quam *qui est* Latine. Iustinus Martyr Exhort. ad gentes docet erudite, cur Deus Moysen ad Hebraeos mittens ac de se loquens, participio usus sit, et Platonis τὸ ὂν cum Mosis ὁ ὢν confert. PONTAN. Recte P. ὄντως. Vid. p. 547, 9.

Pag. 226, 25. δ' ὁ ἀρχιεπίσκοπος M.

Pag. 227, 5. ἠξίωσας M.

Pag. 227, 13. εἰς αὐτὸν βασιλέα M.

Pag. 228, 5. λοιπὸν ἦν ἢ M.

Pag. 229, 12. *accusationis capita.* Tria praecipua recenset Gregoras, quae tamen non Rhegii a legatis seu delectis illis, sed in medio itinere ab iis obiecta sint, quos senior miserat, ut ei urbis ingressu interdicerent. Ea vocat occasiones rupti foederis. Una, quod imperatoris quaestorius omnibus pecuniam eripuisset, cuius nunquam maior penuria fuisset, cum ea essent tempora, quae ob divisionem imperii sumptus maximos postularent. Altera, quod, a se missis urbium rectoribus eiectis, alios suo arbitratu ibi collocaret. Tertia, quod Cralaenam, amitam suam et monastico indutam habitu, indignantem et reluctantem, ad incestum coitum compulisset. Haec a nostra historia, quod vides, plurium dissentiunt. PONTAN.

Pag. 229, 16. *infirma, incerta.* Indicat hoc idem Gregoras. *Accedebant*, inquit, *et aliae causae, propter quas ei urbis ingressu interdiceret, plurimae illae quidem, sed non ita firmae.* PONTAN.

Pag. 230, 2. *πέντε* M. pro *τέτταρας*.

Pag. 230, 15. *γνοίημεν ἂν* M.

Pag. 230, 17. *si imperator avus.* Recitatur etiam a Gregora oratio ad iudices habita, lib. 9., verum longe alia multumque huic nostrae dissimilis, plena fellis et plane declamatoria et conficta sine dubio. Solet enim Gregoras ille ita ludere et poetam magis agere, quam historicum. PONTAN.

Pag. 231, 9. *ἐπάγειν ἂν δυσκλείας* M. et lin. 13. *καὶ τοῦ μή*.

Pag. 232, 1. *ἐὰν δὲ* M.

Pag. 232, 6. *συμφαίητε ἂν ὀρθῶς ἂν* M. et lin. 8. *ὑμῖν*.

Pag. 232, 18. *γράμματα, ἃ ἐμοὶ μαρτυρ.* recte M.

Pag. 232, 18. *avi litteras.* Quo pacto nactus sit hasce litteras, ita docet Gregoras: *Ceterum litterae, quas ad Cralem Serviae, ad despotam, ad alios praefectos scriptas esse diximus, partim ab itinerum custodibus exceptae sunt, eae nimirum, quae chartae inscriptae fuerunt: partim iis deceptis, perlatae sunt tenui linteo et albo inscriptae, tabellariorum vestibus solerter insutae. Nam imperator iunior cum in aliis angustiis, tum circa Christopolin custodes collocarat, qui omnes praetereuntes excutiebant, num litteras Byzantio afferrent, quos fallere perdifficile erat.* PONTAN.

Pag. 232, 19. *εἰς* add. M. supra lin. post *φροντίδος*.

Pag. 232, 20. *κεκινῆσθαι* M. bene idemque *ἡμῖν*.

Pag. 232, 20. *recita patribus ad verbum.* Imitamur morem Romanum; ipsi enim oratores non recitabant leges, edicta, aut similia. Nec ipsemet Andronicus hic videtur legisse litteras istas: non enim dicit *ἀναγνώσω*, sed *ἀναγνωσθήτω, legantur.* Facimus ergo a notario seu tabellione legi; id enim decentius est. PONTAN.

Pag. 232, 23. *mi nepos.* Nepos, quia sororis Annae filius, etsi cum adiuncto solemus dicere de fratrum aut sororum filiis, ex fratre, ex sorore nepos. PONTAN.

Pag. 233, 1. *ἔγραψας* M.

Pag. 233, 5. *εἰς κεφαλατίκιον.* Quos a capite Capitaneos, et Germani quidam *Hauptmann* vocant, belli duces, a recentioribus Graecis *κεφαλάδαι, παρὰ τὴν κεφαλὴν* dicuntur: unde *κεφαλατίκιον*, capitaneatus, *Hauptmanschafft.* Iam quemadmodum apud Germanos capitanei nomen non illis tantum tribuitur, qui habent sub se milites, sed praefectis quoque totius regionis, etiam extra militiam, ut in Austria praefectus Lincensis appellatur *Landtshauptmann*, et in Tyroli praefecti multis locis idem nomen habent: sic apud Graecos praefecti urbium seu territoriorum *κεφαλάδαι* nominabantur, et ditio, cui praeerant, *κεφαλατίκιον, die Hauptmanschafft.* Sicut nos vulgo nomen praefecturae Germanice, *die Phleg*, ad totam regionem referimus, cui quis praefectus est. Glossarium a Ri-

galtio editum κεφαλατίκιον exponit ἡγεμονία. Hactenus Gretserus. PONTAN.

Pag. 233, 15. δεύτερον M. et lin. 19. ὧν ἂν ἐνετέθης.

Pag. 234, 19. κατέργου M.

Pag. 235, 10. ὑφηγεῖται M. recte.

Pag. 236, 3. *in puclum coniecimus.* Quid ποῦκλος aut ποῦκλον sit, divinemus. Gregoras quidem supra quasdam linteas litteras vestibus tabellariorum insutas scribit. Noster Gretserus mallet legere εἰς τὸν κούκουρον sive κοῦκρον. Est autem κούκουρος apud recentiores Graecos pharetra, *ein Köcher.* Usurpatur a Cedreno fol. 363. notatque Xylander, nostrum illud Germanicum aut a Graeco illo descendere, aut Graecum a Germanico. Alia coniectura occurrit. Quid si legendum κοῦκλον? facilis enim lapsus a κ in π. Est autem κουκούλιον per syncopen κοῦκλον, cucullus, cucullio. Utitur Sozomenus lib. 3. cap. 13. Latinae editionis, Graecae cap. 14.: σκέπασμα τῆς κεφαλῆς, ὃ κουκούλιον καλοῦσι. Ut proinde voluerit Cocalas litteras abdendas fuisse in cucullo seu cuculione. Fuisse autem cucullos Constantinopolitanis etiam usitatos, liquet ex Curopalata, qui nominat καπασία a cappa, eratque proprius habitus Tzaconum, eumdemque tribuit Cortinariis etiam extra aulam p. 71. Glossarium Rigaltii interpretatur κούκουρον non modo pharetram, sed etiam bulgam, marsupium: quae notio an huic loco serviat, videndum est. Haec idem, quem paulo ante nominavi et cuius ope subsidiaria me multis locis adiutum, initio testificatus sum candide. Ceterum notio illa verbi κούκουρος pro bulga seu marsupio ideo hic locum habere mihi non videtur, quod maxime in bulgis et marsupiis litterae quaeruntur: et superiores notiones tamdiu amplectar, donec melius ac verius aut certe probabilius de πούκλῳ invenero. PONTAN. προύκλου M., deleto tamen ρ a manu 2.

Pag. 236, 8. ἄρχοντες καὶ ἀρχοντόπουλα. Sententia cogit discrimen facere, tametsi alioqui recentibus Graecis idem sit ἀρχοντόπουλον, quod ἄρχων. Quid autem melius sit, quam *duces et praefecti*, ut nos fecimus, haud video. PONTAN.

Pag. 236, 9. μετὰ M. pro ὑπὸ et lin. 12. αὐτοὺς.

Pag. 236, 13. αὐτοῦ add. M. post χεῖρας et om. l. 14.

Pag. 238, 22. εἰς τοσοῦτον M.

Pag. 239, 3. ἀποζῆν M. mg. pro ἐκπορίζειν.

Pag. 239, 14. ἔπειτα δὲ καὶ M.

Pag. 239, 23. βεβουλευμένους M.

Pag. 240, 6. ἐπιορκοῦντα M.

Pag. 240, 11. τοῦ στρατικοῦ et Καβάσιλας M.

Pag. 240, 15. εἰς M.

Pag. 240, 21. *modeste risit. Fatuus in risu exaltat*

vocem suam: vir autem sapiens vix tacite ridebit. Ecclesiast. 21. Atqui principem oportet esse virum sapientem. Virg. de Iove 1. Aeneid.: *Olli subridens hominum sator atque deorum.* PONTAN.

Pag. 241, 5. Margo adscriptum habet: *in alio exemplari in margine haec erant: πρὶν προελθεῖν εἰς ὕψος κατασβεσθῆναι, ὅτι δὲ τοῦτον ἔχω τὸν τρόπον,* pro *τάχιστα — τὰ τοιαῦτα.*

Pag. 241, 12. *me sibi insidias moliri.* Gregoras quidem affirmat principio lib. 9., quia vitam senis in longissima spatia extendi cerneret et totum imperium in se quam primum translatum vellet, inde decrevisse ei dolis quibusdam et technis aut imperium, aut cum eo etiam vitam auferre. Verum haec Cantacuzenicis narrationibus dissimillima sunt et mendacia mera videri possunt. PONTAN.

Pag. 241, 21. *ἡμᾶς* M. et l. seq. *ἀπαλλάξασθαι.*

Pag. 243, 4. *τοῦ* add. M. supra lin. ante *βασιλέως.*

Pag. 243, 5. *θαυμάσαντές τε τῆς* M.

Pag. 244, 9. *uno aut duobus.* Magno domestico et protostratore. Vide supra cap. 32. Sed eos propter invidiam avo nominare non audet. PONTAN.

Pag. 245, 7. *καὶ τοῦ θεοῦ* M.

Pag. 246, 9. *ἢ καὶ αὐτὸς* M.

Pag. 246, 16. *ἐξαρτήσασθαι* M.

Pag. 248, 9. *αὐτὸν* M.

Pag. 248, 16. *ego, imperator.* Oratio patriarchae libertatis ecclesiasticae plenissima est, mihique illam divi Ambrosii adversus Theodosium libertatem in mentem revocat, qua illum tot caedibus innocentium apud Thessalonicam contaminatum, aditu templi ausus est prohibere. Nicephor. lib. 12. cap. 41. PONTAN.

Pag. 248, 20. *μήτε* M. recte pro *μή.*

Pag. 249, 10. *μικροῖς καὶ μικρὰ* M.

Pag. 249, 21. *ἂν εἰ πρὸς* M.

Pag. 249, 24. *ὡς ἂν οἷόν τε* M.

Pag. 250, 9. *ὑπέταξε* M.

Pag. 252, 1. *in Manganensi monasterio manere.* Hoc ipsum narrans Gregoras lib. 9. coniurationem patriarchae et episcoporum in seniorem imperatorem praemittit, in qua etiam nobiles adduxerint. Praeterea patriarcham sacris interdixisse omnibus, qui iunioris imperatoris nomen tacerent ac debitum imperatori honorem habere recusarent. Excommunicasse etiam adversae partis sacerdotes, a quibus vicissim cum factione sua excommunicatus sit. Ibidem querimonia senioris de patriarcha. PONTAN.

Pag. 252, 2. *ἀπροΐτον* M. et lin. 5. om. *τὴν ἐκ.*

Pag. 252, 7. *τῶν δέκα ἡμερῶν* M. mg., *ταῖς δέκα ἡμέραις* text.

Pag 252, 11. πράττειν M. pro ποιεῖν.
Pag. 252, 21. εἶπες M. supra lineam.
Pag. 253, 1. τὸν βασιλέα M.
Pag. 253, 12. ἀμύνασθαι M.
Pag. 254, 6. τὸ add. M. supra lin. ante *Βυζάντιον*.
Pag. 255, 3. εἰς M. et l. 8. εἵνεκα.

Pag. 255, 14. *per hostilia loca inermes incedere.* Iphicrates, Atheniensium dux, si bene memini, aiebat, etiam per amicorum regionem transeunti castra communienda; quia videlicet semper est incerta securitas, propterea quod nulla est animis certa fides. Huc item pertinet praeceptum Onosandri lib. 1. cap. 8. Strategici. Imperator si in hostili solo castra ponat, statim vallo fossaque cingat, licet ibi ad breve tempus considere voluerit. Haec enim castrensis ratio nunquam poenitenda semperque tuta adversus repentinas et improvisas irruptiones. Collocet etiam custodias ac speculatores, quasi prope adsint hostes, etsi longius abesse putet. PONTAN.

Pag. 256, 5. βασιλεὺς M.

Pag. 256, 17. *in Lombardiam.* Si placet, audi hac de re scribentem Gregoram lib. 6. in hunc modum: *Sed ea spe frustrata (Irene) Theodorum, alterum filium, cum pecunia maxima in patriam suam Lombardiam mittit: maluit enim, ut Latinorum ibi religionem coleret et peregre minore dignitate esset, quam ut domi illustris, inviso privigno (Andronico iuniori, qui avi sui filius toties appellatur,) eiusque posteritas illius posteritati serviret. Atque ita incitata suam cupiditatem in uno saltem filio, Theodoro Marchione, explevit.* Paulo ante Spinulae cuiusdam Genuensis filiam cepisse uxorem dicit, non magnae auctoritatis aut nobilitatis viri. *Latinis enim nobilibus haud fere studio est cum Romanis, immo ne cum ipsis quidem imperatoribus affinitates iungere. Nam nec ipsa, si illustri nata genere fuisset, Romano facile nupsisset.* Sed restant Gregoram ducis Braunsvicensis et Sabaudiae comitis filiae, quae ambae cum Andronico iuniore nuptae fuerunt. Et cap. 40. ostenditur, quantopere frater Annae de hoc matrimonio laetatus sit, quantopereque sororem idcirco honoraverit. PONTAN.

Pag. 257, 6. *Marcus quidam.* Multo inhumanius habitum dicit Gregoras. *Sed neque ipse, neque verba eius ulla ex parte admittebantur, sed et lapidibus superne ab iis, qui propugnacula moenium tuebantur, fugabatur: qui ne vocem quidem eius ferebant, eumque contumeliosis dictis impune incessebant: et ignominiose dimittebant, dolo plenam esse et cogitationem et orationem eius dictantes.* PONTAN.

Pag. 257, 7. υἱὸς add. M. post *Βάρδα*.

Pag. 258, 16. τὸν ἵππον M. quoque.
Pag. 260, 6. Ξένην τὴν αὐτοῦ M.
Pag. 261, 26. πρὸς τὴν μάχην M.
Pag. 261, 26. βασιλέως add. M. post γράμματα.
Pag. 262, 14. ἀφεστηκότες ἦσαν ἤδη M.
Pag. 262, 17. αὐτοὺς M.
Pag. 263, 4. λιβοβοστὸν M. supra lin.
Pag. 263, 23. προκαλέσεσθαι et ἀντεπεξῄει recte M.
Pag. 264, 11. ἀξιώσοντα M.
Pag. 264, 22. κατεργάσασθαι M.
Pag. 265, 2. ὑμῶν M.
Pag. 265, 15. παρέξω M.
Pag. 266, 3. ὑφηγῆται M. recte.
Pag. 266, 4. αὐτῷ τε M.
Pag. 266, 8. ὁ βασιλεὺς add. M. mg. ante ἐβουλεύετο.
Pag. 267, 20. ἡμέραν ex M. addendum post ἐπιοῦσαν.
Pag. 267, 24. ἑσπέρας M.
Pag. 268, 17. ἀπειθεῖεν recte M.

Pag. 269, 20. ἀκρόπολιν. Duobus verbis expressit Latinus poeta 7. Aeneid.: *Urbe fuit summa Laurentis regia Pici.* Ἀκρόπολις, inquit Etymologicon, καρόπολίς τις οὖσα. ἡ κεφαλὴ τῆς πόλεως. ἔστι καὶ τόπος ὑψηλὸς Ἀθήνησι. τὰ δ' ὑπ' αὐτὴν ὑπόπολις ὀνομάζεται. Gregoras lib. 9.: *Concursu facto, a tota fere civitate adoratus et salutatus et faustis acclamationibus acceptus. Erant tum perpauci, qui eum odissent et seniori imperatori vere studerent, qui arcem propere occuparunt et munierunt. Unde imperatorem et factiosos fortiter propulsabant, multosque saxis et telis vulnerabant, quorum multa imperatoris scuto sunt infixa. Postridie vero magno sarmentorum cumulo circumposito, portis exustis, arcem ceperunt.* PONTAN.

Pag. 270, 11. *ad sanctum Demetrii martyris.* Thessalonicensis fuit hic Demetrius et proconsul: qui cum plurimos ad Christi fidem perduceret, Maximiani imperatoris iussu lanceis confossus, martyrium consummavit. Ita Romanorum martyrologium. Leo imperator encomium in eumdem scripsit. Ad eius sepulcrum Thessalonicam frequens Christianorum concursus fuit, ex quo unguentum medicum scaturire consuevit, de quo Glycas in annal., Cedren. in compend. historiae, et plura Baronius in notis. Meminit etiam Nicetas huius unguenti in Andronico Comneno. Breviter eius martyrium describit Photius patriarcha in bibliotheca sua, quae nuper Graece Augustae excusa est. PONTAN. Celebris est apud Graecos pariter et Latinos sanctus Demetrius martyr, cuius anniversariam memoriam colunt illi 26. Octobris, isti 8. die eiusdem Octobris: de quo Graeci multa et praeclara in Menaeo et Metaphrastes apud Surium tomo 5.,

Menologium Graecum a Sirleto cardinale in Latinam linguam translatum et non ita pridem Ingolstadii editum, et Manuel imperator constitut. de Feriis. In honorem eius conditum est Constantinopoli a Palaeologis insigne monasterium, in quo die natali martyris imperatores Constantinopolitani rei divinae veteri et solenni ritu operam dabant, ut scribit Curopalata de officiis aulae Constantinopolitanae. Ex duodecim flamulis, quae imperatori praeferebantur, unum effigie sancti Demetrii insignitum erat una cum imaginibus sancti Procopii et utriusque Theodori martyrum, ut idem Curopalata auctor est. Appellatur μυροβλύτης, quia ex sacro eius corpore variis languoribus morbisque salutaris liquor manabat, cuiusmodi μυροβλύται divi sunt sanctus Andreas apostolus, ut toti orbi notum, exemplumque exstat apud Gregorium Turonensem libro de gloria Martyrum cap. 31. Sanctus Nicolaus Myrensis, quem Manuel imperator in sua constitutione vocat μυροβλύτην. Quatuor illi milites duodecimae legionis, de quibus Procopius lib. 1. de aedificiis Iustiniani. Sancta Catharina, sancta Walpurgis, sanctus Bercharius abbas, de quo Surius tomo 5. die 16. Octobris, ex Speculo Vincentii. Plurima edebantur ad sepulcrum sancti Demetrii miracula. Quamobrem in Menaeo θαυματουργοῦ cognomento honestatur. Et certe miraculum, quod hoc loco Cantacuzenus commemorat, longe illustrissimum est dignissimumque, quod omnes ima mente reponant. Nec mirandum, tam eximium beneficium in hominem a Romana, hoc est vera, ecclesia alienum collatum esse, cum historiarum monumentis proditum sit, ingentia miracula aliquando in Ethnicos et a Christiana religione prorsus alienos a viris sanctis, vel iam in coelum receptis, vel adhuc vitam nobiscum agitantibus, patrata esse. Imitantur nimirum benignitatem Patris, qui in coelis est, *qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos*, Matth. 5. Super illos quidem, ut in bonitate et iustitia perseverent in diesque maiores progressus faciant; super hos autem, ut a malitia et iniustitia, et a pravis persuasionibus, quibus circa Christianae fidei dogmata imbuti sunt, revocentur. Neque enim miraculum hoc per martyrem Demetrium editum est, ut aut Andronicus, aut alii in sua a vera ecclesia secessione confirmarentur, sed ut invocatio, cultu sanctorum et reliquiarum mortalibus commendaretur, utque a vero tramite aberrantes, hoc velut lumine divinitus misso illustrati, ad ecclesiam illam reverterentur, in qua pro Christi nomine Demetrius sanguinem fuderat. Quid enim aliud sunt aut sancti martyris Demetrii miracula, aut illa, quae in templo divae Virginis Constantinopoli ad Fontes dicto, aut alibi per res sacras, ut per reliquias, oleum benedictum, aquam lustralem, signaculum sanctae crucis,

imagines etc. in schismaticos, haereticos, Iudaeos et Ethnicos facta sunt, quam invitamenta quaedam et incitamenta ad verum, immo et stabilimenta veri? Neque enim fieri potest, ut Deus ulla miracula confirmandae falsitati aut ipse per se, aut per alios edat, cum testis falsus et falsi esse nequeat. Verum multi turbantur, cum audiunt, extra ecclesiam unam, sanctam, catholicam et apostolicam miracula fieri. At causae nihil est, cur aut se aut alios turbent. Nam si fiunt extra ecclesiam, fiunt tamen aut ab eis, qui, dum viverent, ecclesiae militantis membra erant, aut per res verae ecclesiae, aut in confirmationem dogmatum verae ecclesiae, etiamsi patrentur in illos, qui verae ecclesiae non sunt cives: nemo enim unquam dixerit, nullum miraculum fieri posse, nisi erga illum, qui sit verae ecclesiae pars. Ergo si, qui hinc ad alteram vitam in catholicae ecclesiae communione migrarunt, miracula operentur, sive per lipsana sui corporis, sive invocati per preces sine respectu ad reliquias, sive alio modo, non schismaticam, haereticam, aut ethnicam perfidiam et superstitionem, sed eam confirmant fidem et ecclesiam, cuius beneficio ex fluctibus huius vitae ad aeternae beatitudinis tranquillissimum portum pervenerunt. Pari modo cum apud segregatos ab ecclesia miracula eduntur per signum sanctae crucis, per aquam lustralem, per oleum benedictum, per exorcismos, perque alia huius generis mirabilium effectuum organa, non alienae, sed nostrae fidei et ecclesiae robur et auctoritas accedit. Haec enim licet ab alienigenis usurpentur, ecclesiae tamen catholicae propria sunt ac proinde, ubicumque vim suam exserunt, eam non nisi ut catholicae ecclesiae instrumenta et ornamenta exserunt, etiam in non catholicos, quia gratia Dei dives in omnes, his quoque, qui extra septa dominici ovilis vagantur, liberalitatis suae fontes non occludit. Quapropter quando, ut Socrates scribit lib. 7. cap. 17., aqua baptismi evanuit, cum Iudaeus quidam impostor, iam ante baptismate a catholico episcopo tinctus, denuo a Novatiano Antistite baptizari vellet, miraculum illud non accidit, ut Novatianorum haeresis firmaretur, sed ut veritas catholicae ecclesiae de baptismo non iterando demonstraretur. Sic cum per signum sanctae crucis, per imagines, per lipsana divorum, per aquam precibus ecclesiae consecratam, per exorcismos et per cetera eiusdem classis, aut coelitis alicuius singulari favore et patrocinio, apud haereticos, schismaticos et ethnicos opera quaedam naturae vim et facultatem superantia eveniunt, ea alio fine non eveniunt, quam ut a catholicae ecclesiae fide et communione aberrantibus eiusdem integritas, sanctitas et sinceritas patefiat. Sed quid dicendum, si miracula non modo in schismaticos, haereticos et ethnicos a sanctis in coelo, per reliquias, ima-

; et id genus alia, verum etiam ab ipsis schismaticis aut
eticis patrentur, sine rerum ad ecclesiam veram proprie
nentium ministerio. Equidem non ignoro, multos pie-
et doctrina praestantes viros esse, qui putent, Deum nun-
a ullo haeretico aut schismatico uti in effectione mira-
'um, ac proinde quidquid in hoc genere iactent, id to-
commentitium, vanum et frivolum esse. Praedicabant
itistae varia miracula, sed ea omnia vel ut inania com-
:a, vel ut vana ludibria reiecit sanctus Augustinus, vero-
miraculorum alioquin observantissimus et severissimus
ex, ut ex lib. 22. de civitate Dei liquet. Ab hac sen-
a stare videtur experientia: cum enim innumeri prope
:tici a primo evangelii ortu exstiterint, vix tamen ullum
'iemus, quem miraculorum gratia claruisse veterum an-
testentur, aut si aliqua miracula nonnulli fecisse visi
, illi post diligentem inquisitionem et inspectionem non
:ulorum effectores, sed seductores et impostores depre-
. sunt, cum in ecclesia catholica et Romana perenni serie
uam defuerint, qui res extra omnem naturae potestatem,
potentis dextra adiuti, efficerent. Nec obstat illud Matth. 8.:
i dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in
ne tuo prophetavimus et in nomine tuo daemonia eieci-
:t virtutes multas fecimus etc. Quibus dicetur: *Nunquam*
vos: non enim intelligitur de haereticis et schismaticis,
le orthodoxis illis, qui, vita improbe transacta, hinc extra
ıe statum migrant. Videat lector cardinalem Bellarmi-
libro 4. de ecclesia cap. 14. Quodsi haec opinio ali-
ninus arrideat contendatque, Deum aliquando etiam hae-
s et schismaticis res supra naturam agendi facultatem
i, is ita sentiat licet: auctores enim, quibus se defen-
habere videtur sanctum Chrysostomum et Euthymium in
7. Matthaei, Bedam et Theophylactum in cap. 9. Marci
nctum Augustinum lib. 4. de consensu Evangelist. cap. 5.,
rbitrantur illum, qui Marci 9. et Lucae 9. in nomine
iti daemonia eiiciebat et ab apostolis prohibitus fuit, nec
ıec corpore Christi disciplinam secutum esse. Utcumque
ıoc fixum ratumque maneat, eam potestatem non concedi
nfirmationem falsitatis, vel in testimonium sanctitatis hae-
aut schismatici, qui ea opera perficit, cum nulla sancti-
sit praeditus, sed dari a Deo ad aliquam publicam utili-
, ut est gratia sanitatis, nominatim illa curandi strumas
ssa regibus Franciae et Angliae, quae adhuc etiam apud
catholicos Britanniae reges durare dicitur, ut scribit
elmus Toocker in libro, cui titulus *charisma* sive *do-*
sanationis, licet Genebrardus in chronologia dicat, do-
hoc aliquot duntaxat regum esse, non omnium. Sed sit

omnium: non ideo falsa religio erit vera, aut vera fals[illegible] cum donum hoc a Deo non concedatur eo consilio, ut erro[illegible] fidem conciliet, quod praecipue inde colligimus, quia mul[illegible] seculis antequam Calvini, aut Lutheri, aut Wicleffi secta na[illegible] sceretur, donum hoc concessum fuit regibus, quos catholic[illegible] et Romanae ecclesiae studiosissimos et observantissimos fuisse ne ipsi quidem, qui a vera ecclesia defecere, inficiari possunt. Quo igitur fine Deus olim regibus catholicis donum hoc concessit, eodem durat adhuc, si durat apud haereticos, nempe ut in miserorum solatium et subsidium cedat: quid si in testimonium verae et catholicae religionis, ita ut inimici nostri, licet nolentes et inviti, pro nobis testimonium dicant? Si enim in eum finem olim Deus donum hoc regibus pietat[illegible] catholicae ecclesiae studio excellentissimis largitus est, ut[illegible] eodem fine hoc etiam aevo apud non catholicos, catholicorum tamen in solio successores, perseverat: neque enim finem miraculi mutat Deus, ut quod antea erat pro stabilienda fide, sit postea pro perfidia; ut proinde ipsi sua vineta caedant et adversus se testimonium ferant, cum talia opera faciunt, quibus religionem maiorum suorum, quam aspernantur, confirmant. Verum, ut intra lineam nos recipiamus, absimile vero [illegible] est, fieri interdum, tametsi raro, ut a recta religione alieni opera quaedam supra naturae vires edant, vel potestate accepta ab officio, per successionem aut electionem legitime com[illegible]parato, cui Deus gratiam aliquam contulerit, vel peculiari nutu Dei, dividentis dona sua, prout vult et quibus vult: qui nunquam tamen ita dividit, ut per ea pravae doctrinae vim roburque addat, aut addi velit: et si quis haereticus aut schismaticus diceret, donum faciendi miracula sibi divin[illegible] obtigisse ad haereseos aut schismatis sui confirmationem, (quod Calvinianus Toocker de charismate illo curandi strumas ridicule dicit,) is nulli, nisi improvido et inconsiderato, erroris discrimen crearet: nam si quis mentem vel paululum ad[illegible]tat remque accuratius secum perpendat, semper deprehe[illegible] huiusmodi miraculorum effectionem ad alium finem, quam talis ferat, referri: aut si mendacium abstrusius est, quam ut facili negotio ad eius cubilia perveniri queat, ad preces confugiendum erit, petendaque lux a Deo, ne impostorum fallaciis circumveniamur. Quo casu divinae providentiae munus est, ut recte docet Franciscus Soaretz, non permittere, ut qui ad hunc modum se suasque rationes componit, decipiatur. Lege Soaretzium tom. 2. in 3. part. divi Thomae, disp. 31. sect. 2. sub finem. Nullum ergo, dicet aliquis, ad probandam veram doctrinam ex veris miraculis argumentum sumi potest. Non sequitur omnino nullum, sed non omnino necessarium sumi posse, inquit Ioannes Maldonatus in cap. 8.

Matthaei. Probabile fidei argumentum est, quod ex miraculis sumitur, quia per fidem saepe, sine fide raro admodum fieri solent: et cum fiunt non ad probandam eorum, qui faciunt, sed eorum, qui veram fidem habent, fieri solent. Nec enim Balaam futura praedicendo suam ipsius, sed populi potius Dei, adversus quem conductus fuerat, fidem confirmavit: et fere omnia miracula, quae per haereticos facta legimus, quae paucissima sunt, huiusmodi esse constat, qualia ea, quae in ecclesiasticis historiis et apud Anastasium in quaestionibus scripturae recensentur. Est etiam argumentum a miraculis ductum una saltem ex parte necessarium: nam etsi non necessario sequitur, eum, qui miracula faciat, veram habere fidem, tamen necessario sequitur, eam, in qua frequentia et quasi ordinaria miracula fiant, veram esse ecclesiam: quia, etsi aliquando Deus per privatos extra ecclesiam suam homines miracula fieri permittat, sicut et per asinam fecit Balaam, quae in ecclesia certe non erat: tamen nulli generaliter hominum societati, nisi ecclesiae suae ordinariam faciendi miracula concessit potestatem. Haec Maldonatus. Huic sententiae adstipulari videtur Iustinus martyr, seu quis alius, apud quem orthodoxi hanc quaestionem ponunt, et est quaestio quinta: *εἰ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῶν αἱρετικῶν δυνάμεις ἐνεργοῦνται, οἷον νοσημάτων ἰάσεις καὶ πνευμάτων διωγμοὶ ἀκαθάρτων, καρπῶν γῆς φορὰ καὶ ἐλαίου ἀναβλύσεις, πῶς οὐκ ἀνάγκη ἐκ τούτων ἐν τῇ πλάνῃ βεβαιοῦσθαι ἐκείνους;* Respondet Iustinus: *ὥσπερ τὸ ἀνατέλλειν τὸν ἥλιον ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχειν ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους οὐκ ἔστι βεβαιωτικὸν πονηρῶν καὶ ἀδίκων ἐν τῇ πονηρίᾳ καὶ ἀδικίᾳ, ἀλλὰ παρασκευαστικὸν εἰς δικαίαν τιμωρίαν, οὕτως οὐκ ἔστι βεβαιωτικὸν τῶν αἱρετικῶν ἐν τῇ πλάνῃ τὸ ἐνεργεῖν τινας ἐν αὐτοῖς δυνάμεις. εἰ γὰρ ἦν ἀπόδειξις καὶ σημεῖον εὐσεβείας τὸ ἐνεργεῖν δυνάμεις, οὐκ ἂν ὁ κύριος ἀδοκίμους τε καὶ ἀναξίους τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειώσεως ἀποφαίνεται τοὺς εἰρηκότας, κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν;* etc. Quaestione tamen centesima contrarium videtur asseri. Sic enim respondet ad quaestionem propositam Iustinus: *εἰ μὲν διὰ τῶν αἱρετικῶν ζώντων ἢ ἀποθανόντων ἡ θεία χάρις ἐνήργει τὰ χαρίσματα, εἶχεν ἂν τὸ γενόμενον εὔλογον ἀπορίαν. εἰ δὲ οἱ τὰ θεῖα θαύματα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐνεργοῦντες ἅγιοί εἰσιν ἀπόστολοι, προφῆταί τε καὶ μάρτυρες, ὧν τοῖς θείοις ἔργοις διαμαρτύρεται τῷ κόσμῳ ὁ θεὸς ἐκείνων εἶναι τὰς ἐκκλησίας, δι' ὧν θαύματα ἐκτελεῖται, τουτέστι τῶν ὀρθοδόξων.* GRETSER.

Pag. 270, 19. *σφακελλίζων* M. supra lin.
Pag. 271, 3. *ἐῤῥιμμένος* M.
Pag. 272, 4. *ὃ* M. pro *ὃν*.

Pag. 273, 1. πραττόντων om. M. quoque.

Pag. 273, 11. αὐτὴν M. recte pro αὐτά.

Pag. 274, 4. ἐκδιδάξαντι M.

Pag. 274, 25. ἐφεστηκότας M. et εἰρχθείσας.

Pag. 275, 17. Ἐδέσσῃ lege ex M. pro Βοδηνοῖς; ita infra quoque p. 277, 7. ἐξ Ἐδέσσης pro ἐκ Βοδ.

Pag. 276, 16. αὐτὴν M. pro αὐτά, idque reponendum.

Pag. 276, 19. χρήματα, quamvis significet pecunias, valet tamen aliquid etiam latius patens, nempe bona, opes, facultates. Et ego malui voce generali, *res*, quia hoc aptius ad feminas, quibus alia potius, quam pecuniae in deliciis sunt, ut mundus ipsarum. Movet me, quod paulo post de mundo uxoris protovestiarii dicitur, aestimatum duobus aureorum millibus, ubi iterum usurpatur χρήματα. Et rursum de eiusdem protovestiarii suppellectili aurea et argentea. PONTAN.

Pag. 277, 4. ἄλλοτε M.

Pag. 277, 17. Β. τὸν Μυσῶν M.

Pag. 278, 3. ἀνακαλέσασθαι M. pro ἀναμαχέσασθαι. Non opus correctione.

Pag. 279, 6. *ergo tu inventor.* Observa praeclarum exemplum grati animi in imperatore: magni autem in magno domestico, qui pecuniam totam repudiat, quam accipere iuste poterat. Non quivis tantum auri acervum irretortis oculis spectavisset. PONTAN.

Pag. 279, 22. ταμείῳ et ἀχρίδι M.

Pag. 279, 22. ἡμέρας M. text., ἡμέραις a man. 2.

Pag. 281, 12. συμβουλεύσαιμι M. pro συγχωρήσαιμι.

Pag. 283, 5. ἐπηγγείλεσθε M. mg.

Pag. 283, 12. παρὰ θεοῦ M.

Pag. 284, 14. *Strombitzam.* Vel Strumitzam. De hoc oppido ita Gregoras: *Oppidulum Strumitzam intravimus, quod paene supra nubes eminet, adeo praerupto monti impositum, ut homines in propugnaculis sedentes, e valle suspicientibus aviculae videantur.* PONTAN. Infra p. 285, 3. Στρυμβίτζης M.

Pag. 285, 3. *Nicephorus basilicus.* Gregoras: *Tum autem Melenici castello et circumiacentibus locis Basilicus Nicephorus praeerat, vir nobilis ille quidem, sed qui nullo iudicio, simplici ingenio et ad res gerendas inepto esse crederetur. Is vero tum omnium prudentissimus exstitit: quorum alii ex desperatione atque inopia consilii misere mortui, alii inviti capti sunt et infinita mala perpessi, alii ultro se ipsos prodiderunt. Hic vero solus, spe in Deum collocata, ad extremum usque senioris imperatoris spiritum tantae rerum perturbationi se opposuit sincerumque animum et fidem illi praestitit. Neque enim iunioris imperatoris vel magnificis pollicitationibus cessit, vel saevissimas minas et obsidiones pertimuit,*

sed castellum Serras sibi commissum muniit, in eoque, contemptis illis rebus omnibus, sedit, donec senioris imperatoris obitum audivisset. Ad eum enim usque contentionem aequam iudicavit, ultra vero iniquam et minime probandam. Quapropter statim pactione cum iuniore imperatore facta, ab eoque magnifice donatus, castellum dedidit, ac deinde illius voluntate etiam ei praefuit etc. Haec nostris neutiquam consentanea sunt. PONTAN.

Pag. 285, 7. *calamitate.* Quaenam calamitas illa fuerit et genus mortis eius, Gregoras his verbis aperit: *Protovestiarius autem Andronicus ad tempus et ipse despotam secutus, non potuit perpetuo parasiti more aliena quadra vivere, ut ille, sed quantas modo opes, iumenta, possessiones, gloriam cum omni spe subito amisisset, secum reputans, et illa etiam de uxore suspicatus probra, quibus captivae mulieres affici ab hostibus solent, prae desperatione et immenso moerore in locis alienis et desertis oberrans exspiravit.* Stuprum ergo uxoris fuit, quod Cantacuzenus ait: τῷ ἀπροσδοκήτῳ πληγεὶς τῆς συμφορᾶς, ὡς ἐλέγετο. PONTAN.

Pag. 285, 10. *Asanem Triballi.* Pugnantia his scripsit Gregoras. *Michael Asan*, inquit, *Prosaci oppidulo festinanter occupato eiectisque oppidanis firmato, tutum ibi receptum habuit. Paulo vero post, proditionem veritus, a Serviae Crale praesidium accersit: cui oppidulo commisso et ipse ad Cralem abiit.* PONTAN.

Pag. 286, 2. *duce Constantino Asane.* Gregoras: *Sexto die sanctae hebdomadis quadragesimae proelium commiserunt utriusque imperatoris exercitus prope Maurum flumen, hinc Constantino Asane, inde protostratore duce. Sed adversarii vicerunt: e nostris autem ceciderunt milites non amplius decem tribuni, plerique una cum duce Asane capti, ceteri spoliati infeliciter Byzantium pervenerunt.* Non plures decem occisos, vix est credibile. Et magis semper seni, quam iuveni imperatori favet hic Gregoras. PONTAN.

Pag. 286, 22. δὴ M. supra lin.

Pag. 287, 24. κατὰ λόγους M.

Pag. 288, 20. σιργὴν τε νλεζιανὸν τὸν M.

Pag. 289, 8. Βυζαντίων M. et l. 12. λογιστέον M.

Pag. 291, 14. ἐπιλελῆσθαι, καὶ αὐτὸν ὀλίγον M.

Pag. 290, 16. *homo veste lacera.* De duobus Byzantii proditoribus libro nono scriptum a Gregora in haec verba: *Quae cum ita se haberent, duo custodes moenium urbis ad iuniorem imperatorem in eo, quem diximus, loco castra habentem transfugiunt, nomine alter Camaris, alter Castellanus, fabrilem artem exercentes: qui, seducto imperatore, omnibus arbitris remotis, Cantacuzeno magno domestico excepto, de proditione verba faciunt et scriptas pollicitationes pecuniarum*

et possessionum divitum postulantes. Quibus facile impetratis, et hora et ratione rei gerendae indicatis, ipsi quidem veriti, ne vicinis suspecti essent, postridie redeunt. Imperator vero quatuor dies cunctatus ibi, scalas e funibus confecit, qualibus in maximis onerariis utuntur etc. Quod dicit, eos ingens pretium postulasse, id prorsus a nostri narratione abhorret. Verum quae ad laudem iunioris pertinent, Gregoras libenter dissimulat, quod iam saepe dictum est. PONTAN.

Pag. 291, 7. ἐζήτουν M. mg.

Pag. 291, 18. διελέσθαι M. pro διειλέχθαι.

Pag. 292, 10. πρεσβυτέρῳ M.

Pag. 292, 20. τὸ M. pro τοῦ.

Pag. 293, 3. μαρτυρεῖν M.

Pag. 293, 10. γένοιτο M.

Pag. 293, 13. *tria millia equitum Moesorum.* Gregoras: *Bulgarorum princeps seniori contra iuniorem tria equitum millia subsidio ex pacto misit, quibus mandatum, nescio quibus auctoribus, ferebatur, ut, data opportunitate, res novas molirentur. Sed cum venissent, urbem ingressi non sunt, duce eorum tantum excepto. Quare in latus declinarunt, castris ad stadia ab urbe V. et XC. positis.* PONTAN.

Pag. 294, 11. αὐτῶν add. M. mg. post αἴτησιν.

Pag. 294, 20. ἐλθεῖν παρὰ τὴν φρούριόν τι παρὰ τὸ στόμα τοῦ εὐξείνου πόντου λόγους οὖσαν ὀρεινὴν ἅμα M., addito ab altera manu post παρὰ τὴν in mg. λόγους οὖσαν ὀρεινήν.

Pag. 295, 13. ἱππέας M.

Pag. 296, 2. εἰσελθόντας M.

Pag. 296, 6. αὐτοὺς M.

Pag. 296, 12. *periculi porro faciendi.* Plane diversum Gregoras: *Logis ad Bulgarorum ducem, qui castra in propinquo habebat, legatos cum muneribus mittit et plura ei pollicetur, si copias suas domum reduceret. Assensum ad epulas invitat cum tribunis, eosque postridie laetos domum versus abeuntes prosequitur.* PONTAN.

Pag. 296, 19. ἐν τῷ τε πόλεμον M.

Pag. 297, 18. ἐπιβοηθοίη M.

Pag. 298, 5. Ῥουτζέριον M.

Pag. 298, 21. πρὸς Βυζάντιον M.

Pag. 299, 2. ἅγια ἐν κόλποις, huius regis, non erant, nisi sanctorum reliquiae procul dubio, et in iis etiam crucicula aerea, miraculis nobilitata. Itaque illud, *qui in eo propter nos suffixus*, referendum est ad prototypon. Tu pietatem nota veterum Christianorum, etiam principum, qui de collo gestabant res huiusmodi sacras sibique inde coeleste auxilium et in periculis tutamen sperabant. Vide Gretseri de S. Cruce tom. 1. lib. 1. cap. 78. et cap. 60. PONTAN.

Pag. 299, 8. ἐγκόλπια vocat, quae praeter illam parvam crucem foris fortasse a collo pendentia, eaque auro et gemmis insignia, inclusis sanctorum reliquiis, gestabat. PONTAN.

Pag. 299, 22. γράμματά τε ἔχοντα M.

Pag. 299, 23. *alam flammantem.* Videtur ala proprium fuisse symbolum eorum nuntiorum, quos ταχυδρόμους vocabant, eo modo, quo notarios seu scribas quosdam nominabant ταχυγράφους, ob celeritatem scribendi. Hinc etiam statuae τῶν ταχυδρόμων erant πτερωταὶ, seu alatae, quales visebantur olim Constantinopoli, teste Codino in sua Constantinopoli fol. 53., ubi tamen Dousa inepte vertit στήλας *columnas*, cum vertendum sit *statuas*. Manavit autem mos ταχυδρόμους alis instruendi ab ethnico Mercurio, qui et ipse alatus, tanquam celer nuntius. Et flammae illae pictae fuerunt; nam et ignis celeritatis hieroglyphicum est. Ita Iacobus Gretserus. Per huiusmodi alam ardentem et pictam, quam Moesi traderent nuntiis, quos ambulare quam celerrime vellent, dici et hoc forsitan potest, simul ad Mercurium alatum, simul ad ludos allusisse, qui Athenis fiebant et ἀγῶνες λαμπαδοῦχοι dicebantur. In iis qui currebat, lampadem ardentem tenebat, eamque deinceps cursuro tradebat. Eo cursu et lampade humanae vitae brevitatem indicabant. Propius ad alam nostram flammantem accedit Cornificius libro octavo ad Herennium. *Non enim*, inquit, *quemadmodum in palaestra, qui taedas ardentes accipit, celerior est in cursu continuo, quam ille, qui tradit: ita melior imperator novus, qui accipit exercitum, quam ille, qui decedit, propterea quod defatigatus cursor integro facem, hic peritus imperator imperito exercitum tradit.* Lege praeterea, si lubet, epistolam 69. Lipsii Centuria III., ubi multa disserit de hemerodromis seu cursoribus diariis, qui uno die pedibus spatium ingens conficiebant. PONTAN.

Pag. 300, 3. σφετέρου M.

Pag. 300, 22. *scalas binas.* Lipsius Poliorcetici libro I. dialogo 6. ex Herone reticulatas vocat e stuppeis funibus instar retis contextas, ad quarum summitates hami adiecti, ut murorum pinnas apprehenderent. PONTAN.

Pag. 301, 22. ἐπιβοηθεῖεν M.

Pag. 304, 16. *introivit.* Quid imperator senex ad secundum nuntium de ingressu nepotis in urbem fecerit, exponit Gregoras sic: *Imperator solus relictus, nec quemquam habens, quicum dolorem suum communicaret, in suum lectulum et ipse incubuit, nulla veste exuta: sed una cum iis extrema desperatione induta, animo crebris et diversis cogitationibus aestuante iacebat, corpus huc atque illuc crebro revolvens. Interim magnus ad palatii fores tumultus auditur,*

iunioris imperatoris ingressum nuntians, et plausus armorum magnus. Erant enim milites amplius octingenti cum imperatore ingressi, simul etiam faustis undique acclamationibus iunior imperator salutabatur etc. Ex nostro historico constat ad nongentos ingressos. Vides igitur hyperbolen Gregorae. PONTAN.

Pag. 304, 19. *salutavit.* Antequam id faceret, teste Gregora omnibus ducibus et tribunis suis convocatis, graviter edixit, ne avum imperatorem vel manu vel ullo contumelioso dicto violarent, nec quemquam prorsus omnium. *Hanc enim victoriam*, inquit, *Deus nobis dedit*, *non ipsi paravimus*, et quae sequuntur in eam sententiam. Recitat etiam declamatorie verba flebilia, quibus senex a nepote vitam sibi donari precatur: quae tamen pugnant cum humanitate iuvenis in avum toties declarata. Et addit in extremo: *His verbis iunior Andronicus delinitus, avique salutis diligenti cura suscepta; vix etiam a lacrymis temperans, palatium ingreditur, ac primum venerabili Dei genitricis imagine, ut decet, adorata, deinde avum illi inhaerentem abductum salutavit, amplexus est et blandis verbis recreavit* etc. PONTAN.

Pag. 305, 11. τὸν add. M. supr. lin. ante βασιλέα.

Pag. 305, 19. *eoque super equo.* Cum levitate nescio qua restitutum tradit Gregoras: cui qui cito credit, is profecto levis est corde. *Inde in Manganium monasterium abit, ubi patriarcham Esaiam in libera custodia sedisse diximus, quem inde abductum et in unum imperatorium currum sublatum, ita ut purpura ornatus erat, in patriarchicum solium restituit, nullis presbyteris aut episcopis sequentibus aut antecedentibus: sed tibicinibus et tibicinis* etc. PONTAN.

Pag. 305, 21. Πορφυρογεννήτου M.

Pag. 305, 25. *domus magni logothetae.* Hoc etiam narrat Gregoras, sed illud quoque secus quam noster. *Eo die a mane ad vesperam omnes opes a splendidissimis aedibus ablatas, et ipsas dirutas cerneres vulgique ludibrium. Magni logothetae inprimis, et omnes opes, tam quae in iis relictae, quam quae apud amicos depositae fuerant, rapiuntur: nec omnium rerum quidquam est relictum, sed alia in fiscum relata, alia populo in praedam cesserunt. Ita subito cum liberis ad egestatem redactus est, qui post imperatorem omnium felicissimus habebatur. Nam per multos annos successibus usus, uno die in extremam calamitatem incidit. Ibi homines querulos dicere audires tum alia, tum, opes illas pauperum esse sanguinem et lacrymas, suppeditatas ei ab iis, quibus Romanarum provinciarum et urbium administratio commissa fuisset* etc. Eundem ait, cum sine ulla molestia in exilium abdu-

eretur, in stranguriam incidisse, quae molestior ei fuerit, uam cetera omnia, quae perpessus esset, carcere, iactura ignitatis, opum ereptione, vilium hominum obtrectatione et onvitio. PONTAN.

Pag. 306, 7. ἓξ M. quoque pro ἑπτά.

Pag. 306, 7. ἐνάτου M. Ita etiam infra.

Pag. 306, 9. πέμπτου M. quoque, sed recte idem lin. 10. ς.

AD LIBRUM SECUNDUM.

Pag. 310, 3. δοκῶ M.

Pag. 311, 4. *rationes avi.* Nimium quantum ab his liena longeque diversissima Gregoras lib. 9. de conditione vi Andronici, qua fuerit, capta a nepote Constantinopoli: ixisse miserrime et in extrema demum egestate vitam finiisse. Gregorae mendacia sequuntur continuator Glycae et lii, Andronicumque iuniorem tyrannum et parricidam faciunt. Tu ipse leges, si voles; me enim illa huc afferre piet profecto. Sed omnium falsidicorum illorum anteambulo st Gregoras. PONTAN.

Pag. 311, 15. πικὴν. Verisimile fit, πικὴ hic vectigal ex ice, hoc est, e fodinis picariis significare: inde enim pendi olitum vectigal, patet. Pandect. lib. 50. tit. de verbor. significat. *Publica vectigalia*, inquit, *intelligere debemus*, *ex uibus vectigal fiscus capit: quale est vectigal portus vel vealium rerum: item salinarum et metallorum et picariarum* nale enim legitur *piscariarum*). Picariae, inquam, ad reddiıs regales pertinent, et picem fossilem inveniri scriptum a linio lib. 16. cap. 12. Sed his obstat Gregoras, qui libro ono de eadem re loquens, ait Andronicum iuniorem assignasse vo τὴν ἐπέτειον πρόσοδον τῆς ἁλιευτικῆς, *annuum redditum iscationis*, ἣ πρὸ τοῦ Βυζαντίου τελεῖται δέκα χιλιάδων τέως γιστα οὖσαν. Videtur ergo illud πικὴ potius a Latino voıbulo *piscis*, quam a *pice* sumptum. PONTAN. παρέσχετοπιὴν M., ut coniungendum sit παρέσχε τοπικὴν.

Pag. 312, 5. μή τις διὰ M.

Pag. 312, 6. ἀχθέντα M. mg. pro ἐλθόντα.

Pag. 312, 8. *Byzantiumque postliminio reverıs.* Gregoras: *Magnus autem logotheta ab exilio reversus, on domi suae divertit, quae, ut iam diximus, imperatore bem ingresso, pridem erat diruta et vastata prorsus a poılo: sed in eius vicinia, in Chorae monasterio, quod ipse ntea magnis sumptibus instaurarat* etc. PONTAN.

Pag. 312, 12. *ne lites et controversiae nascerentur.* Aliter et quidem iustius fecit Aratus Sicyonius: nec mirum, quia longius intervallum 50., quam 6. annorum, maiores mutationes effecerat. Ergo is, cum eius civitas quinquaginta annos a tyrannis teneretur, profectus Argis Sicyonem, clandestino introitu urbe est potitus. Cumque tyrannum Nicoclem improviso oppressisset, sexcentos exules, qui fuerant eius civitatis locupletissimi, restituit, remque publicam adventu suo liberavit. Sed cum magnam animadverteret in bonis et possessionibus difficultatem, quod et eos, quos ipse restituerat, quorum bona alii possederant, egere iniquissimum arbitrabatur, et quinquaginta annorum possessiones movere non nimis aequum putabat, propterea quod tam longo spatio multa hereditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebantur sine iniuria: iudicavit neque illis adimi, neque his non satisfieri, quorum illa fuerant, oportere. Cum igitur statuisset, opus esse ad eam rem constituendam pecunia, Alexandriam se proficisci velle dixit, remque integram ad reditum suum iussit esse: isque celeriter ad Ptolemaeum suum hospitem venit, qui tum regnabat alter post Alexandriam conditam: cui cum exposuisset, patriam se liberare velle, causamque docuisset, a rege opulento vir summus facile impetravit, ut grandi pecunia adiuvaretur. Quam cum Sicyonem attulisset, adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognovit et eorum, qui aliena detinebant, et eorum, qui sua amiserant: perfecitque aestimandis possessionibus, ut persuaderet aliis, ut pecuniam accipere mallent et possessionibus cederent, aliis, ut commodius putarent, numerari sibi, quod tanti esset, quam suum recuperare. Ita perfectum est, ut omnes, constituta concordia, sine querela discederent. Haec Cic. 2. Off. PONTAN.

Pag. 312, 22. *veniam episcopis.* Gregoras: *Proinde non multis diebus post, Isaiam patriarcham convenit, ac primum ei suadet, ut iram adversus episcopos deponat et populum interdicto solvat. Neque enim par esse, cum ipse omnibus omnia condonaret, ad quem publica delicta spectarent, illum patriarcham et pacis doctorem alere simultates, nec eius iram occidere tot solibus occidentibus, cum ne unus quidem, durante illius ira, occidere deberet.* PONTAN.

Pag. 313, 3. *proditoribus supplicia.* Gregoras: *Deinde ad ultionem et persecutionem episcoporum et presbyterorum se convertit, eorumque aliis sacerdotio ad certos annos interdixit, aliis usque ad obitum. Sunt etiam, quos levius multarit. Sed ut paucis absolvam, nemini veteris imperatoris studio pepercit.* PONTAN.

Pag. 313, 6. *λέγοντα* M. et lin. 5. *ἐκείνων* pro *αὐτῶν*.

Pag. 313, 10. *Κυβερνίτην* M.
Pag. 313, 16. *περιασώζεται* M. supr. lin.
Pag. 313, 16. *Marcum Caballarium.* Notabis exemlum admirabile, in reo conscientiae, in iudice misericordiae, ı spectatoribus non vulgaris et salutiferi motus.
Pag. 313, 23. *εἰς τὰ βασίλεια* M. recte.
Pag. 313, 25. *εἰς βασίλεια* M.
Pag. 314, 8. *κατεῖχε* M.
Pag. 315, 1. *velut in scena.* In scena tragica seu ı tragoedia. Apud Stobaeum Timocles comicus, quid prosint ·agicorum scripta, satis declarat his verbis: *Qui pauper est, um non minus quam Telephum se egere sentit, fert malum uietius. Insanit aliquis? Alcmaeonem respicit. Caecutit? Oeipi levat damno suum. Orbus quis est? lamenta Niobes coitat. Claudus? reminiscitur Philoctetae pedum. Habet Oenem, quisquis senex est et miser. Quicumque, aliis quid accidat, eputaverit, erit in suis alacrior periculis.* Et cum vera sit ıpientia, humanas res penitus perceptas ac pertractatas habere, nihil admirari, cum acciderit, nihil, antequam evenerit, on posse evenire arbitrari, valet eo plurimum tragoedia: ubi cemplis evidentibus ostenditur, in rebus hominum nihil esse abile, diuturnum ac perpetuum: omnia fluxa, caduca, iunia. Et omnino plus virium habet ad vitam recte institudam tragoedia, quam nuda philosophorum praecepta. Praepue autem prodest viris praepotentibus, ut dum illi Polyestores, Agamemnonas, Hercules, Polynices legunt, se quoque omines et fortunae casibus subiectos esse recordentur. PONTAN.
Pag. 313, 2. *τοσαῦτά τε ὕβρικας* M.
Pag. 314, 4. *δευτέρου* M.
Pag. 314, 5. *ἀπαλλάξαι* M.
Pag. 317, 3. *ἐφ' ἑαυτοῦ* M. et lin. 18. *ἀρνηθείης.*
Pag. 318, 12. *πυθόμενοι* M. quoque, sed lin. sq. *αὐτὸν.*
Pag. 320, 7. *ἀντίκειται* M. recte.
Pag. 320, 15. *προσεσχομένων* M.
Pag. 321, 1. *τῶν ἐν τῷ βίῳ* recte M.
Pag. 321, 17. *ὑπὸ* lege cum M. pro *παρὰ.*
Pag. 323, 17. *ἐμοὶ* add. M. mg. ante *μάχεσθαι.*
Pag. 323, 17. *δεῖ* M.
Pag. 324, 16. *ἐν* add. M. mg. ante *Διδυμοτείχῳ.*
Pag. 325, 2. *ἐμβεβληκέναι* M. recte.
Pag. 325, 6. *θρησκείας* M. quoque.
Pag. 325, 12. *ἀναχθεὶς* M.
Pag. 326, 13. *ornati.* Virgilium amare delectarique rmis pulchris et elegantibus, eaque non ducibus tantum, ed militibus quoque concedere, docuimus in symbolis nostris d 3. Aeneid. Narravimus de Xenophonte ex Aeliano lib. 3.

cap. 24, qui aiebat, si vicisset hostes, elegantissimo quoque ornatu se dignum esse, et, si vitam in acie amitteret, cum quodam decore oppetiturum in armatura splendida. Memorat item Curtius lib. 5. Alexandrum scuta laminis argenteis operuisse, equos fraenis aureis ornavisse. Vide causam ibi. Praecipit item Onosander imperatori, curet, ut exercitus armis splendentibus instructus fulgeat. Quod facili negotio fiet, si gladiorum mucrones probe acuantur et galeae loricaeque frequenter abstergantur. Milites enim quasi micantibus armorum scintillis terribiliores apparent, multaeque per oculos species in animos delapsae, perterrere adversarios solent. Addamus et istuc pro corollario. Leo imperator de apparatu bellico cap. 6. *Quanto decentior in armatura sua miles est, tanto maior illi alacritas, et hostibus formido vehementior aderit.* PONTAN.

Pag. 326, 14. *οἱ μὲν θώραξιν ἐκ βύρσης πεποιημένοις, οἱ δὲ ἁλυσειδωτοῖς.* Virgilius 3. Aeneid. vocat loricam *consertam hamis.* Explicat Lipsius hoc genus loricae, de militia Rom. lib. 5. dial. 6. *Loricas hamatas dixerunt Latini*, inquit, *quia circuli et catenae nexae hamuli speciem dimidiati referebant: vel quia et hami catenulas iungebant.* Lorica quidem hamata versa a veteri bibliorum interprete, lib. 1. Reg. cap. 17., ubi in Graeco *θώραξ ἁλυσιδωτὸς*, ad verbum *lorica catenata.* Et non aliud fuit, quam circuli sive annuli ferrei inter se nexi, more quem hodie Galli et Germani servamus, etsi exolescentem. PONTAN.

Pag. 327, 23. *per phalangas.* Vegetius lib. 2. cap. 2. *Macedones, Graeci, Dardani phalanges habuerunt.* Vide Stevechii comment. Alexander ab Alexandro lib. 6. cap. 13. *Quod legio quondam apud Romanos fuit, id phalangem Graecis, Macedonibus et Dardanis ceterisque nationibus valuisse, monumentis proditum est. Ea enim in libero campo, et si quando exspatiari licuit, magno usui fuit. Cum vero arctis faucibus et praeruptis saxis, aut inter angusta viarum premitur, non est ea vis potestasque: quippe Macedonica phalanx immobilis, semper ex stabili peditum agmine, nec partiri, nec dividi facilis erat, quod in Romana legione longe secus* etc. Optime Phalangem explicat Curtius lib. 3., cum de Macedonibus loquitur. PONTAN.

Pag. 328, 8. ὥσπερ M. mg. pro ὡς.

Pag. 328, 12. *instare cedentibus.* Etiam bestiae quaedam fugientes persequuntur, persequentes fugiunt. Et quoniam barbari parum differunt a brutis animantibus, quia barbari, hoc est inculti, agrestes, inhumani sunt, non mirum eos in hoc quoque bestias imitari, sensuque potius duci, quam ratione regi, cum quid virtutis atque fortitudinis sit, non videant, et gustum verae gloriae nullum habeant. PONTAN.

Pag. 329, 11. *in arcem Anemae.* Quamvis Graece εἰς ὴν τοῦ Ἀνεμοῦ καλούμενον πύργον, tamen existimo, non tam urrim solam, quam locum quempiam munitum seu arcem υνεκδοχικῶς indicari: et ita nomen πύργος videtur alibi quoue usurpare, quod observavi. Germani dicerent, *in die Burg,* ι *die Vestung.* Sed prius illud a Graeco fluxit, ut alia huις linguae quam plurima. PONTAN.

Pag. 329, 19. *illum amare.* Amor imperatoris in doιesticum seu Cantacuzenum, et huius in illum, multis locis, raesertim per hunc et tertium librum memoratur: fuit enim ngularis, et possunt hi inter illa paria numerari, quorum ob micitiam immortalis est memoria. Rursum cap. 9. lib. 3. c. 3. . 6. 14. 22. 24. 53. 74. 82. 99. lib. 4. cap. 1. 5. 24. Omitto ocos libri primi, et insignem illum ex testimonio matris doιestici cap. 28. eiusdem libri. PONTAN.

Pag. 330, 2. ἔτι δὲ τὲ εἰ M., deleto tamen δὲ a manu 2.

Pag. 330, 3. πάντως M.

Pag. 330, 6. αὐτὸν M.

Pag. 330, 13. πεπεῖσθαι om. M.

Pag. 330, 15. ἀναβαθμοὺς M.

Pag. 331, 2. τῆς εἱρκτῆς adde ex M. ante ἀπολυθῆναι.

Pag. 331, 18. *a poetis et historicis.* A poetis uidem celebratur amicitia Pyladis et Orestis, Thesei et Piithoi, Achillis et Patrocli, Nisi et Euryali. Ab historicis et liis scriptoribus Alexandri magni et Hephaestionis, Pythiae et Damonis, Epaminondae et Pelopidae, Scipionis et Laelii. Nec ;nobilis est in divinis litteris Davidis et Ionathae arctissima ιmiliaritas et irrupta copula. Quod autem amicus dicitur *lter ego*, Plutarchus commentario περὶ πολυφιλίας, nihil liud sibi velle ait, quam *binarium esse amicitiae mensuram.* 'aulo post: *Itaque valde amare et amari inter multos locum on habet: sed sicut amnes in multos divisi alveos, imbecilli 'uunt ac tenues: sic vehemens amor in animo, si dissipetur ι multos, enervatur.* PONTAN.

Pag. 332, 6. ἰσχυροτέραις ἢ, ὅ φασιν, ἀνάγκαις γεωμερικαῖς. Vocantur ἀνάγκαι Graecis probationes illae, quae ecessario concludunt, quas contra afferri nihil potest: quae ιtellectum convincunt. Anacreon dixit τῶν ῥητόρων ἀνάγαις, ubi puto rhetorum nomine dialecticos accipiendos, seu sse commune nomen ad rhetores proprie dictos et dialectios: praesertim cum dialectica Ciceroni dicatur astricta et ontracta quaedam eloquentia: ut vicissim rhetoricam latiorem t fusam dialecticam appellare liceat. Sunt enim ambae in isserendo positae. PONTAN.

Pag. 332, 7. ἀπεδειξάμεθα M.

Pag. 332, 10. *talem erga Deum caritatem.* Forte

illum locum Ioannis intelligit, cap. 15.: *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Certum est maiorem caritatem ab hominibus Deum non requirere. PONTAN.

Pag. 332, 20. *quorum criminum.* Indicat haec crimina Gregoras lib. 8. *Syrgiannes vero imperatorum concordia minime laetus, animo aeger et tristi vultu obambulabat: maxime quod tranquillis rebus nullus eius usus in republica esse videbatur*, et quae sequuntur. Vide etiam pagina antecedente. *Ceterum magnus dux Syrgiannes rebus non ex sententia succedentibus* etc. PONTAN.

Pag. 334, 5. *sub uno enim magistro.* Virgilius 8. Aeneidos de Pallante, quem Euander parens Aeneae, ut magistro militari commendat ac tradit, *sub te tolerare magistro Militiam et grave Martis opus, tua cernere facta Assuescat, primis et te miretur ab annis.* PONTAN.

Pag. 334, 6. *non modo huius aetatis.* Quadrant huc verba M. Tullii ex Maniliana, de Cn. Pompeio. *Pompeius, qui non modo eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam virtute superavit* etc. Nihil igitur ad hunc Angelum Asanem ex Graecis illis, quorum vitas scripsit Aemilius Probus, Miltiades, Themistocles, Chabrias, Epaminondas et alii: nihil ex Romanis Fabii Maximi, Scipiones, Marcelli, omnes denique belli duces, quos Cicero 1. de orat. praestantissimos ac paene innumerabiles ex una civitate (Roma) proferre posse affirmat. Sed Graeci genus hominum in laudes suas effusum et *φιλόδοξον*. PONTAN.

Pag. 334, 10. *πρώτοις* om. M. text., *πρώτως* mg. et supra *πρότερον*.

Pag. 334, 12. *παρασχομένου καὶ* M. pro *παράσχοις αὐτὸς*.

Pag. 334, 13. *ἀπολύσαντος* et *μεταβάλοι* M. supr. lin., deinde *νομίσαντα* in text. et lin. 14. mg. *διδαχθεὶς*.

Pag. 334, 15. *εὔνους καὶ φίλος πιστὸς* M. supr. lineam. Totum locum ita scribi vult Spengel. l. l. p. 354. *τὸ δέ με πάντων μάλιστα πεῖσαν, ὅτι εἰ τοσαῦτα ὅσα σύνοιδεν αὐτῷ προσκεκρουκότι σοῦ συγγνώμην παρασχομένου καὶ πάσης αἰτίας ἀπολύσαντος, μεταβάλοι ἀνομήσαντα καὶ αὐτὸν, ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν διδαχθεὶς, περὶ οἷον ἠγνωμόνει, καὶ τοῦ λοιποῦ μενεῖ εὔνους καὶ φίλος πιστός.*

Pag. 334, 16. *μέγιστά με ἔξειργ.* M. mg.

Pag. 335, 14. *Syrgiannes carcere.* Narrat etiam Gregoras in haec verba: *His temporibus Syrgiannes carcere educitur, scripto prius iureiurando dato, et atrocissima quaeque sibi imprecatus, si quid contra imperatorem moliretur; sin quovis modo apud integros iudices mendacii convinceretur,*

raeter diras illas ut etiam capite plecteretur. Non tamen ıansit in fide, et interfectus est, tamquam perfidus, ut doce-ıitur cap. 25. Et quem Xena iam devoratum vult, postea doptat, eique se totam committit, ut est apud eumdem Gre-oram. PONTAN.

Pag. 337, 13. *ἱρᾶν* M. mg.

Pag. 338, 17. *ἀναθεῖεν* M. quoque.

Pag. 339, 8. *ὁ μέγας δὲ δομ.* M.

Pag. 339, 12. *τῶν κοινῶν πραγμάτων διοικητής.* Est apud os cancellarius; itaque explicationis causa paene hoc verbum dieci. Qui fuerint *μεσιτεύοντες, μεσάζοντες τοῖς πράγμασι, ῶν πραγμάτων τοῦ βασιλέως,* ut his libris persaepe nominan-ır, infra dicetur. PONTAN.

Pag. 339, 21. *principem Phrygiae Tamercha-em.* Turcae, non e Tartaria, sed e Perside pulsi a Tarta-is, in Asiam minorem commigrarunt, quam nunc Anato-am vocant. Septem duces eam subactam inter se diviserunt, t ait Laonicus. Caramano obtigerunt mediterranea Phrygiae ıaioris cum Cilicia: cuius a nomine quae prius Cilicia, po-tea Caramania fuit dicta et usque hodie dicitur. Sarchani ɔrs maritimam Ioniae regionem Smyrnam usque tribuit: unde archaniae nomen est adepta. Calami et filio Carasi obvenit ɩydia usque ad Mysiam: quae regio Carasia fuit appellata.)sman Etruculis filius Bithyniam, cum regionibus Olympum ersus spectantibus, et cum Te Kie nactus est. Ab hoc Os-ıania vel Othmania (quemadmodum hactenus alii scribunt,) icta. Amurae filios tradit Laonicus accepisse Paphlagoniam ım iis, quae ad Euxinum vergunt. Vide plura apud Leun-avium in Pandecte historiae Turcicae. PONTAN.

Pag. 340, 4. *καὶ οἱ ἄλλοι* M. recte.

Pag. 340, 20. *αὐτῷ καὶ τὰς* M. quoque.

Pag. 341, 7. *Βυθηνίαν* M., sed. corr. *Βιθυνίαν.*

Pag. 341, 22. *ἀναχωρησάντων* M.

Pag. 342, 9. *in orientem.* De hac expeditione legas ɜnseo, quae libro 9. narrat Gregoras et cum nostra narra-one conferas; quam multo uberiorem ac distinctiorem, addo :iam veriorem invenies. PONTAN.

Pag. 342, 10. *ad Scutarium.* Angulo Sultanini Saraii, l est, palatii, respondet e regione Scutarium in Asia, dis-ınctis a se invicem locis hisce dumtaxat uno milliari Graeco. nte vero, quam hic traiectus superetur, occurrit in ipsis aquis ɩtructa quaedam arx parva, quam turrim Scutarinam Graeci ɔcant, Turci Kisculam, hoc est, arcem virginis. Distat a ɔntinente Asiana Scutarium centum passibus. Nomen op-ido vicino dedit, ut id Graecis hodie Scutarium, Turcis Isco-ar dicatur: olim non Chalcedon, ut quidam magni viri

falso putaverunt, sed Chrysopolis. Leunclavius Pandecte historiae Turcicae. PONTAN.

Pag. 342, 16. αὐτῷ καὶ πεζῇ M.

Pag. 343, 16. οἰκείαν M.

Pag. 344, 4. *ex incursu.* Tale genus pugnae habes apud Maronem lib. 11.: *Bis Thusci Rutulos egere ad moenia versos* etc. PONTAN.

Pag. 344, 6. *tela in tergum.* Sic Parthi pugnare consueverant. Unde Horat. Ode 19. lib. 1.: *Et versis animosum equis Parthum.* Fugientes, inquam, ex equis pugnabant. Virgilius 3. Georg: *Fidentemque fuga Parthum versisque sagittis.* PONTAN.

Pag. 344, 17. ἐλθόντες M. mg. pro ἑστῶτες.

Pag. 344, 24. *totum paene orbem.* Iovem pollicitum esse, e Troianis nascituros Romanos, *qui mare, qui terras omni ditione tenerent,* ait Venus 1. Aeneid. Postea Iupiter de Romanis, *His ego nec metas rerum, nec tempora pono: Imperium sine fine dedi* etc. Vide quae in symbolis nostris ad hunc locum annotavimus, in quibus illa ex Cicerone Philipp. 3.: *Nos principes terrarum omniumque gentium.* Philipp. 6.: *Populi Romani victoris dominique omnium gentium.* Agit etiam de magnitudine Romani imperii Appianus praefat. historiae suae, et Lipsius libro, quem Admiranda inscripsit. Onosander praefat. Strategici praeclare, *Romanos neque rex, neque civitas, neque gens ulla imperii amplitudine superavit. Immo nec tantam attingere unquam potuit* etc. PONTAN.

Pag. 345, 5. ἡσσᾶσθαι M. mg.

Pag. 345, 23. *praeter ea, quae prius nobis abstuler.* Demosthenica plane sententia, ex 1. Olynthiaca, πρὸς οἷς ἀφῃρήμεθα πρότερον ὑπ' αὐτῶν, καὶ τὴν οὖσαν καρπωσόμεθα ἀδεῶς. Valeret eadem sententia, immo tota oratio Olynthiaca illa hodie magnopere ad Christianos in Turcam exhortandos: et ea usus est olim ad verbum, in eodem argumento, pauculis nonnunquam de suo interiectis, Bessarion Cardinalis eruditissimus ac celeberrimus. PONTAN.

Pag. 346, 3. κολασθήσεται M. quoque.

Pag. 346, 3. *fugientibus valde instate.* Onosander cap. 11.: *Hostium discessiones,* inquit, *semper suspectae, nec unquam susque deque habendae. Et considerandi potius locorum, quam hostium situs, nec solum qua via ducatur exercitus, prospiciendum, sed etiam ut eadem reduci possit, providendum. Et vel copias non immittat, sed coerceat ac reprimat: vel si immittat, caveat diligenter, et montium cacumina angustiarumque fauces, relictis custodibus, occupari a suis curet, ut tutum iter receptui praestetur.* Sic ille. Pyrrhus Epirotarum rex praecepit, non esse pertinaciter instandum hosti

fugienti: non solum ne fortius ex necessitate resistat, sed ut postea quoque facilius acie cedat: ratus, non usque ad perniciem fugientibus instaturos victores. PONTAN.

Pag. 347, 3. *aut honeste victuros.* Quod profitentur, se honeste victuros, indicant, non fugituros, et hostem superaturos potius, quam se illi dedituros. Nam qui e praelio fugit, non vivit honeste: nec qui se timore fractus hosti dedit. Instituto quidem Lacedaemoniorum, apud quos aut vincere oportebat aut mori, nihil dabatur tertium. Lacedaemoniorum igitur spiritus et animos milites isti gerebant. PONTAN.

Pag. 347, 4. *signoque crucis.* Christianae pietatis est, omnia in nomine Domini et cum fiducia caelestis auxilii facere: cuius voluntatis ac spei signum est, formatum in fronte aut in aëre ante nos expressa manu sanctae crucis figura: per quam bona omnia, et salus nobis per filium a Deo patre impetrata est. Credo etiam hos milites fuisse memores illius, quod in vita Constantini legimus, *in hoc signo vinces.* Sunt et alia exempla, et unum illustre sancti Martini, cui cum timiditas obiiceretur, propter quam missionem peteret, *ego*, inquit, *signo crucis, non clypeo protectus aut galea, hostium cuneos penetrabo securus.* Sulpitius in eis vita. PONTAN.

Pag. 348, 2. *ἀπέθανεν* add. M. mg. post *οὐδείς.* Spengel. l. l. coni. *οὐδεὶς οὔτε ἀπέθανεν, οὔτε ἐτρώθη.*

Pag. 348, 15. *καὶ κατὰ κράτος* M.

Pag. 349, 23. *ἐκέλευσε* M.

Pag. 350, 2. *medium tenet.* Locus imperatoris in exercitu, quod vidit poeta noster, cum sic de Turno cecinit, principio libri 9.: *Iamque omnis campis exercitus ibat apertis* etc. Libro item 10. de Ascanio, qui personam patris ac summi proinde ducis referebat, in obsidione sustinenda. *Aquila circa medium totius legionis locabatur,* inquit Lipsius de Milit. Rom. libro 4. dial. 4., *ibi enim imperator ut sit oportet, unde prospiciat et mandet facillime in omnes partes. Is autem locus medius est: sed paulum tamen ad finem magis admotus. Nam inter principes et triarios ante aquilas stetisse censeo imperatorem. Argumento, quod is eius situs in castris, ante principia dico et aquilas.* PONTAN.

Pag. 353, 3. *Andronici filio, cognato suo.* Quamvis Graece sit *ἐξαδέλφῳ*, quod patruelem interpretantur, tamen certum est, Manuelem Andronici Asanis filium, imperatoris huius patruelem minime fuisse: nisi ipse Asanes senior Michaelis patris imperatoris frater fuerit. Atqui non fuit. Veruntamen cum Andronicus Asanes ex sorore senioris Andronici imperatoris natus sit (siquidem is *θεῖος* eius dicitur), Manuel hic cum minore Andronico, ut patet, cognatione coniunctus fuit. PONTAN.

Pag. 353, 16. *κατενεχθέντος* M. mg. pro *πεσόντος*.

Pag. 353, 18. *ἐπέζησε* M. recte.

Pag. 354, 4. *Sebastopulus.* Quidam Sebastus nomine; nam *πουλος* et *πουλον* syllabae sunt adiectitiae recentium Graecorum, idque tam in appellativis, quam propriis nominibus, nihil significantes. Apud quos legas *ἀετόπουλα* pro *ἀετοὶ*, *ἀρχοντόπουλον* pro *ἄρχοντα*, *στρατηγόπουλος* pro *στρατηγὸς*, *τουρκόπουλος*, *οὐμβερτόπουλος* pro *τοῦρκος* et *οὐμβέρτος*. Sic Othonopulus, Francopulus etc. A *πέλεσθαι* videntur ducta ambo, et pro *πολὸς* dici. Plura Scholiastes Curopalatae. PONTAN.

Pag. 354, 13. *fugam simulabant.* Genus doli militaris, quo usi sunt Israelitae contra Beniamitas lib. Iudicum cap. 20. Nam fugam arte simulantes, consilium inierunt, ut abstraherent eos de civitate (Gabaa) et quasi fugientes, ad supradictas semitas perducerent etc. Tale narrat Zonaras tomo 3. Annal. in Constantino, Constantio et Constante fratribus imperatoribus. Nam qui missi erant (a Constante contra Constantinum, qui paterna partitione non contentus, fratris provincias invadebat,) cum parum a Constantino abessent, insidias locant, pugnaque inita fugam simulant. Quos dum Constantini milites persequuntur, qui in insidiis collocati fuerant, a tergo invadunt. Sic fugientibus etiam conversis, in medio duorum exercituum intercepti, magna ex parte cadunt, ipso etiam Constantino interfecto. Vide in hoc genere strategema Gorgiae contra Phoebidam apud Polyaenum lib. 2. PONTAN.

Pag. 356, 1. *ἐπιθεμένων* M. mg.

Pag. 357, 1. *Παχατούρης* M.

Ibidem. Osmani patris Orchanis coaevi. Ita scribo pro Atumano, quod habet Graecus codex. Vulgus Othmanum seu Othomanum nominat et eius posteros Othomanidas pro Osmanidis: postulat id Arabicae et Turcicae linguae pronuntiatio, et Graeca prolatio nominis, per *θ* scripti, non adversatur: quando istaec littera non latinae *t* vel *th* respondet, sed ex usu Graecorum gemino potius *ss* cum sibilo quodam expresso. Leunclavius. De origine autem huius Osmani seu Osmanis, et propagatione imperii Turcici, ex Sultanorum Osmanidarum seu Turcicis Annalibus audi somnium, non dissimile illi, quod Astyages rex Medorum de filia sua Cyrum genitura vidit, quodque Herodotus et Iustinus retulerunt. *Accidit aliquando, ut Etrucules fessus interdiu semet ad quietem componeret. Ibi tum ei somnium se quoddam obtulit, quo viso fuit experrectus. Mox hinc et inde rem cogitabundus expendens, corpus abluit, preces suas absolvit, habituque mutato, Coniam profectus, urbem ingreditur. Agebat istic vir auctoritatis et doctrinae maximae, cui nomen Edebales, operum et prodigiorum mirabilium effector, in quem*

coniecti erant omnium oculi, quod eos in lege Mahometana institueret ac facultates ceteroqui amplissimas possideret. Etiam Sultanus ipse, quem diximus, Aladines plurimum ei tribuebat. Hunc ubi convenisset Etrucules, ut somnium illi suum exponeret, Venerande vir, ait, per quietem visus sum videre splendorem lunae prodeuntem e sinu tuo, qui meum in sinum penetraret. Eo cum delatus esset, ex umbilico meo mox enatam fuisse arborem, quae regiones aliquot ac praealtos montes latosque campos umbra sua tegeret. Ad ipsas autem radices arboris perennes aquas emanasse, quibus vineae passim et horti irrigarentur: ac secundum haec experrectus fui. Posteaquam diu multumque semet Edebales, qui a suis vir sanctus habebatur, ob interpretationem somnii torsisset, tandem oratione ad Etruculem conversa, Nascetur tibi filius, inquit, vir optime, cui nomen erit Osman. Is bella plurima geret, ac posteri tui deinceps reges terrarumque principes erunt. Mea quoque filia nuptura est Osmani, ex qua procreabit ille liberos, qui ad dignitatem regiam pervenient ac populis cum imperio praeerunt. Secundum illa natus fuit Osman, qui cum adolevisset, Mahometani illius filiam duxit uxorem, de qua natus est ei filius Urchan (quem Orchanem nostra historia vocat). *Cumque Osman provinciis aliquot occupatis principatum sibi constituisset, partem ditionum inter duces militares, qui ea in loca cum Etrucule patre venerant, liberaliter distribuit: a quibus illae regiones hodieque nomina sua sortitae sunt. Itidem Urchani filio ditiunculam, cui nomen Chisar Saugagi et cognomen Inunge, concessit.* PONTAN.

Pag. 357, 18. κἂν M. pro καὶ εἰ et lin. 19. ἡσυχάζῃ.

Pag. 357, 24. *loca coniicere.* De idoneo loco eligendo Vegetius libr. 3. cap. 13. „Bonum ducem convenit nosse, magnam partem victoriae ipsum locum, in quo dimicandum est, possidere. Elabora ergo, ut conserturus manum, primum auxilium captes ex loco, qui tanto utilior iudicatur, quanto superior fuerit occupatus. In subiectos enim vehementius tela descendunt et maiore impetu obnitentes pars altior pellit. Qui adverso nititur clivo, duplex subit et cum loco et cum hoste certamen. Sed illa distantia est, quod si de peditibus tuis victoriam speras contra equites hostium, loca aspera, inaequalia, montuosa debes eligere. Si vero de equitibus tuis contra adversarii pedites victoriam quaeris, sequi debes paulo quidem editiora loca, sed plana ac patentia, neque sylvis, neque paludibus impedita." PONTAN.

Pag. 358, 13. ἀνυσθῇ M. mg.

Pag. 359, 5. ἐθρύλλησαν M. mg.

Pag. 359, 11. *εἴ τι συμβαίη περὶ βασιλέα.* Et Demosthenes, *εἰ παθεῖν τί μοι συνέβη*, id est, *si mortuus fuissem.* Quomodo et Cicero loquitur. Pro Milone, *si quid mihi acciderit, priusquam hoc tantum mali videro.* Et 2. de Invent. *si quid pupillo accidisset.* In 1. autem Philippica, *si quid mihi humanitus accidisset*, id est, ut homini. Ea est autem naturae humanae conditio, ut a morte nunquam tuta sit. Habet ergo verbum *πάσχω* Graecis, modo optativo, particulis *εἴ τι* praecedentibus, singularem quandam patiendi significationem, videlicet mortem. In 4. Catilinaria dixit, *si quid mihi obtigerit, aequo animo paratoque moriar.* Et in Maniliana, *si quid eo* (Pompeio) *factum esset.* PONTAN.

Pag. 359, 19. *οἰόμενον* M. quoque.

Pag. 359, 21. *ἀπήγγελλειν* M.

Pag. 361, 8. *σφετέρῳ ἡ κίνησις* M.

Pag. 361, 9. *παρζαλοῦν* scribe cum M.

Pag. 362, 11. *τῇ δὲ προτεραίᾳ.* Quando huc venerint isti equites ac pedites et a quibus barbaris interempti sint, non queo coniicere: certe Orchanes mane venit Philocrenen, hora altera post ortum solis. Existimo loco *τῇ δὲ προτεραίᾳ*, legendum *τῇ δὲ ὑστεραίᾳ.* Consideret lector. PONTAN. *τῇ προτεραίᾳ δὲ* M.

Pag. 363, 20. *συγκατεργάσασθαι* M. supr. lin.

Pag. 364, 5. *παρὰ τοῖς πλείοσι γενέσθαι, apud plures esse.* Sic rursum cap. 16. *ἄν τε γὰρ ἀπέλθω πρὸς τοὺς πλείονας.* Loquitur eodem modo Plautus Trinummo: *quin prius me ad plures penetravi? Plures* vocant mortuos, quoniam revera plures sunt mortui, quam vivi. Aristides Sophista: *ταῦτα εἰπόντας ἂν αὐτοὺς οἶμαι ῥᾳδίως πάλιν πορεύεσθαι παρὰ τοὺς πλείονας, εἰ δὴ κἀκείνους μετὰ τῶν πλειόνων χρὴ κεῖσθαι δοκεῖν, ὅπερ ἔγωγε οὐκ οἶμαι.* Verumtamen sensum verbis aliis paulo clarius expressi, cum dixi, *hac luce decederet.* PONTAN.

Pag. 364, 11. *ἀγαθὴ* M.

Pag. 364, 14. *si quis animis sensus.* Sulpitius ad Ciceron. in illa consolatoria epistola super obitu Tulliae. *Quod si quis etiam inferis sensus est, qui illius in te animus fuit, hoc certe illa te facere non vult.* Isocrates in laudatione Evagorae tali quodam principio usus est, cum dixit, putare se, si quis eorum, quae hic fiunt, sensus ad mortuos perveniret, nihil posse ipsi Evagorae accidere optatius, quam ut res ab ipso praeclare ac fortiter gestae eloquentis alicuius hominis voce, ut ipsarum dignitas posceret, celebrarentur. Eum imitatus M. Tullius Philipp. 9. ubi de Servii Sulpitii statua erigenda agitur. Pluribus haec Muretus Variar. lect. lib. 7. cap. 19. Porro quas res de nostris rebus cognoscant beati,

onsulendi sunt theologi. Iidem asserunt, absque peculiari evelatione permissuque Dei damnatos rerum nostrarum nihil cognoscere. Idem sentiunt de his, qui purgatorio igne etinentur, quibus Deus de his, quae apud nos aguntur, crerius quam damnatis, quando opus est et illi placet, revelat. ONTAN.

Pag. 365, 6. *consortem imperii.* Michael pater eius um Andronico seniore et is cum Michaele primo Palaeologo t superiores quoque Constantinopolitani cum liberis suis imerarunt. Apud Romanos imperatores a Diocletiano, qui priius imperium cum Maximiano commilitone suo communicait et in ea re moderationis summam laudem promeruit, usiitum fuit habere consortem imperii: non modo ut unus orintis, alter occidentis esset imperator, sed etiam, ut plures ccidenti imperarent, tametsi hoc interdum per tyrannidem otius factum est. Notanda ambitio et φιλαρχία Alexandri Iagni, qui Dario maiorem partem regni usque ad Euphraem et alteram filiam uxorem, pro reliquis captivis triginta iillia talentum offerente, respondit, praestaturum se ea, si ecundus sibi, non par haberi velit. Ceterum neque mundum posse duobus solibus regi, neque orbem summa duo egna salvo statu terrarum habere. Iustinus lib. 11. PONTAN.

Pag. 365, 22. οὐδὲ M.

Pag. 366, 7. *id se admittere.* Pugnantia videtur loui, si sequentia consideres. Sed haec ad animum; quae seuuntur, ad habitum et insignia et nomen pertinent, quae bi ait non allubescere, neque ullam iucunditatem parere. dhibet etiam ista recusatione argutias. Demum infra ex lis, *exteriore quidem habitu vestituque non eo* etc., patet, on tam officia ac munera imperatoria recusasse, quam proter externam illam maiestatem, cum non deessent Androici liberi, etsi impuberes, invidiam fugisse. PONTAN.

Pag. 369, 9. μὴ M. pro μήτε.

Pag. 366, 21. ›ἔχει M.

Pag. 366, 23. τε om. M.

Pag. 368, 1. ἀνίστησί τε M. mg.

Pag. 368, 2. διαλέξασθαι M.

Pag. 369, 22. ἢ ταῖς et συνδιανυκτερεύσεις M. quoque.

Pag. 370, 10. *Benedictus Zacharias.* Propria solet ostponere, quod apud nos inusitatum est. Itaque pro Zaarias Benedictus, scripsi Benedictus Zacharias. Erat autem Ιπενέτος. Recentes enim in huiusmodi Italicis et Latinis vobus, ut est Benedetto, pro littera *b* ponunt π et quidem raefixa ei μ; hic pro Benedictus scribunt μπενεδίκτους, et eato exprimitur his litteris, μπεάτο. Lege Henrici Stephani bellum de infidis Graecae linguae magistris pag. 157. Hic

autem ex μπενεδίκτους factum depravate μπενέτος, non dubito. PONTAN.

Pag. 370, 11. *Chium invadens.* Quae deinceps de insula Chio a Genuensibus per vim occupata et vi retenta, ab hoc nostro memorantur, vehementer discordant ab iis, quae Petrus Bizarus memoriae prodidit lib. 4. historiae Genuensis et post eum Ubertus Folieta lib. 7., dum Smyrnam et Chium a Michaele I. Palaeologo Genuensibus donatas esse affirmant. Locum ad verbum adscribemus. *Circa haec tempora* (1261.) *Michael Palaeologus Orientis imperium obtinebat. Qui ob privatas simultates et inimicitias, quae illi cum Venetis intercedebant, singularem benevolentiam et animi propensionem in Ligures manifestis argumentis prae se ferebat. Et cum multum reipublicae interesset, tam potentis principis in Oriente, ad navigationes Atticas conficiendum, amicitia atque favore adiuvari, sub initium proximi anni Iordano Raalvengo cive Astensi praetore, senatus nomine Guilelmus Vicecomes et Guarnerus iudex, prudentissimi atque integerrimi viri, optimeque de patria semper meriti, ad eum legati missi sunt, quorum opera atque industria respublica assecuta est, ut inito cum ipso foedere atque amicitia, res orientales longe meliori loco, quam antea essent. Ipse etiam, ut aliquo recenti beneficio sibi rempublicam arctius devinciret, magna liberalitate usus, illi Smyrnam urbem atque etiam, ut nonnullis placet, Chium Ionii maris insulam dono dedit* etc. Si donata fuisset, credo equidem, Andronicus eius filius, Michaelis inquam, non postulasset, quae hic postulasse legitur, nec ipse nepos ista contra ius fasque fecisset. Libro tertio cap. 95. iterum capitur a Genuensibus. PONTAN.

Pag. 371, 4. Ζαχαρία M.

Pag. 372, 4. πρῶτά τε M. quoque.

Pag. 373, 2. αὐτῷ om. M.

Pag. 373, 18. δέοιντο M. mg.

Pag. 373, 21. τοῦ add. ante βασιλέως M. mg.

Pag. 373, 23. αἰτιωμένου M. quoque.

Pag. 374, 3. τοῦ add. ante οἰκοδομεῖν M.

Pag. 374, 8. θέσθαι M. mg.

Pag. 374, 15. συναιρουμένους M.

Pag. 375, 8. οὖν ὁ στόλος M. mg.

Pag. 375, 20. χρήσιμοι M. mg.

Pag. 375, 22. *Byzantio vela in altum dantes.* De hoc bello tam memorabili et causis eius pauca perstringit Gregoras lib. 9. Nam quae ad gloriam iunioris Andronici faciunt, libenter vel extenuat vel omittit. *Sub autumnum omnibus triremibus Romanorum, quae Byzantii, Lesbi atque in ceteris insulis et maritimis urbibus erant, nec non unireni-*

us et quatuor auxiliariis triremibus a Cycladum insularum rincipe accersitis, e portu solvit etc. Rem totam, de qua oster tam multa et insignia, deinceps versibus circiter viinti tribus absolvit. Quamquam et illud verissimum est, aucorum admodum notitiam habuisse Gregoram; quod et oster Cantacuzenus initio historiae suae, quamquam tacito us nomine, affirmavit, et ego narrationibus utriusque confendis persaepe expertus sum. PONTAN.

Pag. 376, 3. ἐπιτρέψας M.

Pag. 376, 5. ὁ δ' οὐ M. quoque.

Pag. 378, 11. δὲ om. M.

Pag. 379, 10. καὶ ταῖς τιμαῖς M.

Pag. 380, 14. *Delii Hospitalenses.* Delus tum Hoitalensium erat, quomodo et Graecus codex illos nominat. enus religiosorum sub Hyginio pontifice natum. Iidem, qui hodii seu Rhodienses et Melitenses hodie, quorum historiae atinis et Italicis litteris exstant. De origine Hospitalensium Iierosolymae scripsit in historia sua Orientali cap. 64. Iaobus de Vitriaco, episcopus Tusculanus et cardinalis. PONTAN.

Pag. 380, 16. κατατιθέντος M. mg.

Pag. 380, 17. ἐπὶ M. pro περί.

Pag. 381, 7. βούλοιτο om. M.

Pag. 381, 10. τὸν Μπενέτον M.

Pag. 382, 8. ἄλλως· κρατήσασι τῶν δικαίων M. mg. pro ῶν ἀδικούντων κρατήσασι.

Pag. 383, 23. *Galatamque.* Galata (cuius per hanc istoriam mentio erit plurima et res eius gestae memorabiles fferentur) urbs e regione Constantinopolis sita, trans sinum, uem ceras sive cornu et ceratinum sive cornutum veteres iam vocarunt: quod instar cornu cervini sparsim ramis uasi quibusdam littus utrumque amplectatur. Eadem et Pera icitur et Peraea Nicetae historico, quod ultra sinum posita t. Veteres ab arborum ficos ferentium copia Sycas nomiabant, quae vox apud Zosimum quoque legitur. Colonia est enuensium, etiam hodie maiori ex parte a Christianis inhaitata, praesertim mercatoribus. Leunclavius. Placet inper eius descriptionem, quamvis longiusculam, ex Petri yllii topographia Constantinopolitana apponere, quod me tiliter fecisse lectores, ut spero, iudicabunt, cum maiorem istoriae huius partem evolverint. *Sycena regio, iam vulgo ominata Galata sive Pera, rectius nominanda Peraea, : Iosephus Iudaeam trans Iordanem nominat Peraeam. ur autem appelletur Galata, Constantinopolitani omnes m praedicant ex eo, quod illic olim lac venderetur aut ulgeretur, decepti nominis allusione; nec dubito, si scint, Galatam appellatam olim Sycam, quin etiam aude-*

LIBRARY OF THE UNIVERSITY

rent eam dicere a ficuum lacte ita appellatam esse, suamque tum aberrationem a vero tueri possent auctoritate Dionysii Byzantii, scribentis, Sycam appellatam a multitudine et pulchritudine arborum ficuum ibi provenientium. Quanto rectius coniectassent, si a Galatis populis eam Galatam nominatam fuisse arbitrati essent, adducti Ioannis Tzetzae, civis Constantinopolitani et diligentis Grammatici, varia historia, abhinc fere quadringentos annos conscripta, quae tradit, Brennum Gallum, ducem Gallorum, quos Graeci Galatas appellant, profectum Byzantium, illinc traiecisse: indeque Byzantii locum appellatum fuisse Peram ex traiectione Galatarum, a quibus postea arbitror etiam Galatam appellatam. Haec autem sita est partim in colle, partim in planitie subiecta sub ipsum collem, quem duae valles efficiunt, una ab oriente, altera ab occidente, utraque longa circiter unum milliare. Collis dorsum procedit a septemtrione ad meridiem, latum ubique non minus ducentis passibus, tam longum, quam valles, quibus utrimque clauditur: deinde coniungitur cum reliqua continentis planitie. Collis meridianum latus et planitiem sub ipsum subiectam continentes Galatam, circumscribit sinus Ceratinus, Isthmumque et peninsulam fere semicircularem efficit: ut, si lineam duceres ab ore et faucibus sinus ad medium recessum, quem sinus Ceratinus insinuat in vallem, quae collem Galatinum ab occasu claudit, inclusum videres intra semicirculum, quem designaret ducta linea Galatam accedentem ad figuram arcus intenti, nisi eius cornu vergens ad occasum dimidio largius quam orientale esset et minus longum. Galatae circuitus muro circumdatus patet quater mille et quadringentos passus, latitudo varia: nam media est sexcentorum passuum, quorum viginti intercedunt inter sinum et muros. Iam vero planities procurrens inter sinum et collem dilatatur centum octoginta passus, clivus vero in quadringentos. Latus Galatae orientale patet in latitudinem primo quadringentorum passuum, deinde contrahitur in ducentos sexaginta passus. Latus pertinens ad occasum extra veterem Galatam situm habet mollem clivum et fere totum ad meridiem tendentem, praeter exiguam proclivitatem subsidentem ad solis occasum iuxta muros veteris Galatae sitam; clivi enim collis Galatini duplici devexitate inclinantur, una in valles, altera in sinum. Unde fit, ut urbs sit prona triplici proclivitate, una a septemtrionibus ad meridiem, altera ad ortum solis, tertia ad occasum. Declivitas per mediam Galatae latitudinem decurrens tendit a septemtrionibus ad meridiem, ita prona, ut in multis

cis clivi gradibus molliatur, ut domus ex parte infera sca-s adscendantur, ex supera adeantur plano pede usque ad rimam contignationem. Latus vero tam vergens ad solis or-m, quam ad occasum, duplicem devexitatem habet, unam a ptemtrionibus ad meridianum cardinem, alteram ad orientem t occidentem: ut non modo viae rectae, sed etiam trans-rsae proclivitatem habeant, sed orientale latus proclivius in ramque devexitatem, occidentale molles clivos habet tam rectos, am transversos. Denique Galata sic prona est, ut, si eadem titudine omnes domus essent, superiores contignationes adspectu aris fruerentur, ex eisque, velut ex theatris, naves ultra ci-ique traiicientes spectarentur: neque modo Galata, sed tota fere nstantinopolis maris adspectu frueretur, si lex a Zenone con-tuta et a Iustiniano sancita servaretur, iubens intra centum ssus neminem posse Constantinopoli impedire maris adspe-m, neque rectum, neque obliquum. Plana urbis pars dis-rrens inter imos collis clivos et sinum, nusquam minus icta ducentis passibus, in cornibus largior est et quidem cubi patet in longitudinem quadringentorum passuum, oppi-m triplo longius, quam latius: latitudo tendit a septem-onibus ad meridiem, longitudo ab oriente ad occasum, la- occidentale latius quam orientale, et fere eadem latitu-e, qua media urbs: nam per longitudinem quingentorum ssuum nusquam minus lata quingentis passibus orientale la- contrahitur molliter, quoad eius extremitas ad formam iei reducitur, ubi lata est ducentos sexaginta passus. To-n littus, quod circuit Galatam, portuosum est, naves ad-ttens usque dum contingant oram maritimam. Inter moenia sinum intermissum est spatium, ubi tabernae et officinae rcatorum et cauponae frequentes et vacua intervalla ad ex-randas naves. Portas habet maritimas sex, quarum tres iectum frequentem habent ad Constantinopolim. Ita enim tra Constantinopolim iacet Galata a septemtrionibus, ut mo, secundo, tertio collibus et valli primae et secundae nstantinopolitanis sit adversa, prae se habens sinum et nstantinopolim, a tergo suburbana aedificia. Nam supra latam multae domus suburbanae partim in collis Galatini so, partim in eius lateribus triplicibus. Nam Galata non ngit summum verticem collis, immo ex summa urbe, ubi excelsissima turris, adhuc restat extra urbem adscensus tre-torum circiter passuum, plenus aedificiis, inde iugum pla-n tendens a meridie ad Aquilonem, largum circiter ducen- passus, longum duo millia passuum, per quod medium dis-rit via lata, utrimque aedificiis cincta hortorum et vine-m, neque est ulla pars amoenior: ex qua eiusque lateri- videtur sinus Ceratinus et Bosporus et Propontis et se-

ptem colles Constantinopolis et Bithynia et semper nivosus Olympus. Denique aedificia non modo in colle Galatino, sed etiam in collibus et vallibus circumvicinis sitis in littore Galatino posito contra Constantinopolim, tot colles et valles habente, quot Constantinopolis, ut iam longe dimidio maiorem, quam sit Galata, urbem efficere possent, ac si centum annos felicitas imperii Byzantini duraverit, altera Constantinopolis futura est Galata. Haec Gyllius. Porro quibus temporibus haec gerebantur, multis partibus minor et infrequentior fuit Galata. PONTAN.

Pag. 385, 12. *Chii pontificatus.* Hunc episcopum Genuenses induxerunt, catholicum utique, pro schismatico. PONTAN.

Pag. 385, 12. ἐπετέτραπτο M. recte.

Pag. 386, 16. βασιλέα M. supra lineam.

Pag. 387, 5. λόγοις M. supra lineam pro λογισμοῖς.

Pag. 389, 15. ἐκέλευσεν M. mg.

Pag. 391, 8. *in morbum acutum.* De causa morbi huius, et quod noster dicit cephalicum symptoma, Gregoras sic: *Paucis diebus elapsis, imperator Didymotichi agens, in morbum gravissimum incidit. Nam cum lavisset et in summo rigore hiemis frigus a balneo non cavisset, cum reliquum corpus est densatum, tum vero et caput ita afflictum, maxima parte mali eo inclinante, ut non modo gravissimis doloribus cruciaretur, sed et mente alienaretur.* PONTAN.

Pag. 392, 10. ἂν M. supra lineam pro εἰ.

Pag. 393, 6. ὠφελεῖν M. mg. pro εὐεργετῆσαι.

Pag. 394, 3. υἱῷ add. M. mg. post Ἀλεξάνδρου.

Pag. 394, 19. ἀνανεῳγμένων M. mg. pro ἀναπετασθεισῶν.

Pag. 395, 12. κακοῦ M. mg. pro δεινοῦ.

Pag. 395, 19. *de Xena matre.* Gregoras lib. 9.: *Nulla vero tum facta est mentio nec avi imperatoris, nec dominae matris, quae Thessalonicae tunc agebat, gravi affecta dolore et sollicita ac desperata etiam vita sua, si, defuncto filio, se praeterita, imperii cura aliis mandaretur. Negabat enim, posse fieri, ut sibi, quae domina esset, vita concederetur a magno domestico Cantacuzeno et matre illius, praeter omnem exspectationem summae rerum praefectis et longo iam tempore sibi inimicis* etc. Vides, quomodo bonum virum Cantacuzenum cum matre adducat Gregoras in invidiam? Cur enim Xenae, ambitiosae feminae, esset inimicus, ipse ab ambitione remotissimus? quoties enim delatum sibi imperium fugit? PONTAN.

Pag. 396, 2. *Annam imperatricem.* Gregoras: *Ore porro mandavit, ut omnes Romani iurarent, se coniugem ipsius ut dominam veneraturos esse, et (ipsa enim aderat gravida eaque verba audiebat) puerum, si filius nasceretur, ut imperatorem, cuius tutor esset Cantacuzenus magnus domesticus, quae*

ta in litteras relata vim testamenti habuerunt. Sic ille.
um porro tutorem filii Cantacuzenum instituit, sine dubio
iam imperium ei regendum commisit. Viduam ipse in ma-
ım illi tradit. PONTAN.

Pag. 396, 20. *despota e custodia elapsus.* Grego-
s: *Constantinus despota cum ceteris vinculis solutus, ut di-
imus,* (captivos iussisse dimitti imperatorem supra dixit, Con-
ıntinum despotam, magnum logothetam Metochiten, omnes
:nique eodem crimine damnatos,) *cum paulum se ostendisset,
ırsus in obscuras latebras noctu a proceribus aulicis est abdi-
s. Veriti enim, ne, imperatore defuncto, turba in populo ori-
tur, cum ob alia, tum propter C litteram et olim temere de
lo iactatum rumorem sic illum tractarunt. Vulgaris enim
ma erat, imperium, vetere imperatore defuncto, ei esse de-
inatum, cuius nomen C littera inchoaret; unde, cum et ipse
onstantinus diceretur, suspectus erat.* Pergit deinde ac do-
:t, quo pacto iidem proceres seniorem Andronicum male
ıultaverint, quae tamen cum nostra narratione pugnant mi-
ıbiliter. Sed cur Gregoras singularem humanitatem et cle-
ıentiam magni domestici in Constantinum istum praetermit-
t, qui nullis precibus flecti potest, ut ei oculos eruat, ne-
um ut illum (quod inprimis volebant proceres) occidat? ne-
:io quae malignitas hominis se prodit non raro: nam ut
ulta ignorarit, quod aliquoties iam diximus, tam illustria
ıi tandem ei inaudita et incomperta esse potuerunt? PONTAN.

Pag. 397, 22. αὐτοῖς M. quoque.

Pag. 398, 2. ἄκοντος M. quoque.

Pag. 398, 9. *noctu.* Vide proverbium ἐν νυκτὶ βουλή,
ı *nocte consilium.* Tempus nocturnum propter silentium,
ım quiescunt voces hominumque canumque, idoneum est
ıptandis consiliis. Quare sapientissimus poeta etiam Aeneam
ıum per noctem plurima volventem secumque deliberantem
ıducit 1. Aeneid.: *At pius Aeneas per noctem plurima vol-
ens.* Ad quem versum vide symbolas nostras. Onosander
ıp. 1. vult imperatorem sive ducem esse sobrium sive sic-
ım, ut in arduis negotiis parandis putandisque pervigilet.
loctu enim quasi silente et quiescente animo, multa ducis co-
itatio molitur ac perficit. PONTAN.

Pag. 398, 11. ἀπαλλάξασθαι M.

Pag. 398, 22. θορύβῳ πολλῷ καὶ M.

Pag. 399, 14. *timensque.* Quae timuerit senex, ne sibi
erent nepote mortuo, ea facta esse nepote adhuc vivo, au-
acter narrat Gregoras lib. 9.: *In seniorem vero imperatorem
lures malorum vias excogitarunt, quae omnes eodem duce-
ent. Optionem ei dederunt, malletne monasticum habitum
ıduere, an aliud malum subire. Id vero esse aut caedem,*

aut acerbissimum exilium, aut violentam in oblivionis castellum abductionem: quorum omnium vehementissimus minister esset Theodorus Synadenus. Imperator vero tanta periculorum tempestate subito oppressus diu sine voce in lecto iacuit. Quid enim faceret aliud, nisi ferreus esset aut corde adamantino? multis barbaris et efferatis militibus circumfusus, domesticis vero omnibus extrusis, cum nemo esset, qui hominem luminibus orbatum duceret, ubi vel staret vel transiret? Sed ne longum faciam, violentem nolentem tondent et cucullo induunt atque Antonium nominant. His tu, lector, quantum fidei tribuas, cogita. Valde amicum hic Gregoras seniori Andronico se ostendit: ex quo sequitur, ut iuniori valde amicus esse vix possit. PONTAN.

Pag. 400, 4. *poenitentium habitu.* Duo hic observa, unum, homines religiosos sive monachos securius coram tribunali illius aeterni ac iustissimi iudicis apparere: alterum, habitum monasticum esse poenitentium habitum. *Μετανοίας ἐνδύματα* rursus infra nominat. Ex quo sequitur, religionem esse statum poenitentiae, quod noster Hieronymus Platus in volumine aureo de bono status religiosi erudite ac diserte docuit, lib. 1. cap. 14. De Manuele Comneno iam morituro Nicetas lib. 7.: *Τὸ μοναδικὸν σχῆμα ᾔτησε· καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ὅθεν οὐν εὐπορήσαντές* (in manuscripto *εὑρόντες*) *τινος μοναχοῦ ῥάσα περιδύουσι μὲν αὐτὸν καὶ ἀπεκδύουσι τὰ μαλακὰ καὶ ἀρχικὰ (τὰ βασιλικὰ) ἄμφια· ἐπενδύουσι δὲ τὸ τραχὺ τῆς κατὰ θεὸν πολιτείας ἔνδυμα, εἰς ὁπλίτην μετημειβότες πνευματικὸν, κράνει τε θειοτέρῳ καὶ θώρακι σεμνοτέρῳ τῷ οὐρανίῳ στρατολογήσαντες ἡγεμόνι.* Wolfius cum illa ex manuscripto codice converteret, *cucullam* seu *vestem monachalem*, ut haereticus, ferre non potuit; transtulit enim *spiritualem vestem nigro panno, omnis ornatus expertem, ministri nescio ubi nacti.* Illud autem, quod praecedit, *τὸ μοναδικὸν σχῆμα ᾔτησε*, penitus omisit. Fideliter, si superis placet. Et adhuc proiiciemus margaritas ante porcos? PONTAN.

Pag. 400, 16. *πρὶν ἢ* M. ab altera manu pro *πρινῆ*.

Pag. 400, 22. *τε* add. M. supra lineam post *μέγαν*.

Pag. 400, 23. *patremque suum spiritualem.* Hic erat episcopus Didymotichensis, de quo multa dicentur infra. Cui ego animae meae salutem credidi atque commendavi, qui suis praeceptis viam mihi ad coelum munit paternamque pro me curam gerit, cur ego illum non patrem nominem? Animadverte, quam reverenter et honorifice de patre spirituali loquatur noster historiographus. PONTAN.

Pag. 401, 12. *αὐτῷ* M. quoque.

Pag. 402, 20. *πραγμάτων* scribendum cum M. pro *τραυμάτων*.

Pag. 403, 20. πνεύματος om. M.
Pag. 403, 21. κεχορηγημένης M. quoque.
Pag. 404, 7. ἐντύχωμεν M. ab altera manu.
Pag. 404, 11. νοσημάτων M.
Pag. 405, 6. οὐκ ἂν καθεκτὸς M. supra lineam.
Pag. 405, 7. βασιλέα et ὄντα M. supra lineam.
Pag. 406, 7. τὸ τῶν Ναζιραίων M.

Pag. 406, 12. *a sanctis patribus lege sancitum.* piritualis iste pater, quia non erat ordinarius et consuetus, oluit imperatorem habitu monastico induere et quasi conse- rare, testificans, id sacris canonibus adversari. Nempe con- ilii Constantinopolitani I. cap. 2. iuxta ordinem Balsamonis, t canone 3., ut quidem citat Gratianus, licet Balsamo con- ingat. Item concilii Antiocheni cap. 13. Exstat apud Gra- anum Graece et Latine in editione Gregoriana, in volumine, uod appellatur decretum, causa 9. quaest. 2., ubi et alii lures canones in hanc sententiam. Sed Cantacuzenus respe- it ad canones Graecos tamquam Graecus. Ceterum ut or- ines conferre non licebat in aliena dioecesi, ita nec mona- hismo initiare, de quo agit Cantacuzenus. Nam monasticis iysteriis aliquem initiare, non censebatur minus, quam dia- onatu aut sacerdotio insignire, quod ex Areopagita intel- gi potest, Ecclesiast. Hierarchiae parte 2. cap. 6. et parte . cap. 6.; ita enim Ambrosii Camaldulensis Lutetiana editio istinguitur. Haec Iacobus Gretserus. PONTAN.

Pag. 406, 21. τὴν τοῦ μεγάλου M.
Pag. 407, 11. δεδοικότα M.
Pag. 407, 19. σὲ et ἐμὲ M. quoque.

Pag. 408, 5. *dum a corpore discedit.* Cicero 1. Tusc.: *n quod ipse animi discessus a corpore non fit sine dolore? 't credam ita esse, quam est id exiguum? Et falsum esse rbitror: et fit plerumque sine sensu, nonnumquam etiam cum oluptate: totumque hoc leve est, qualecumque est. Fit enim d punctum temporis.* Sed ista est oratio mortem contemnen- s, quod est illius libri argumentum. Nam ut mortem senum oncedamus esse levissimam, adolescentum certe plerumque olorem habet. Et cum illi ut poma vieta ultro ab arboribus ecidant, hi velut cruda avelluntur, et tamquam ignis aqua perfusa non sine multo stridore exstinguuntur. Si mors do- rem non habet, aut ad punctum temporis tantum, unde go clamores, iactationes corporum, membrorum distortio- es in moribundis? PONTAN.

Pag. 408, 8. *si quis animis.* Hac de re dictum supra l cap. 9. quantum satis est. PONTAN.

Pag. 408, 10. πικρῶς M. mg.
Pag. 408, 19. ὂν M. recte pro ἄν.

Pag. 408, 21. *ut mortuus a corde.* Ad scripturam alludit. Sed nescio, quomodo se mortuum a corde aliorum obliturum dicat, cum potius aliis obliviscendum se dicere debuerit. PONTAN.

Pag. 409, 9. ἤρξαντο M. mg.

Pag. 409, 9. *extrema corporis.* Signa mortis praenuntia, ut et paulo ante quaedam. Plura afferunt medici et experientia quotidiana docet. PONTAN.

Pag. 409, 11. πῆχυς M. quoque.

Pag. 409, 19. *de laticibus illis sacris.* Gregoras his verbis rem totam perstringit: *His ita gestis, imperator Didymotichi, nullo alio vitae signo apparente praeter exiguam et tenuissimam respirationem, vitalibus instrumentis immotis et extremitatibus corporis emortuis, plane mortuus totum biduum iacebat. Tertio vero die, velut e profundo somno nonnihil experrectus, divinum laticem castissimae Dei genitricis Pegae postulavit: quo statim allato et capiti affuso recreatus est et cibum cepit et pristinam valetudinem recuperavit.* Templum hoc ad fontem Dei matri erexit Leo Thrax imperator eiusdem monitu; occasio, locus seu regio et ipsa templi structura, et fons iste in medio ferme templi diserte a Nicephoro describuntur lib. 15. cap. 25. et 26. de miraculis, quae ad fontem plurima sunt edita, librum se conscripsisse testatur. PONTAN.

Pag. 409, 20. *salutiferoque fonte Dei matris habere liceat.* De hoc fonte, cuius hic Cantacuzenus meminit, et de templo divae Virginis, quod ad fontem hunc a Leone Thrace aedificatum, a Iustiniano aut instauratum, aut ampliatum, aut de integro exstructum est, praeter auctores in Notis ad hoc caput adductos vide etiam Procopium lib. 1. de aedificiis Iustiniani. Fons hoc itidem tempore exstat, templum barbarorum immanitate periit, de quo haec auctor Pandectae histor. Turcic. cap. 200.: *Inde pervenitur ad decimam sextam, videlicet Silyuriae vel Selybriae portam, quae a priscis χρυσῆ πόρτα vel aurea porta nominabatur et porta fontis. Nam extra portam hanc est hodieque fons, qui χρυσοπηγὴ vel aureus fons a Graecis antiquo nomine dicitur, celebris in eorum historiis, quae saepenumero Palatii πηγῆς sive fontis mentionem faciunt et templi deiparae Virginis ad πηγὴν sive fontem. Aedificia nunc diruta sunt, fundamentis adhuc exstantibus, et ipso fonte, quem hodieque Graecorum vulgus χρυσοπηγὴν appellat et invisere magno concursu, certo anni tempore, veluti si Deiparae templum adhuc incolume staret, consuevit. Aurea porta nunc etiam reliqua conspicitur, sed obstructa.* Haec ille. Galatae seu Perae e regione Constantinopoleos celebratur hoc quoque rerum statu

τῆς χρυσοπηγῆς templum, quae appellatio forte a veteri illo ad fontem, eo translata est. Utut sit, hoc itidem loco duo nobis catholicis adversus avitae fidei desertores et oppugnatores argumenta proponuntur. I. Cultus et invocatio sanctissimae Virginis non sine fructu in hac quoque vita: si enim Mater misericordiae tam benefica fuit in hominem extra ovile domini oberrantem, quid de eadem coeli regina sibi polliceri non poterit, qui eam pie in vota vocat debitaque veneratione prosequitur in atriis domus domini, in medio tui Ierusalem, hoc est in ecclesia Christi? II. Cultus et observantia in illas res, quae divae Virginis favore et beneficio consecratae inter profanas numerari desierunt, ut erant sacri illi latices ex Virginis fonte hausti, quorum non minori desiderio tenebatur Andronicus imperator, atque olim rex David aquae de cisterna, quae erat in Bethlehem iuxta portam, 2. Reg. 23. Quanta veneratione colebatur olim non modo a Christianis, sed et a Iudaeis et Saracenis fons apud Nicopolim Palaestinae, Christi contactu ita sanctificatus, ut non modo aegritudinibus hominum, sed et brutorum morbis salutaris esset, ut Sozomenus et Cedrenus scribunt: quemadmodum et arbor Persica Hermopoli, quae eiusdem servatoris nostri transitu et subtegmine eius quiete similem vim medicam accepit: ut taceam fontem illum infantis Iesu in Aegypto, de quo Borcardus in descriptione terrae sanctae, et alia innumera, per quae coelites ingentia olim miracula fecerunt in omnis generis et conditionis homines, ut omnes ad agnitionem veritatis, quae una est, adducerentur: neque enim miraculis a quocumque divo, quocumque loco aut tempore patratis ulla alia fides probata et confirmata est, quam illa, qua ipse, dum hanc vitam viveret, claruit, hoc est Catholica et Romana, ut lib. 1. copiosius dictum. *Cui, nisi huic fidei attestantur ista miracula?* utar enim verbis sancti Augustini lib. 22. de civitate Dei cap. 9.: *nam et ipsi martyres* (et ceteri coelestium sedium incolae) *huius fidei martyres, id est huius fidei testes fuerunt, huc fidei testimonium perhibentes mundum inimicissimum et crudelissimum pertulerunt, eumque non repugnando, sed moriendo vicerunt. Pro ista fide mortui sunt, qui haec a domino impetrare possunt, propter cuius nomen occisi sunt. Pro hac fide praecessit eorum mira patientia, ut in his miraculis tanta ista potentia sequeretur.* Haec sanctus Augustinus. GRETSER.

Pag. 411, 2. τῆς om. M.

Pag. 416, 1. βουλήσομαι M. mg., omisso ἂν lin. seq.

Pag. 417, 2. ἐπείθετό τε βασιλεὺς M.

Pag. 417, 5. ἀναχθείη M.

Pag. 417, 6. ἀφθεῖεν M. mg. pro δοκοῖεν et ἰσχυρὰς sup. lin.

Pag. 417, 14. παραχωρεῖν M.

Pag. 417, 14. *Minervae calculus.* Opinor tangi iudicium Areopagitarum apud Athenas, quod fuit severissimum, et causam Orestis, quam de matricidio ibidem dixit, accedenteque Minervae suffragio, absolutus est. Qua de re in Miloniana M. Tullius: *Itaque hoc, iudices, non sine causa fictis fabulis doctissimi homines memoriae prodiderunt, eum, qui patris ulciscendi causa matrem necavisset, variatis hominum sententiis, non solum divina, sed etiam deae sapientissimae sententia liberatum.* Hunc porro versum, qui est apud Ennium in Eumenidibus, pronuntiasse videtur Minerva: *Dico vicisse Orestem, vos ab hoc facessite.* Lege Petrum Victor. variar. lect. lib. 13. cap. 23. et lib. 27. cap. 6. PONTAN.

Pag. 417, 21. δικαίως M. quoque.

Pag. 418, 19. *duo sint imperatoris munera.* Haec duo complexus est Homerus illis verbis de Agamemnone: βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής. *Bonus rex*, in pace videlicet, *fortis pugnator*, in bello. Bonus autem non est, qui rem publicam non bonis institutis ac legibus temperat: nec fortis, qui castra nunquam vidit. PONTAN.

Pag. 418, 23. δίκας καὶ ἀσχολεῖσθαι M.

Pag. 419, 15. *avum imperio exuisse.* Hoc quidem, duce Gregora, Chronographi quidam volunt: sed nos huius historici fidem sequi malumus. PONTAN.

Pag. 419, 18. δεύτερον M. supra lineam.

Pag. 420, 4. ὑμᾶς M. mg.

Pag. 420, 9. βουλεύσω M. quoque.

Pag. 421, 4. φαίνωμαι M. recte.

Pag. 421, 22. εἶναι M. mg. pro ὄντες.

Pag. 422, 2. βασιλέα M. recte.

Pag. 422, 3. πασχόντων ὑμῶν M. textus, mg. vulg.

Pag. 422, 4. ἡμῖν M. text., ὑμῖν ab altera manu.

Pag. 422, 20. ἡμῖν M.

Pag. 423, 6. αὐτοὶ M. mg. pro ὑμεῖς.

Pag. 424, 11. ἀπολουμένῳ τῷ πολέμῳ M.

Pag. 424, 14. γένησθε M. mg.

Pag. 424, 22. *ut Cares.* Cares fuerunt barbaro ac servili ingenio, et proposita mercede parati ad quodvis malum perferendum. Testis Herodotus in Euterpe. Indicat et Aristophanes in avibus: εἰ δὲ δοῦλος καὶ Κάρ, *quodsi servus est et Car.* Plura Paroemiographus proverbio: *in Care periculum.* PONTAN.

Pag. 425, 14. προσῆκεν M.

Pag. 426, 11. τοῦ M. pro τό.

Pag. 426, 14. ἐβουλόμεθα M.

Pag. 426, 21. *sanitates magis quam aquas ema-*

nanti. Graece festivius μᾶλλον ἰάματα ἢ νάματα, quo lepore aliquoties orationem adspergit. *Παρήχησιν* figuram vocant Graeci. Vide quae paulo ante de hoc fonte diximus, vel potius vide ipsummet Nicephorum. Facies operae pretium. PONTAN.

Pag. 427, 3. *usque Rhegium processerunt.* Haec mihi reditum ab exilio M. Tullii Ciceronis revocant in memoriam, cui, teste Plutarcho, tanta municipiorum omnium laetitia et favore hominum proditum est obviam, ut, quod iactavit postea, minus esset vero. Ait enim, Italiae se humeris reportatum, oratione post reditum ad Quirites, si memini. PONTAN.

Pag. 428, 6. *ad bellum ei inferendum.* De hoc bello Gregoras lib. 9.: *Sequenti vere, cum Serviae Cralem appareret non quieturum, nisi Michaelem ob iniuriam et contumeliam sorori factam ultus esset, quod ea, legitima coniuge, post susceptos ex ea liberos, regni heredes, nulla de causa repudiata, imperatoris sororem duxisset, Michael legatos ad imperatorem mittit, ab eo postulans, ut per Romanas provincias transiens, in Triballorum terram impressionem faceret: nam et se illi arma infesta illaturum: ut duobus bellis impar, fieret imbecillior, multis utrinque agris amissis. Proinde ad expeditionem usque ad veris exitum sese parant.* Lege reliqua. PONTAN.

Pag. 428, 12. καὶ αὐτὸν M. ab altera manu.

Pag. 429, 7. ἀσυμβάτως M. quoque.

Pag. 430, 13. τῆς οὔσης M. quoque.

Pag. 431, 18. *tum Anchialum, Mesembriam.* Gregoras: *Proximo anno, cum audivisset imperator, Bulgaricum principatum* (Triballos vocat Bulgaros) *et a priore uxore et a cognatis Michaelis divelli,* (nam imperatoris soror aegre fuga salutem quaesierat,) *in ea multorum contentione de regno, iustis copiis delectis, oppidula Aeno vicina invasit et fere omnia citra negotium cepit, habitatoribus ultro se ad eum conferentibus. Inter cetera vero etiam urbem munitam et frequentem Mesembriam, ad mare sitam* etc. PONTAN.

Pag. 432, 7. μηδὲ M.

Pag. 432, 10. ἀπέλαβε M.

Pag. 432, 13. προσῆγον M. quoque.

Pag. 433, 1. ἐπὶ M. mg. pro ἔτι.

Pag. 433, 2. *uxori et filiis cohabitantem.* Graecorum sacerdotes uxoratos esse, notius est, quam ut admonitione egeat, et si cui ignotum esset, id ex huius Ioannis exemplo, de quo hoc capite Cantacuzenus, planum testatumque redderetur, ut etiam ex primo responso Ieremiae, patriarchae Constantinopolitani, ad Wirtenbergenses. Multum tamen differunt Graeci ab illis, qui evangelicorum nomen hodie sibi

arrogant, quae discrimina speciatim enumeranda sunt, ne isti nostri libidinem suam Graecorum licentia honestare et excusare tentent. Ac primo apud Graecos piaculum censetur, si monachus uxorem ducat, aut cum ducta consuetudinem habeat. Par scelus, si monialis nubat. *Ὁ δὲ ἐπαγγειλάμενος παρθενεύειν*, inquit Ieremias patriarcha, *παρθενευέτω, καὶ ἄδειαν αὐτῷ γαμεῖν μετὰ τὴν ἐπαγγελίαν οὐ παρέχομεν. οὐδεὶς γὰρ θεὶς τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον καὶ στραφεὶς εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ἂν δέ τι πάθῃ ἀνθρώπινον, σωφρονίζομεν διὰ μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως καὶ λοιπῆς κακοπαθείας καὶ ἀποχῆς κακῶν ἀποπλύνομεν, καὶ τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ οὐκ ἀποδοκιμάσει αὐτόν.* Haec Hieremias patriarcha. Immane quantum a Graecis hac in re distent, qui a Romana ecclesia secessionem fecerunt, quibus nihil usitatius, quam monachorum et monialium innuptae nuptiae; nec forte mirum, cum tota illorum doctrina ex huiusmodi nuptiis sit progenerata, cuius pater monachus, mater monialis.

Secundo, Graeci nullum ad episcopi dignitatem evehunt, nisi aut caelibem, aut talem, qui conditioni uxoris renuntiet. Quocirca cum episcopi uxorem ac liberos presbyteri huius magno domestico obiicerent, tamquam impedimenta ad patriarchae honorem obtinendum, respondit domesticus, fore, ut patriarcha creatus, uxori valedicat. At haeretici superintendentes, qui alicubi episcoporum quoque appellationem usurpant, tum primum ad hoc munus aptissimi existimantur, si uxorio iugo devincti sint sobolemque numerosam in circuitu mensae suae numerent. Tertio, si quis caelebs apud Graecos sacris ordinibus initietur, expers thori vita porro quoque agenda est, immo dum spiritus regit artus. *Si post ordinationem presbyter aut diaconus aut subdiaconus uxorem duxerit, eiiciatur ex clero et curiae civitatis, in qua clericus erat, cum bonis suis tradatur,* inquit Iustinianus Novell. 123. Qui et Novella 6.: *Si presbyter aut diaconus aut subdiaconus postea ducat uxorem aut concubinam aut palam aut occulte, sacro statim cadat ordine et deinceps idiota sit.* Nec in hoc conveniunt sectarii cum Graecis. Forte libentius se conformarent cum more quodam Graecorum, qui si non hoc tempore, olim certe in Graecia vigebat: nam ut testatur Humbertus Cenomanensis, Leonis noni ad Constantinopolitanos legatus, ordinandi prius interrogabantur, num uxores haberent, si abnuerent, iubebantur ducere et tum ad manuum impositionem reverti. Quae forte consuetudo hodie desiit in Graecia, cum canon Trullanus, de quo postea, hoc non exigat aut praecipiat. Mirum tamen non renovari hoc aevo ab illis, qui in Ioviniani et Vigilantii disci-

plinam nomina sua dederunt, praesertim cum si non Nicolaum, unum ex septem primis diaconis, certe Vigilantium auctorem habeat. In quem sanctus Hieronymus: *Episcopos sui sceleris dicitur habere consortes, si tamen episcopi nominandi sunt, qui non ordinant diaconos, nisi prius uxores duxerint, nulli caelibi credentes pudicitiam, immo ostendentes, quam sancte vivant, qui male de omnibus suspicantur, et nisi praegnantes uxores viderint clericorum infantesque de ulnis matrum vagientes, Christi sacramenta non tribuunt.*

Quarto, Graeci nulli bigamo aditum ad sacros ordines patefaciunt. *Quod eos, qui alteram duxerunt uxorem*, inquit Iustinianus novell. 123., *sacri canones clericos esse prohibeant, sanctus Basilius his verbis docet: Eos qui, nuptias iterarunt, canon excludit ministerio.* Haeretici a sua suorum ministrorum chirotonia vix excludunt polygamum, nedum bigamum. Quinto, Graeci olim et nunc quoque adegerunt ad professionem perpetuae castitatis eum, qui caelebs ordines suscipere vellet. *Si is, qui ordinandus est diaconus*, inquit Iustinianus loco citato, *uxorem sibi iunctam non habeat, non aliter ordinetur, nisi prius ab eo, qui ipsum ordinat, interrogatus profiteatur, posse se post ordinationem vel sine legitima uxore caste vivere, nequeunte eo, qui ordinat, ordinationis tempore diacono permittere, ut post ordinationem uxorem ducat. Sin vero hoc fiat, episcopus, qui id permisit, episcopatu deiiciatur.*

Sexto, apud Graecos, si uxor ante ordines ducta post mariti ordines hinc excedat, alterum matrimonium inire nequaquam licet. In quo itidem a Graecis discedunt Lutherani nuptiatores: quorum praeconibus meta nulla consortes in thalamum adsciscendi.

Porro mos, quem Graeci ab aliquot seculis servant, saniori et sanctiori Graeciae inusitatus fuit: statim enim cum tradita et vulgata Christi doctrina caelibatus inter ecclesiae ministros invaluit. Nolo repetere, quae hac de re doctissime disputant Turrianus lib. 2. de dogmaticis characteribus verbi Dei, et lib. 1. adversus Magdeburgenses pro canonibus apostolorum cap. 1. et 2. et lib. 5. eiusdem operis cap. 12. et aliquot seqq. et in scholiis super caput 15. lib. 6. constitut. apostolicarum Clementis Romani: Cardinalis Baronius tom. 1. annal. anno Christi 58. et tom. 8. anno 692. et Cardinalis Bellarminus lib. 1. de clericis cap. 19. et seq. Nos contenti erimus uno vel altero testimonio, quo planum fiat, quid in ecclesia lege et consuetudine receptum fuerit. Audiamus ergo sanctum Hieronymum, qui, postquam recensuisset, qua mente essent episcopi Vigilantii fermento infecti, nulli praeterquam

coniugato clericatum impertire consueti, mox subiungit: *Quid facient Orientis ecclesiae, quid Aegypti et sedis apostolicae, quae aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut si uxores habuerint, mariti esse desierunt.* Et ad Pammachium: *Episcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certe post sacerdotium in aeternum pudici.* Sanctus Epiphanius haeresi 59.: *Adhuc viventem et liberos gignentem unius uxoris virum ecclesia non suscipit, sed eum, qui se ab una continuit, aut in viduitate vixit, diaconum et presbyterum et episcopum et hypodiaconum: maxime ubi sinceri sunt canones ecclesiastici. At dices mihi, in quibusdam locis adhuc liberos gignere presbyteros et diaconos et hypodiaconos: at hoc non est iuxta canonem, sed iuxta hominum mentem, quae per tempus elanguit.*

Nicaena Synodus: *Ἀπηγόρευσε καθόλου ἡ μεγάλη σύνοδος μήτε ἐπισκόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ, μήτε ὅλως τῶν ἐν τῷ κλήρῳ τινὶ ἐξεῖναι συνείσακτον ἔχειν, πλὴν ἢ ἄρα μητέρα, ἢ θείαν, ἢ ἃ μόνα πρόσωπα ὑποψίαν διαφεύγει.* Hunc canonem citat Iustinianus Novell. 123. Qui Latine sic redditur a Turriano: *Prohibuit in universum magna synodus, ut neque episcopo, neque presbytero, neque diacono, neque ulli prorsus clerico liceret habere συνείσακτον mulierem, nisi forte matrem aut sororem aut materteram aut amitam aut eas solum personas, quae ab omni suspicione alienae essent.* Quidam vertunt illud *συνείσακτον extraneam;* nonnulli *subintroductam;* alii *introductam;* alii *adscititiam.* Turrianus aliquando ad verbum *cointroductam;* item absolute *mulierem*, et quidem quamcumque, exceptis iis, quas canon excipit. Antiocheni enim (quorum vocem canon Nicaenus usurpat) quaslibet mulieres, sive uxores, sive non uxores libere et familiariter non sine suspicione consuetudinis illicitae cum viris versantes vocant *συνεισάκτους*, ut ex Eusebio lib. 7. histor. ecclesiast. cap. 24. liquet, quae inde hoc nomen acceptae videntur, quod in eodem conclavi aut cella cum viris versentur, quas synodus Ancyrana nominat *συνερχομένας*, hoc est *congredientes*, cuiusmodi sunt, quibus ministrandi gratia ingredi licet, quocumque dominus domus ingreditur, et cum eo simul ire per omne conclave domus. Frustra ergo est cum sua explicatione Balsamon, qui in scholiis ad tertium canonem Nicaenum *συνεισάκτους* tantum restringit ad mulieres non uxores, cum canon loquatur de omnibus. Plura Turrianus. Idem de caelibatu ministrorum ecclesiae decretum quoque est in aliis synodis, ut in Eliberitana, Arelatensi, Agathensi, Turonensi prima et secunda etc., quae omnes synodi non novum morem introduxerunt, sed veterem ab

apostolica traditione manentem denuo sanxerunt: semper enim synodis hoc curae fuit, *ne*, ut inquit Vincentius Lirinensis, *aliquid posteris traderent, quod ipsae a patribus non accepissent, utque non solum in praesenti rem bene disponerent, verum etiam post futuris exempla praeberent, ut et ipsi scilicet sacratae vetustatis dogmata colerent, profanae vero novitatis adinventa damnarent.*

Ceterum hodierna Graecorum consuetudo fluxit a pseudosynodo, quam Graeci vocant *πενθέκτην*, *quinisextam*, nomine novo et monstroso, ut ipsa appellatio monstrum synodi, non synodum indicet: cuius architecti et auctores carni fibulam laxarunt cum sempiterno Graeciae dedecore, facta coniugatis ordines accipiendi et coniugio inito etiam post initiationem utendi potestate, contra tot saeculorum consensionem et ab apostolis derivatam consuetudinem. Nimirum ubi decrescit virtus, ut tunc fiebat in Graecia, eo irrepit venus. Est autem canon (decimustertius inter Trullanos), quem hac de re condiderunt, plenus inscitia et mendaciis, ut Baronius fuse demonstrat tom. 8. Si enim ideo ministri ecclesiae debent esse mariti, quia *honorabile connubium in omnibus et thorus immaculatus: item, quia, quod Deus coniunxit, ab homine non est separandum.* Denique, quia Apostolus monet, *ut qui uxorem habet, solutionem non quaerat:* cur non patiuntur iidem Trullani legislatores, ut episcopi aut monachi uxores retineant? Si nihil in sacras litteras committitur, quando episcopi et monachi a coniugibus seiunguntur, cur sacrilegium sit, si mariti a sacris ordinibus repellantur, aut si admissi sunt, a matrimonii usu abstinere iubeantur et poenis quoque ecclesiasticis, si ita necessitas exigat, compellantur? Verumenimvero perpulchram profecto huius impuri canonis et moris rationem reddit Hieremias patriarcha: *Non ignoramus*, inquit, *turpitudinis germina multa suscipi inter eos, qui sacerdotes uxores accipere prohibent.* Quae ratio, si quid valet contra caelibatum sacerdotum, valebit etiam contra caelibatum episcoporum, monachorum et eorum, qui, mortua uxore, caelibem vitam agere coguntur apud Graecos, sive sint sacerdotes, sive diaconi, sive subdiaconi. An isti ex carne et sanguine non sunt coagmentati? Si isti sine huiusmodi maculis castam integramque vitam vivere queunt, cur non et illi, qui recens ad sacerdotis, diaconi aut subdiaconi officium accedunt? An non et his, si in flagitia labantur, adhibere licet ea medicamina, quae castitatem professis adhibere iste ipse Hieremias refert, nosque supra commemoravimus. *Episcopum nullam omnino mulierem habere aut cum ea habitare concedimus*, inquit imperator Iustinianus Novell. 123., *sed si id minus comprobasse visus fuerit, episcopatu deiicia-*

tur. Ipse enim se ipsum episcopatu indignum demonstrat. Cur hoc vel simili emplasmate non curant itidem Graeci suos sacerdotes, diaconos et subdiaconos, si quando extra honestatis limites evagentur? Si Graeci totam antiquitatem respuebant, par saltem erat, ut audirent suum Iustinianum, qui mentem suam de caelibatu ministrorum ecclesiae diu ante Trullani conciliabuli tempora explicarat his verbis Novell. 6.: *Nihil sic in sacris ordinationibus diligimus, quam cum castitate viventes, aut cum uxoribus non cohabitantes, aut unius uxoris virum, qui sive fuerit, sive adhuc sit, et ipse castitatem eligat secundum divinas regulas, primum principium et manifestum fundamentum residuae virtutis constitutam.* Sed venter aures non habet, multo minus libido: et forte patrocinium a Iustiniano quaerent, etsi imprudenter, ne dicam impudenter. Nam Photius in Nomocanone titulo XIII. hanc ex Novellis Iustiniani sanctionem citat: *Nullus clericus, qui uxorem non habet, habeat in domo sua introductitiam, praeterquam matrem et filiam et sororem et alias non suspectas;* ubi imperator indicare videtur, esse clericis matrimonium permissum, quandoquidem monet, ut qui uxores non habent, ab *ἐπεισάκτοις* abstineant. Quo ipso existimare quis posset, ab eo significatum, clericos, si voluissent, potuisse uxores ducere. Verum si quis integra verba Iustiniani, non ut a Photio decurtata sunt, consideret, aliam longe mentem Iustiniano fuisse intelliget. Verba edicti haec sunt Novell. 123.: *Τοῖς δὲ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις καὶ ὑποδιακόνοις καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν κλήρῳ τεταγμένοις μὴ ἔχουσι γαμετὰς κατὰ τοὺς θείους κανόνας ἀπαγορεύομεν καὶ ἡμεῖς κατὰ τὴν τῶν ἁγίων κανόνων δύναμιν γυναῖκά τινα ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἐπείσακτον ἔχειν.* Quo loquendi modo manifeste docet imperator, presbyteros, diaconos, subdiaconos caelibem vitam agere debuisse, sacris canonibus id ita praecipientibus: licet nonnullis ex clericorum numero nuptiae permissae essent, lectoribus nimirum et cantoribus, de quibus apostolorum can 25. vel, iuxta aliorum divisionem, 26. et ipsemet Iustinianus Novell. 6. et 123., qui mulierem, quam Nicaena synodus vocat *συνείσακτον*, eadem notione *ἐπείσακτον* appellat eoque vocabulo idem, quod Nicaena synodus, intelligit. GRETSER.

Pag. 434, 9. *εἴρηται* M.

Pag. 434, 13. *λειτουργείας* M.

Pag. 434, 21. *ἐκ τοῦ ταμίου* M.

Pag. 434, 23. *aequaliter gratiae participes.* Potestate ordinis pares sunt omnes episcopi, non iurisdictionis: ea enim metropolitanus episcopo, et patriarcha utrisque antecellit. PONTAN.

Ibid. Quod Cantacuzenus ait, omnes episcopos pares esse

gratia, id accipi debet de gratia et potestate ordinis, non iurisdictionis: qua alios aliis esse maiores, certum est et indubitatum apud omnes illos, quibus ecclesiasticae hierarchiae gradus perspecti sunt. GRETSER.

Pag. 434, 24. *μέτεστι τῆς δωρεᾶς* M.

Pag. 435, 1. *honor autem ac splendor sedium.* Cum legis honorem splendoremque sedium penes imperatorem esse, eique licere parvae urbis episcopatu dignum iudicatum ad maiorem provehere, id ne mireris. Postquam enim Graeci e Romani pontificis obedientia se subtraxerunt, omnia suo imperatori per adulationem detulerunt, et pro iugo leni et levi Romanae ecclesiae cervicibus suis ferreum adsciverunt. Semel enim in hanc provinciam imperatores admissi, nihil in ecclesiasticos, inque ipsos patriarchas sibi non permisere, quod testantur tot constitutiones Graecorum imperatorum de rebus ecclesiasticis et commentarii Balsamonis in Nomocanonem Photii et in canones Conciliorum; omnesque historici, quotquot post natum dissidium a Latinis res Graecanicas litterarum monumentis commendarunt. Quocirca arbitratu suo episcopos ponebant, deponebant, reponebant, transferebant, et in ordinem, quoties collibitum erat, redigebant: privilegia et immunitates, titulos et dignitates augebant, minuebant, tollebant, ipsarumque dioeceseon fines ampliabant aut contrahebant liberrime sine ullius metu aut reverentia: ipsisque Constantinopolitanae ecclesiae praesulibus exiguum sane honorem habebant; id vel hinc colligas, quod, ut inquit Innocentius tertius cap. Solitae ext. de maior. et obed. illos iuxta *scabellum pedum suorum in sinistra parte sedere aut faciebant aut permittebant: cum,* ut inquit Innocentius, *alii reges et principes archiepiscopis et episcopis suis (sicut debent) reverentes assurgant et eis iuxta se venerabilem sedem assignent.* Quid quod et patriarchale pedum seu sceptrum ex manu imperatoris accipiebant et tantum non ab iisdem consecrabantur? ut planum ex Curopalata, qui in libello de officiis Aulae Constantinopolitanae, *περὶ προβλήσεως*, de patriarchae designatione seu inauguratione ab imperatore fieri solita, copiose scribit: quem et ait traditioni *τοῦ δικανικίου* seu sceptri patriarchalis haec solennia verba adhibuisse: *ἡ ἁγία τριὰς διὰ τῆς παρ' αὐτῆς δωρηθείσης ἡμῖν βασιλείας προβάλλεται σὲ ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην.* Ita quod a Romano pontifice tanquam ab universali Christi vicario pastorumque pastore accipiendum erat, accipere coacti sunt (in poenam, opinor, conflati schismatis) ab imperatoribus, qui dabant, quod dare nequibant: et quia ad ovile reverti renuerunt, adhuc in longe magis duros et immites initiatores inciderunt, in ipsos inquam trucu-

lentissimos Turcas, a quorum tyranno primus post captam Constantinopolim *δικανίκιον*, hoc est, pedum episcopale accepit Gennadius patriarcha: et hac etiam tempestate nullus patriarcha munus suum obire potest, nisi prius *χρυσόβουλλον*, seu, ut vocant hodierni Graeci *μπεράτιον*, hoc est, diploma et litteras confirmationis et potestatis ab impio imperatore impetraverit: nec impetrat nisi largo pescesio (hoc enim nomen est tributo, quod a novo patriarcha initio suae functionis in aerarium Turcicum inferri debet) comitatus veniat *εἰς τὸ διβάνη*, ad senatum Turcicum: tum aditus ad tyrannum, immo et ad osculum manus patet, grandi scilicet beneficio: tum praeclarus ille mystagogus dat patriarchae *πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δεσποτείαν εἰς πάντας τοὺς εὐσεβεῖς Χριστιανοὺς, ἱερωμένους καὶ λαϊκοὺς*, ut proditum est in historia quadam mixobarbara de patriarchis Constantinopolitanis Turcograeciae inserta. Ex eodem fonte manavit, ut imperatores episcoporum synodis praesiderent, primique subscriberent, (cuius aliquot exempla in hac nostra historia exstant) adversus omnem antiquitatis morem et cuiusvis recte sentientis rationem. Quid enim indecentius, quam ut ovis pastoribus praesit? Quantum distat istorum arrogantia a Magni Constantini submissione, qui in Concilio Nicaeno sedere noluit, nisi in sede humiliore, quam essent episcoporum sedilia, nec nisi episcopis annuentibus, ut colligitur ex Theodoreto lib. 1. cap. 7. histor. ecclesiast. et ex Eusebio lib. 3. de vita Constantini. Idem Constantinus post omnes episcopos subscripsit, ut testatur Basilius imperator fine octavae Synodi. Quam igitur degeneres Graeci posteri a Constantinopoleos conditore Constantino, qui, pro nefas, imperatricibus quoque hunc praesidendi honorem in Conciliis detulerunt; non longe abeundum est: sub finem libri tertii suae historiae subministrat nobis Cantacuzenus praeclari huius facti praeclarum specimen. Sed supervacaneum fuerit pluribus de hoc argumento disserere velle. In promptu est Bellarminus, qui copiose docet, cuius sit praesidere Conciliis et quis hactenus quoque praesederit, libro primo de Concil. cap. 19. et 20., ut et illud, cuius sit congregare Concilia, cap. 12. eiusdem libri. GRETSER.

Pag. 435, 2. *ad maiorem provehere.* Nimium auctoritatis dederunt imperatori episcopi et patriarchae Graeci, postquam se ab ecclesia Romana abruperunt, et ii delata sibi potestate usi sunt egregie. Patet per omnes historias Byzantinas ista subiectio et quaedam indigna profecto servitus, quam volentes suis imperatoribus servierunt. Ne itaque mireris, si et apud hunc eius rei exempla videas. PONTAN.

Pag. 435, 10. *ὡς τοῖς οἰκείοις ἑάλωσαν πτεροῖς.* Suis se laqueis irretire saepius legi: suis pennis se capere, nun-

iam. Forsitan hoc vult, quemadmodum aviculae dum viatis virgis insident, quo magis alarum concussu se laborant ipere, eo magis etiam ipsis pennis implicatae haerescunt: sic tos episcopos suo ipsorum sermone contra se tulisse suffraum, dum Ioannem Constantinopolitanum episcopum esse noerunt, Thessalonicensem fieri concesserunt, cum ordo epiopalis unus idemque sit, nec propter hanc vel illam sedem irietur. PONTAN.

Pag. 436, 11. τῆς add. ante ἑσπέρας M. mg.

Pag. 437, 5. εἰργάσατο M. supr. lineam.

Pag. 437, 6. παρῆκε M.

Pag. 437, 9. τινα καὶ φίλους M.

Pag. 437, 19. *ad imperatorem detulit.* De ista cusatione Syrgiannis a Zamplacone Gregoras lib. 10.: *Syrannes prius etiam ob exactum a Thessalonicensibus iusiundum magistratui suspectus: et quia a matre imperatoris adoatus fuerat, cum imperator Didymotichi capitali morbo laoraret: tum a Zamplacone laesae maiestatis reus actus, sui dendendi causa Byzantium ad imperatorem venit.* PONTAN.

Pag. 437, 20. ἀπελέγξειεν M.

Pag. 438, 9. μηδ' ὑφ' ἑνὸς M. mg., ὑπὸ μηδενὸς textus.

Pag. 438, 22. ἐκέλευεν M.

Pag. 439, 3. περισπούδαστον M. mg. pro τῶν πάντων εριςπουδαστότατον.

Pag. 439, 19. δὴ M. pro δ'.

Pag. 439, 22. τὸν add. ante βασιλέα M. mg.

Pag. 440, 5. πατέρων scribe cum M. pro πρώτων.

Pag. 440, 10. τὸ M. mg., τοῦ textus.

Pag. 440, 17. *quod nec profuturi, si meliores.* idendum, quomodo vera sit haec sententia. Certe filii et epotes boni ad decus et gloriam familiae suae prosunt: et lius sapiens est gloria patris sui, et nequam filii eidem nominiam ac dedecus inurunt, quod exemplis probare nihil ttinet. PONTAN.

Pag. 441, 12. τοῦ add. ante μεγάλου M. mg.

Pag. 441, 15. κινδυνεύοντας M.

Pag. 441, 24. οἷς om. M.

Pag. 442, 22. τούτων M. pro αὐτῶν.

Pag. 443, 2. σὲ καὶ φιλίας M.

Pag. 443, 15. σφετέρᾳ M. mg.

Pag. 444, 16. συμβαίνῃ M.

Pag. 445, 8. καὶ μὴ διὰ μικροψυχίαν. Foedum erram: plane enim flagitante sententia scribendum μεγαλοψυίαν. Profecto enim propter μεγαλοψυχίαν Syrgianni alias uoque ignovit. Sicut ergo hoc officium est τῶν μεγαλοψύων, ita et innocentem non pati calumniis opprimi. PONTAN.

Pag. 445, 12. *πεῖσαι* M. recte.

Pag. 446, 7. *προσορμίσῃς* recte M.

Pag. 447, 19. *equos et canes.* Gratissimum donum venationis perstudioso, sicut militi arma, cupido litterarum libri. PONTAN.

Pag. 447, 20. *pelles pardalinas.* Heroicum donum: animalium enim generosorum ac nobilium, ut ursorum, pardorum, leonum, tigridum pelles seu exuvias gestare pro indicio virtutis heroibus in more fuit. Id pluribus locis ex solo Marone cognoscimus. Acestes lib. 5. occurrit Aeneae *horridus in iaculis et pelle Libystidis ursae.* Ibid. Salio Aeneas donat *tergum Getuli immane leonis villis onerosum atque unguibus aureis.* Lib. 7. de Aventino: *Ipse pedes tegmen torquens immane leonis* etc. Lib. 8. de Euandro: *Demissa ab laeva pantherae terga retorquens.* PONTAN.

Pag. 447, 21. *ἐξ* om. M.

Pag. 448, 1. *μετὰ δὲ τοῦτο* M.

Pag. 448, 9. *αὐτὸς* M. recte.

Pag. 448, 16. *cum terque quaterque.* Haec ex Gregora illustrantur. *Semel atque iterum et tertio causa apud omnes iudices dicta, plane reus peragi non potuit, adeo ut iam a plerisque iudicibus absolveretur. Lite autem adhuc pendente, vades ab eo imperator petiit, ne clam profugeret, priusquam omnes iudices de eo suffragia tulissent. Quae res eius animum valde turbavit et in carceris metum coniecit: gravissima illa et intolerabilia, quae prius perpessus erat, recordantem, quorum vestigia recentia adhuc et evidentia in animo circumferebat. Cum autem vades minus alacres videret, graviore metu urgebatur. Quas ob res fuga clam arrepta, cum statim sollicite quaereretur, nusquam est inventus* etc. PONTAN.

Pag. 450, 9. *orci galeam.* Orci galea proverbium in eos, qui se arte quadam occultant. Simile Gygis annulus. Plato lib. 10. de republica dixit, semper honesta propter se sequi oportere, etiamsi quis Gygis annulum vel Plutonis haberet galeam. Origenes lib. 1. adversus Celsum haereticum docet, magis convenisse, ut Christus in Aegyptum fugiens subduceret sese Herodis insaniae, quam si sub Plutonis casside latitans, eumdem fefellisset. Vide Chiliasten. PONTAN.

Pag. 450, 15. *eo primum portatus.* Gregoras: *Post annum autem supplices litteras ex Euboeae ad imperatorem misit, quibus veniam petebat et locum aliquem in extremis Macedoniae finibus, in quo cum uxore et liberis consideret. Nam cum aulicorum invidiae, ut diximus, obnoxius esset, porcul ab illis esse voluit, ne per insidias ab eis occideretur. Addebat et iusiurandum, quo se imperatori perpetuo fidelem fore testabatur. Sed cum nihil impetrasset, Euboea digressus, ad*

erviae Cralem proficiscitur: ab eoque cupidissime susceptus, umma et gratia et auctoritate floruit, assessor concors, amiis consentiens, consiliarius acceptus, intimorum fidelissimus, xterorum occupatissimus, alter Themistocles Artaxerxi Perie. Nam cum fama eum iampridem cognovisset, tum adentum eius in luculento lucro deputabat. Et quia pollicebatur, illius opibus ad Romanum imperium occupandum adiuvaetur, se Macedoniam Triballis subiecturum, omni studio eum ovebat. PONTAN.

Pag. 450, 6. *αὐτῶν* et *δι' ἑαυτοῦ* M. Recte.

Pag. 450, 11. *φαύλην* scribe cum M.

Pag. 451, 7. *Sphranzes Palaeologus.* Historiam anc Gregoras quoque persequitur lib. 20., quam cum hac ostra contendas licebit. *Imperatorem autem in hanc curam itentum, senator quidam Sphranzes Palaeologus adit et sine rbitris alloquitur, illoque opes et honores pollicente, vicissim edem Syrgiannis pollicetur* etc. Vides quemadmodum imeratorem huius caedis insimulet? Sphranzes ex Francisco epravatum puto. Nam et multo ante id saeculum Graeci atinorum quoque et ex Latinis vocibus facta nomina sibi idebant, homines praesertim nobiles. PONTAN.

Pag. 451, 23. *ἕνεκα* M.

Pag. 452, 17. *τὰ γὰρ τοιαῦτα κλέμματα.* Sic Virgil. b. 11: *Furta paro belli.* Et 9.: *Hic furto fervidus instat.* ermo est de caede et strage nocturna. Statius 9. Thebaid. *lusus erat furto dextram iniectare Leonteus.* Curtius lib. 4. *Parmenio furto, non praelio opus esse censebat: incepta nocte pprimi posse hostes.* Sic *furtivi amores, Veneris furta* poeie. Velleius lib. 2. *in C. Caesaris locum furto creatus. Furtum* siquidem appellabant, quidquid occulte fieret. PONTAN.

Pag. 454, 10. *ἀποστήσαντας* M.

Pag. 454, 24. *urbes iam armis domuisse.* Gregoas: *Veris initio Crales suas copias coegit: Syrgiannes vero landestinas litteras per omne imperium Romanum dimisit, a rovincia finitima Triballis auspicatus, et per omnem oram naritimam et mediterraneas urbes ac provincias Byzantium sque progressus, quibus et agrorum assignationes et pecuniae rgitiones et honorum fastigia et id genus alia pollicebatur* tc. Infra: *Aestate vero iam media Crales cum suis copiis yrgiannem sequitur, recta Thessalonicam petentem, levi opera nteriectis urbibus et provinciis in deditionem acceptis, partim desiderio veteris administrationis, partim vastationis segeum metu; tempus enim messis erat.* PONTAN.

Pag. 455, 3. *flumen Axium.* De hoc fluvio Gregoas: *Post Strymonem esse maximum et iisdem, quibus ille, iontibus erumpere, ab ipsa quidem origine non tantum, sed*

in decursu montium multis torrentibus actum, et nomine in Bardarium mutato, aliquando et quibusdam in locis navigabile. PONTAN. Ἄξιον M. quoque; mg. idem scholion quod P. habet et lin. 15. τῆς νῦν Κασανδρείας.

Pag. 455, 3. *per Macedoniam.* Gregoras: *Deinde in Macedoniam abiturus, ut sua praesentia eos, qui defectionem spectabant in urbibus, terreret, patriarchici solii post Esaiae obitum Ioannem Apris oriundum, imperatorii collegii tum sacerdotem, successorem deligit: cuius fidei, Deum testatus, in maximo divini verbi Sapientiae templo coniugem et liberos suos mandavit, ut eorum curator et custos post Deum esset, si quid forte respublica detrimenti cepisset. His actis propere in Macedoniam contendit, nullo secum adducto exercitu. Iam enim omnes suspectos habebat, praeter fidelissimos domesticos suos et magnum domesticum Cantacuzenum, quem eius studiosissimum et amantissimum, ceteris vero omnibus comem et hilarem, tempus declaravit.* PONTAN.

Pag. 455, 20. τῆς adde ex M. ante στρατιᾶς.

Pag. 456, 22. ὁρῶν adde ex M. ante αὐτὸν et corrige eodem ἐναπειλημμένον.

Pag. 457, 4. *interficiunt.* Longe aliter de nece Syrgiannis Gregoras. *Ceterum Sphranzes imperatori quid ageretur nuntiaturus, simulque Syrgianni non suspectus esse volens, callidissimo et mirifico commento illum aggressus, se cum duobus cubiculariorum principibus pepigisse ait, qui affirmassent, se, data opportunitate, imperatorem occisuros. Eos igitur commonefaciendos esse conventorum. Sic potestate data, imperatori quid ageretur significat: quae erant huiusmodi. Deesse sibi facultatem simul et facinoris patrandi et vitae conservandae. Magnam enim Syrgianni turbam noctu atque interdiu circumfusam esse, neque unquam relinqui solum* etc. PONTAN.

Pag. 457, 9. τῇ ἀπὸ τῶν πραγμάτων. Fatum videtur indicare, quam εἱμαρμένην vocant, id est, ordinem seriemque causarum, cum causam causa ex se gignit. Seu id, quod est apud divum Augustinum civitatis divinae libro 5. cap. 8. *Qui vero,* inquit, *non astrorum constitutionem, sicuti est, cum quidque concipitur vel nascitur vel inchoatur, sed omnium connexionem seriemque causarum, qua fit omne, quod fit, fati nomine appellant, non multum cum eis de verbi controversia laborandum atque certandum est: quandoquidem ipsum causarum ordinem et quamdam connexionem Dei summi tribuunt voluntati et potestati, qui optime et veracissime creditur et cuncta scire, antequam fiant, et nihil inordinatum relinquere, a quo sunt omnes potestates, quamvis ab illo non sint omnium voluntates* etc. In quod caput scribens Ludovicus Vivus, ex Pico Mirandulano contra Astrologos lib. 1. refert quatuor

ntentias veterum de fato. I. Alii dixerunt fatum esse na-
ıram, ut quae electionis sint vel casus, extra fatum sint.
t Virgilius de Didone, quae semet occiderat, dixit, eam
on mori fato. Et Cicero 1. Philipp. *Si quid mihi huma-
itus accidisset: multa enim impendere videbantur praeter na-
ıram praeterque fatum.* II. Ponit aeternam seriem causarum
ecessario nexarum. III. Sidera facit fata. IV. Divini consi-
i executionem fatum vocat. PONTAN.

Pag. 457, 18. ***missisque legatis foedus.*** Contra-
um scribit Gregoras. *Postridie vero,* inquit, *Crales re de-
erata, imperatori petenti pacem dedit: cumque eo egresso col-
cutus, muneribus quibusdam acceptis, domum se recepit.* Sci-
cet Syrgiannis caedes Crali profuit, ut pacem non ipse pe-
re, sed petitam potius dare deberet. Mentitur ergo, ut ap-
ıret, Gregoras et laudem Andronici iunioris, ubi potest, aut
issimulat aut elevat. PONTAN.

Pag. 457, 20. **συγγενόμενος** et lin. 21. **ἀνεχώρησεν** M.
'trumque recte.

Pag. 458, 15. **οἰκίαν** M.

Pag. 459, 5. **κατὰ συμμαχίαν** recte Spengel. l. l. p. 354.

Pag. 461, 5. **ὡς ἐς μάχην** scribe cum M.

Pag. 462, 4. ***pax cuilibet bello praeponderet.***
ulchre M. Tullius, quod hanc sententiam, ut verissimam,
onfirmat, ad Atticum epist. 14. lib. 7. *Equidem ad pacem
ɔrtari non desino, quae vel iniusta utilior est, quam iustissi-
ıum bellum.* PONTAN.

Pag. 462, 22. **ἀνασείσασθαι** M.

Pag. 463, 4. ***ferro et manu de iure statuere.***
tqui *sapientem omnia prius, quam armis experiri decet,* ut
it Terentius. Et Cicero 1. Offic. *Cum sint duo genera de-
ertandi, unum per disceptationem, alterum per vim: cum-
ue illud proprium sit hominis, hoc belluarum, confugiendum
ıt ad posterius, si uti non licet superiore.* PONTAN.

Pag. 463, 24. **ἐπιλειπόντων** M. ab altera manu.

Pag. 464, 23. **ἀπαλλάξασθαι** M.

Pag. 465, 11. **τὸ δὲ μέσον** M.

Pag. 467, 1. **συνασπισμός.** Quasi dicas *conscutatio*; est,
uam nos testudinem appellamus in oppugnationibus urbium.
nterpretatur eam Turneb. 7. cap. 8. his verbis. *Faciebat
im exercitus, se tegumentis scutorum undique operiens, ut
studo suo obducta est putamine, eaque specie referebat te-
um aedificiorum: sic autem se operiebant crate perpetua cly-
eorum adversus sagittas Parthorum, et adversus omnia mis-
lia superne cadentia, cum urbem oppugnabant.* Plura in
mbolis nostris ad illud 2. Aeneid.: *obsessumque acta testu-
ine limen.* PONTAN.

Pag. 467, 4. ὀλίγον M.

Pag. 467, 12. *a fronte nihilo minus se tuentes.* Genus fugae, retrocedere interimque contra hostem insequentem se defendere, in qua fuga plus animi quam timoris inest. Sic Troianis instantibus fugit Turnus 9. Aeneid. et in eo leonem imitatur. PONTAN.

Pag. 467, 17. ἐντὸς scribe cum M. pro αὐτός.

Pag. 468, 11. τὸ νῦν ἔχον add. M. post βούλεσθαι.

Pag. 468, 23. πρεσβεύοντες M.

Pag. 470, 19. ὅπη M.

Pag. 472, 6. ἐγχώριον M. recte.

Pag. 473, 9. *diem clausit ultimum.* Anno Domini, ut vult Onuphrius, 1332. De morte eiusdem multa Gregoras. Etiam prodigia non pauca, quae antecesserint, recenset, ex quibus minime omnium fidem meretur, quod de solis defectione narrat, tot dierum, quot annos vixerit, id est, septuaginta duorum; nam tot annos habet noster historicus: Gregoras quatuor supra septuaginta. Quis non putaret tanto prodigio mundum interiturum? Annos imperii eius quidam 5a., alii 60. numerant, noster 62. Naeniam in obitum senioris lege, si placet, apud eundem Gregoram. Xena autem Thessalonicae defuncta ibique sepulta est, cui declamatorius ille historicus similiter naeniam texit. PONTAN.

Pag. 473, 10. ἥμισυ M.

Pag. 473, 19. ὑπαγάγῃ M.

Pag. 476, 4. *Phocaeam novam. Phocaeam hereditario iure a maioribus acceperant, ab avo imperatore eis datam, procurationis et redditus cuiusdam ergo. Quamobrem certis temporibus, qui procurationem eius accipiebant, perpetuo imperatoris litteris confirmabantur, ne qui temporis diuturnitate imperatorium dominatum detrectarent.* Ita Gregoras. Intelligis igitur, quomodo obtinuerit Phocaeam Dominicus. PONTAN.

Pag. 476, 7. *Lesbo Romanis erepta.* Hanc insulam diserte describit Bizarus, historiae Genuensis lib. 17., qui, quod Francisco Catalusio propter fidelem sibi adversus Cantacuzenum navatam operam ab imperatore donatam Lesbum et sororem ab eodem in matrimonium illi datam scribit, ab Aenea Sylvio hausit. Duas sorores habuit, Annam et Theoram, quorum illa Sphentisthlabo Moesorum regi nupta, patre Michaele adhuc vivo extincta est: altera prius Nicephori Acarnaniae despotae uxor, postea Michaeli aeque Moesorum regi nupsit, ut ex nostra historia patet, in qua de auxilio Francisci Catalusii adversus Cantacuzenum nec verbum reperitur. PONTAN.

Pag. 476, 8. *Genua undecim triremibus.* Grego-

ras lib. 10. initio.: *Rhodii vero et maritimae Phocaeae non procul a Smyrna accolae et Cycladum insularum princeps, consilio fraude mutato pepigerant, se Romanas insulas clam oppressuros et ipsas imperatoris copias: veriti fortasse, ne is, aliis rebus omissis, se invaderet. Itaque cum navibus quindecim Lesbum profecti, tota insula statim potiri non potuerunt: sed subito Mitylenes portum ingressi, urbem proditione ceperunt. Cum autem Rhodii et Cycladum princeps et opes diripere et insulae ditionem partiri vellent, Phocaeensium princeps Catanes per astum et dolum, suum praesidium in urbem induxit, illisque deceptis, eam sibi vindicavit; inde enim totius insulae vel sine sociis facile se potiturum esse putabat, quippe qui solus illos ambos copiis vinceret. Is enim solus octo triremes adduxerat, quas Genuae compleverat, Rhodii vero quatuor, reliquas tres Cycladum princeps.* Vide reliqua. PONTAN.

Pag. 476, 14. *Μηθίμνης* M. quoque.

Pag. 476, 24. *δικαίους* M.

Pag. 478, 8. *ὅποι* M.

Pag. 479, 5. *τοῦ στόλου* M.

Pag. 479, 19. *Φιλανθρωπινὸν* M.

Pag. 479, 22. *Ντουάρδος* M. ab altera manu.

Pag. 482, 1. *ἦσαν* scribe cum M. pro *εἰσιν*.

Pag. 483, 11. *παρῄνει* M. quoque.

Pag. 483, 12. *ἐκέλευε* M.

Pag. 483, 14. *οἷ* M. pro *ὃν*.

Pag. 483, 18. *αἱ* om. M.

Pag. 483, 20. *μαχοῦνται* M.

Pag. 483, 23. *magni quippe domestici mater.* Gregoras: *Ceterum cum imperator cum classe diutius abesset et in palatio magna impunitas et licentia vigeret, adolescentes aliquot seditionem moverunt, se Latinos quoque ob intercedentes simultates socios esse habituros rati. Scopus autem seditionis fuit, ut postea cognitum est, imperatoria potestas, si dominam imprimis et filium eius Ioannem imperatorem et eos denique omnes, qui adversari possent, occidissent. Sed dum id facinus adhuc parturiunt et seditiosi rem clanculum vehementer urgent, Cantacuzena magni domestici mater, quid ageretur, animadvertit, quam imperator assestricem coniugi suae discessurus reliquerat, quippe senatoriam matronam et gravitate morum conspicuam et singulari prudentia ornatam et in rebus dubiis praesenti consilio instructam. Ea ergo una cum domina, priusquam scelus auctum erumperet, motum illum prudentissime compescuit* etc. De insidiatoribus autem istis quid actum sit, idem Gregoras sic exponit. *Paulo post* (ubi Byzantium rediit) *comprehensis insidiatoribus, singulis seorsum interrogatis, verum ab omnibus perquisivit.*

Mox toto senatu convocato et episcopis, qui tum in urbe agebant, una cum patriarcha accersitis populique Byzantini proceribus, seditionis auctores et eorum coniuratos et testes in medium produxit. Hi vero inter sese iurgantes et alii alios arguentes, certissimis argumentis coniurationem et immania ac perniciosa consilia demonstrabant, ut et ipsi absque ulla tergiversatione parricidium suum fateri cogerentur. Ac discerpti statim essent a populo, nisi excellens imperatoris humanitas et clementia impetum illum repressisset. PONTAN.

Pag. 485, 12. βασιλεῖ M. quoque.

Pag. 485, 22. σύμμαχοι μὲν M. recte.

Pag. 487, 21. ὑπολιπέσθαι M.

Pag. 488, 6. τούτῳ M., Spengel. l. l. coni. κἂν τούτῳ.

Pag. 488, 23. πολιορκουμένοις M.

Pag. 489, 20. παραστήσεσθαι M.

Pag. 490, 2. πολλαπλασίω M. quoque.

Pag. 490, 4. προσεδοκᾶτε M. ab altera manu.

Pag. 490, 15. πάντοθε M.

Pag. 491, 18. ἀποφαίνοντα M. supra lineam et lin. 19. pro ὂν mg. ὅς.

Pag. 491, 24. αἰτήσασθε M.

Pag. 492, 14. δεινῶν M. pro κακῶν.

Pag. 493, 1. αἰτία scribe cum M. pro ἀξία.

Pag. 493, 7. διδόναι M.

Pag. 493, 20. δυνατὰ M. supra lineam.

Pag. 493, 23. Ντοάρδῳ M. itemque p. 494, 4.

Pag. 494, 16. *quotquot nobilitate clari.* De deditione Phocaeae sic Gregoras. *Sub brumam autem, cum Phocaeenses Latini perseverantia imperatoris neque hiemis rigore frangi, praesertim cum omnes navales copiae oppugnationem noctu atque interdiu sub dio continenter urgerent, nec longa absentia a suis, nec ulla penuria urgeri cernerent, praesertim cum ipsos iam commeatus deficere inciperet: desperatis rebus, legatos Rhodum mittunt, petentes, ut in tanto discrimine subvenirent. Rhodii ergo apud imperatorem pro eis intercedentes, obsidionem solvunt. Phocaeenses enim Turco Romanos adiuvanti filios statim restituerunt, quos multo ante furati in vinculis habebant. Fidem praeterea imperatori firmarunt, Rhodiis testibus, se et Mitylenen statim restituturos, et imperatori dicto audientes fore, ut prius moris fuisset atque a patribus acceptum esset. Sic imperator navalibus copiis inde reductis, ire quidem Mitylenen voluit: sed propter tumultum Byzantium et defatigationem exercitus ex frigore male affecti, Byzantium cum tota classe rediit.* PONTAN.

Pag. 495, 7. ἃς M. quoque.

Pag. 495, 8. συνθήκας καὶ παραβ. M.

Pag. 495, 18. σκεπάριον M. a manu prima.

Pag. 495, 19. *Clisuram.* Castellum hoc Clisura inde nomen accepit, ut reor, quod ibi via seu transitus angustus admodum, per loca videlicet montuosa: Latini furcas et fauces nominabant. Quamquam et hoc Graecum a Latino est, claudendo videlicet. Testatur Suidas: κλεισοῦραι· οὕτω καλοῦνται τὰ ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων τῇ πατρίῳ τῶν Ῥωμαίων φωνῇ. Clusura, clusa, clausa ad fines seu limites imperii, quae propugnaculis quibusdam muniebantur, quae et castra et castella, unde et castellanus miles alicubi. Dicuntur et burgi, a quibus olim Burgundiones, inquit Pithoeus Adversar. lib. I. cap. 14. PONTAN.

Pag. 496, 1. ἐλπίσαντα M. quoque.

Pag. 496, 2. βουλομένῳ M.

Pag. 496, 5. καταφυγὰς M. supr. lin.

Pag. 496, 15. διραχίου (sic) M. supr. lin. pro Ἐπιδάμνου.

Pag. 496, 23. τοὺς βαρβάρους M.

Pag. 497, 3. ὅποι M.

Pag. 497, 9. ἢ καὶ σύμπαντας M. supr. lineam.

Pag. 497, 15. *Christi servatoris oeconomiam.* Placet mihi, quod lego apud Iacobum Billium Observat. sacrar. lib. I. cap. 40.: Cum innumeris locis Graeci patres οἰκονομίαν ἀντὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ accipiant, quumque etiam ita Theodoretus exponat in Polymorpho, qui eam *dispensationem* vel *administrationem* vertere malunt, quam *incarnationem* vel *assumptam humanitatem* vel (nisi quod vocabulum durius est) *inhumanationem*. Quam recte id faciant, ipsi viderint: mihi quidem nihil dicere videntur, quod lector Graeci sermonis ignarus intelligat. Docet etiam Budaeus commentariis linguae Graecae, οἰκονομίαν valere ἐνανθρώπησιν. Imo vita Christi et eius theurgia tota et provincia illi a Deo patre iniuncta, Graecis patribus οἰκονομία dicitur. PONTAN.

Pag. 498, 13. μοίρας add. M. mg. post πέμπτης.

Pag. 499, 4. οἰκίαν M.

Pag. 499, 11. ὑπὸ om. M.

Pag. 500, 17. ποιουμένοις M. quoque.

Pag. 501, 2. βούλονται M. quoque.

Pag. 501, 3. πρόσεστι M.

Pag. 501, 3. κελεύῃ M.

Pag. 501, 16. συμφέρῃ recte M.

Pag. 502, 19. παρεσκευασμένης M. quoque.

Pag. 502, 21. *brevi civitates omnes.* De ista deditione atque adeo de tota expeditione et victoria contra Acarnanas ita Gregoras: *Iam vero imperatorem Aetolorum et Acarnanum res affectae, et propter domini eorum obitum la-*

borantes vocabant. Principatus enim, qui a vidua muliere et immaturae aetatis puero gubernari non poterat, temere ferebatur, veluti navigium ancoris destitutum, quod hyberno tempore a fluctibus exagitatur etc. PONTAN.

Pag. 503, 3. αὐτοῖς recte M. ab altera manu.

Pag. 503, 5. τοῦ M. pro τῷ.

Pag. 503, 13. τὸν Νικηφόρον M. quoque, sed recte lin. 14. δοκοῖεν.

Pag. 503, 18. Ἰόνιον M.

Pag. 503, 19. πριγκίπισσαν, ex Italico, ut alia multa: *principessa.* Quae autem haec mulier vidua fuerit, capite sequenti exponitur. PONTAN.

Pag. 504, 5. *sub Alexio Angelo.* Sub Alexio Angelo iuniore, Isaacii filio, quem Alexius Angelus frater occiderat, circiter annum a Christo nato 1200., sed mense post restitutionem suam in imperium vix exacto, (restitutus est autem Gallorum seu Flandrorum et Venetorum armis,) cum satageret rerum, quas promiserat, a Murtzuphlo quodam ignobili, quem tamen ad summum dignitatis gradum extulerat, fraude puer necatur (erat autem annorum 12.) urbs Gallis Venetisque dedita est, et imperium deinceps penes Francos seu Flandros fuit. Egnatius lib. 2. PONTAN.

Pag. 504, 20. ἀναμιμνήσκων lege cum M. pro ἂν ἀναμιμν.

Pag. 504, 23. υἱῷ M.

Pag. 504, 24. καθ' M. supr. lin. pro πρὸς.

Pag. 505, 1. ἐντεθραμμένῃ M. quoque.

Pag. 505, 3. *virginem suam despondit.* Puellam tum novem annos explevisse, adolescentem vero quindecim, auctor est Gregoras. Unde firma pax inter Romanos et Moesos constituta sit. De puella vix credi potest. A iureconsultis quidem tempus nuptiis idoneum annis duodecim circumscribitur in femina. PONTAN.

Pag. 505, 24. Ἐνακόσια M. ab altera manu.

Pag. 506, 23. οἱ δ' ἑάλωσαν M. quoque.

Pag. 507, 3. παρὰ τοῦ μεγ. M. supr. lin.

Pag. 507, 15. καὶ post θεοῦ om. M.

Pag. 507, 24. *quinae et tricenae naves.* Supra dixit, fuisse sex et triginta: postea, tribus fugisse Persas: quomodo ergo supersunt quinque et triginta? potius triginta tres dicendum fuit. PONTAN.

Pag. 507, 24. κατελήφθησαν M.

Pag. 508, 11. ἐκράτησαν τῶν Περσ. M.

Pag. 508, 16. ἀπώλλοντο M.

Pag. 508, 20. *Michaele Asane.* Cur Asanem cognominat? an id cognomentum ab Asane honoris causa imposuit? PONTAN.

Pag. 509, 2. *Tuntzam fluvium.* Trium confluentes ominum sunt Adrianopoli, Marizae sive Mariscae, qui olim lebrus, Tuntzae sive Taenari, et Hardae. Postquam hi fluii coiere, Mariza superat. Corruptum est Ntzan ex Tunzam. Itaque emendare non dubitavi. PONTAN.

Pag. 509, 15. ὥσπερεὶ recte M. pro ὡς παρὰ.

Pag. 509, 16. Καβασίλᾳ M. quoque.

Pag. 509, 18. Καβάσιλας recte M. ita infra quoque p. 513.

Pag. 509, 19. συνομοσίας M., quod restituendum. Vid. obeck. ad Phrynich. p. 704.

Pag. 510, 15. *imperavit.* De imperatoribus Constantiopolitanis Latinis dicemus infra ad cap. 36., qui fuerint, uamdiu singuli imperarint. Dabit enim nobis occasionem antacuzenus. PONTAN.

Pag. 511, 16. *trifariam.* Tres urbes defecerant, Arta, hogus, Thomocastrum: singulis obsidendis partem copiarum estinat. PONTAN.

Pag. 511, 24. ἐφικέσθαι M.

Pag. 512, 10. ἐκβαλόντες M.

Pag. 513, 2. ὑπεποιήσατο scribe cum M.

Pag. 513, 10. ἀπωθεῖσθαι M. quoque, non, ut Spenel. l. l. dicit, ἀποθανεῖσθαι.

Pag. 513, 15. διωθεῖται M.

Pag. 514, 17. *patrio Angelorum principatu.* A emporibus Angeli Alexii abrupta est a Romano imperio carmania, sed cap. sequenti historicus noster explicabit, uomodo ex praefectura facta sit propria provincia. Ex Praeore Graeciae Leunclavius haec verba recitat. *Qui duces aliis locis alii fuerant hactenus, (nondum occupata a Flandris onstantinopoli et toto fere imperio,) singuli regionem administrationi suae commissam tunc sui iuris efficiebant, vel ad oc impulsi motu proprio, vel ab incolis ad defendendam regioem arcessiti.* PONTAN.

Pag. 515, 11. ῥωγὼ οἱ (sic) κατέλιπεν M.

Pag. 515, 15. νᾶμα scribe cum M. pro ἅμα.

Pag. 515, 19. ἑτέρων M.

Pag. 516, 15. ἀπιέναι M.

Pag. 517, 2. αὐτοῖς ὡς βασιλέα recte M.

Pag. 517, 4. τῆς M. quoque.

Pag. 517, 10. ῥωγὼ M. quoque.

Pag. 518, 8. τῷ ἐπιτροπεύοντι M.

Pag. 519, 3. προσδοκᾷν τῶν ὑπαρξ. M.

Pag. 519, 8. χείροσι M. mg. pro μείζοσι.

Pag. 519, 13. καταχέατε M. ab altera manu.

Pag. 519, 13. μὴ M. mg. pro οὐ.

Pag. 519, 19. *exercitus.* Demosthenis sententia est in

Olynthiacis, quibus orationibus Athenienses ad auxilium Olynthiis contra Philippum ferendum cohortatur, ne in sua regione hostem habeant, si illos deseruerint. PONTAN.

Pag. 519, 20. ἐκ M. quoque.

Pag. 520, 2. *Iulii Caesaris.* Inde usque a Iulio Caesare Romani tenent Acarnaniam. PONTAN.

Pag. 520, 8. αὐτοὺς et δυνήσονται M.

Pag. 520, 22. βασιλεία M. quoque.

Pag. 521, 4. *Thraciam et Macedoniam.* Per annos fere 63. Interea Nicomediae in Bithynia sedem habuerunt Constantinopolitani imperatores. Primus autem ex Latinis imperavit Constantinopoli, anno Domini 1200. Balduinus, Flander mensibus 11. Quo a Moesis et Bulgaris capto atque interfecto, interregnum fuit anno uno et mensibus quatuor. Secundus, Henricus Balduini filius, qui sine liberis obiit. Tertius, Petrus Comes Altisiodorensis. Quartus, Robertus Petri filius. Quintus, Balduinus secundus Roberti filius. Donec Michael Palaeologus imperium Latinis ereptum Graecis restituit, anno Domini 1258. Quomodo praeclaram illam urbem Latini occuparint et quam horribilia scelera designarint, fuse docet Nicetas in Alexio Comneno lib. 3. in imperio Alexii Ducae, cognomento Murtzuphli. PONTAN.

Pag. 521, 13. ἐπιστρατεύσαντα scribe cum M.

Pag. 521, 18. βεβασιλευκότων recte M.

Pag. 521, 20. *falsum ratiocinari.* Non vult dari praescriptionem in regnis et provinciis, et qui vel centum annis possederit regnum non suum, quod inique occuparit, eo ab haerede legitimo depelli posse, de quo iureconsulti viderint. PONTAN.

Pag. 521, 23. οὐ om. M.

Pag. 522, 22. διὰ τοῦ M. supr. lineam.

Pag. 523, 14. ἐπ' αὐτοῦ recte M. totumque locum Spengel. I. l. p. 354. emendavit, posito εἰ, quod lin. 13. legitur, post γῆν.

Pag. 523, 19. παύεται M. ab altera manu.

Pag. 523, 23. δείσαντες M. quoque.

Pag. 524, 2. ἀποστάντας M.

Pag. 524, 12. ὑμῶν et v. 17. ὅτι M. quoque.

Pag. 524, 19. δεύτερον et lin. 21. τρίτον M. a manu 2.

Pag. 524, 21. προσάγων M.

Pag. 525, 16. ὑπὸ τῆς νόσου M.

Pag. 525, 17. Σφραντζῆς M. quoque.

Pag. 526, 2. ἔτι νήπιος ὤν. Miror, cum paulo post dicat, fuisse duodennem: qua certe aetate non sunt infantes. Nisi forte per μείωσιν aut contemptum vocet νήπιον. PONTAN

Pag. 526, 9. αἱροῦνται scribe cum M. pro αἱ.

Pag. 526, 10. *παρέσχοντο* M.
Pag. 526, 11. *ἔκ τε γῆς* recte M.
Pag. 526, 12. *Ταραντίνων* M. quoque.
Pag. 527, 7. *κατὰ τὴν πρώτην ἔφοδον* lege cum M.
Pag. 527, 16. *qui egressi e latibulo.* De Polypo haec Plinius lib. 9. cap. 29.: *Polyporum multa genera: terreni, maiores, quam pelagii, omnes brachiis ut pedibus ac manibus utuntur: cauda vero, quae est bisulca et acuta, in coitu. Ceterum per brachia velut acetabulis dispersis, haustu quodam adhaerescunt, tenent supini, ut avelli non queant* etc. PONTAN.
Pag. 527, 16. *ἐξέρχωνται* M. mg.
Pag. 527, 17. *θαλάμνης* M. text., sed ab altera manu corr. in mg.
Pag. 527, 18. *παρασπάσωνται* M. aperte, non, ut Spengel. dedit, *παρασπάσων*.
Pag. 527, 23. *εἶχον* M. supr. lineam.
Pag. 528, 8. *οἴονται* M.
Pag. 528, 24. *ὑπονοεῖτε* M.
Pag. 529, 8. *μὲν* add. cum M. post *χώραν*.
Pag. 529, 12. *ὄντες* adde cum M. post *ἑκόντες*.
Pag. 530, 5. *ἄρχεται* M. mg. pro *ἔχεται*.
Pag. 530, 8. *ἡμῶν* M.
Pag. 531, 22. *ὅτι* add. M. ante *μεταγνόντες*.
Pag. 532, 16. *ὀλίγων* M. quoque.
Pag. 533, 5. *ἐξενεγκεῖν* M. mg. pro *ἐξαγαγεῖν*.
Pag. 533, 11. *αὖθις* M. quoque.
Pag. 535, 9. *εἰπόντα* M. quoque.
Pag. 535, 17. *a mundo secedere.* Istum secessum *ἀναχώρησιν ἐκ τοῦ κόσμου* et *ἐκ τῶν πραγμάτων* alibi appellat. Inde *ἀναχωρῆται*, ad verbum *secessores*. Quid autem mundi nomen sacris scriptoribus valeat, quis tam crassa Minerva, ut non intelligat? PONTAN.
Pag. 536, 15. *λόγους* adde cum M. post *βασιλέως*.
Pag. 537, 1. *πεπεῖσθαι* M. quoque.
Pag. 537, 7. *δεύτερος* et *πλοῦς* M. supr. lineam.
Pag. 537, 23. Spengel. l. l. p. 348. recte comma delet ante *ν*. Ita nihil excidisse in seqq. apparet.
Pag. 538, 7. *αὐτός* M. quoque.
Pag. 539, 23. *ἐν* M. mg. pro *κἂν*.
Pag. 541, 3. *λόγον* scribe cum M.
Pag. 542, 8. *Στρυμμόνι* M.
Pag. 543, 5. *ἐκτραφεὶς* M.
Pag. 543, 5. *Barlaamus.* Meminit huius monachi et Gregoras lib. 10. et similia nostris scribit, quamvis brevius. De eodem lib. 2. de magnitud. Romanae ecclesiae hunc in modum Stapletonus. *Nihilo minus sub proximo imperatore*

Andronico iuniore, *cum missis a Benedicto XII. Constantinopolim legatis pro ecclesiarum unione*, *omnem collationem ac disputationem Graeci pertinaciter recusarent*, *unus Barlaam monachus Calaber Constantinopolim profectus*, *haeresin hanc Graecanicam tribus totis annis publice exagitavit*, *nemine resistente*, *donec Palamam quemdam Graeci illi opponerent: quem cum ex scriptis eius haereticum hominem esse*, *in publico consessu*, *cui et imperator interfuit* , *probare vellet*, *ab omnibus explosus* , *audiri non potuit*. Hactenus ille. Quod autem ita laudatur Palamas et vituperatur Barlaamus, ignoscendum est, iuxta illud, Doribus Dorice loqui fas est. Praeterea non Constantinopolim, sed Thessalonicam primum venisse Barlaamum ex nostro liquet. PONTAN.

Pag. 543, 12. ἀπεδείκνυ M.

Pag. 543, 17. τοῦ M. supra lin. ante μεγάλων.

Pag. 543, 23. μαθητειῶν M. ab altera manu.

Pag. 544, 11. ἐπὶ M. mg. pro κατά.

Pag. 544, 18. *Massalianos*. Massaliani seu Messaliani sub Valent. imperatore et Damaso pontifice nati, circiter annum Domini 380., a quibusdam dicti Euchitae, id est, orantes, a nonnullis Enthusiastae, id est, numine afflati, daemone videlicet. Negabant animos creari a Deo. Nullam baptismo virtutem tribuebant. Eucharistiam docebant nec prodesse homini, nec obesse. Laborem manuum ut malum aversabantur. Somno indulgebant et somnia sua prophetias appellabant. Vide Theodoretum lib. 4. cap. 11. historiae Ecclesiasticae, Nicephorum lib. 11. cap. 14., Cedrenum in Constantino, Augustinum lib. de haeres. cap. 57. PONTAN.

Pag. 544, 19. *Omphalopsychos*. Existimat Gretserus noster, Barlaamum vocasse hos monachos ὀμφαλοψύχους, ad verbum *umbilicanimos* , quia eos ut ventri deditos notare ac perstringere voluit, quasi animam in ventre ferentes: eo modo, quo olim Tertullianus ad Montanum transgressus, orthodoxos appellare solebat psychicos, animales, voluptuarios etc. Ut ὀμφαλόψυχοι sint gastrimargi seu, ut Apostolus Cretenses vocat, γαστέρες ἀργαί, *ventres pigri*. Et Nicephorus Gregoras Barlaami partibus postea studens, in eosdem monachos, ut crapulae et vinolentiae deditos, acerbe invectus est, ut libro quarto Cantacuzenus scribit. PONTAN.

Pag. 545, 13. *Nazaraei*. Monasticum habitum supra indumentum Nazaraeorum appellavit et nunc monachos Nazaraeos nominat, propter similitudinem vitae morumque. Lex autem Nazaraeorum haec est, Numerorum cap. 6. *Vir sive mulier* , *cum fecerint votum* , *ut sanctificentur et se voluerint domino consecrare*, *a vino et omni*, *quod inebriare potest*, *se abstinebunt. Acetum ex vino et ex alia qualibet potione et*

quidquid de uva exprimitur, non bibent; uvas recentes siccasque non comedent cunctis diebus, quibus ex voto Domino consecrantur. Quidquid ex vinea esse potest, ab uva passa usque ad acinum, non comedent. Omni tempore separationis suae novacula non transibit per caput eius usque ad completum diem, quo Domino consecratur. Sanctus erit crescente caesarie capitis eius etc. Nazaraei fuerunt Samson, ut scriptum est Iudicum cap. 13. et Rechabitae filii Ionadab, nepotes Rechab, Hieremiae cap. 35. Bene autem hoc illis nomen imponitur; Nazaraeus enim sonat Latine *separatus*, *sanctificatus*: et tales Domino separantur sanctificanturque. PONTAN.

Pag. 546, 7. *pietatis exercitationum.* Apud sacros auctores ἀσκεῖν est vitam sanctam ac religiosam profiteri. Unde ἄσκησις vel ἀσκητικὸς βίος pro pio ac Dei cultui dicato atque consecrato vitae genere usurpatur: et ἀσκητὴς appellari solet, qui pietatis colendae studio se totum mancipavit. At quanquam huiusmodi vox plerumque iis duntaxat tribuatur, qui ad monasticam vitam se contulerunt, (unde etiam apud Basilium regulae illae, quas monachis sanciebat, τὰ ἀσκητικὰ inscribuntur,) certum est tamen, eam latius patere atque ad eos omnes etiam pertinere, qui tametsi palam ac publice concepto voto monasticis legibus sese minime obstrinxerint, tamen in mundo ita vivunt, atque si in monasterium concessissent atque abiectis omnibus voluptatibus ac vitae huiusce curis, totos se ad pietatis cultum et divinarum rerum meditationem conferunt. Billius observat. sacrar. lib. 1. cap. 40. PONTAN.

Pag. 546, 14. κατεπειγούσης M.

Pag. 548, 9. καλοῦντα alterum recte om. M.

Pag. 548, 14. *divinum lumen convestisse.* Hoc ex historiis martyrum patet, in quibus persaepe legas, eos ante iudicum tribunalia et inter manus carnificum coelesti quodam splendore circumfusos fuisse: quo signo Deus suos esse testes sibique acceptos testari voluit. Verum illud divinum lumen creatum quoddam lumen fuit, non divinitatis ipsius, ut inepte et indocte ratiocinantur isti Graeculi: nam et quidam integros libros ea de re scripserunt. PONTAN.

Pag. 548, 15. *Antonium contra daemones.* Post descriptam huius sanctissimi viri pugnam cum daemonibus, ita legimus in eius vita, cuius auctor est D. Athanasius. *Non oblitus Iesus colluctationis servi sui, eidem protector factus est. Denique cum elevaret oculos, vidit desuper culmen aperiri et diductis tenebris radium ad se lucis influere. Post eius splendoris adventum nec daemonum aliquis apparuit et corporis dolor extemplo deletus est.* PONTAN.

Pag. 550, 3. ἀπὸ add. M. supra lin. ante ἀφετηρίας.

Pag. 550, 7. λόγοις M. mg. quoque, θεολόγοις textus.

Pag. 550, 9. *Byzantium navigat.* Gregoras lib. 10.: *Quare veritus Barlaam, ne monachorum manibus discerperetur, pluribus iam et e monte Atho et Thessalonicae ac Byzantii accolis confluentibus, (putabant enim ignominiam illam ad omnes aeque pertinere,) Constantinopolitanum patriarcham et coetum episcoporum adit, nec omphalopsychiae modo et adulterinarum precum, sed etiam blasphemae theologiae Palamam accusat: nam eum et novis vocibus in mystica ecclesiae theologia uti, et nescio quae monstra cernere se profiteri, iactantiae et arrogantiae plena. Quare decretum est iudicium in maximo divinae Sapientiae templo, etiam imperatore cum principibus senatus et doctissimis quibusdam viris praesente* etc. PONTAN.

Pag. 550, 17. ὄντων recte add. M. post πραγμάτων.

Pag. 552, 1. τὸ M. mg. pro τῷ.

Pag. 552, 10. θεοῦ καὶ βασιλείαν θεοῦ καὶ φῶς M.

Pag. 553, 6. καὶ add. cum M. post ἧττον.

Pag. 554, 15. δὴ add. M. supra lin. post ᾧ.

Pag. 555, 1. φῶς ἄναρχόν τε δόξαν τοῦ θεοῦ καὶ φῶς ἀΐδιον M.

Pag. 555, 14. καὶ ante ἀπαραιτήτους om. M.

Pag. 555, 21. διέλυσαν M.

Pag. 555, 23. τῆς et ἀμφισβητήσεως M., addito post τῆς supra lin. τε.

Pag. 556, 12. διέφερεν M.

Pag. 556, 12. στάσεως καὶ ταραχῆς κατὰ M.

Pag. 556, 21. Βαρλαὰμ M. pro Ἀκινδύνου.

Pag. 556, 21. ἴσα M.

Pag. 557, 1. κοινωνίᾳ M. pro κακίᾳ.

Pag. 557, 5. *pro veteri synodorum more composito.* Quae cap. 39. et 40. lib. 2. Cantacuzenus scribit, ea eiusmodi sunt, ut non brevi annotatione, sed integro propemodum et proprio libro egere videantur, cum gravissima fuerit apud Graecos haec quaestio et controversia, Latinisque scriptoribus propemodum ignota, aut certe non satis cognita, quod testantur errores nec pauci, nec parvi, a doctis viris in huius argumenti litisque explicatione et relatione commissi. Ne tamen nihil dicamus, quando omnia non licet, breviter et distincte nonnulla libabimus, quae obscurae historiae lucem accendant. Ut ergo ab ipso Barlaamo incipiamus, monachus is fuit, ordinis divi Basilii, ut quidam tradunt, natione Calaber, utriusque linguae, immo et philosophiae, mathematicae et theologiae doctus, acri et subtili ingenio, vel ipsorum adversariorum Cantacuzeni et Philothei patriarchae testimonio. Varia scripsit, de quibus consule epitomen bi-

bliothecae Gesnerianae. Prodiit non ita pridem Parisiis logistica eius sex libris comprehensa interprete quodam Anglo. In Latinorum ecclesia orthodoxe educatus, transiit ad schisma Graecorum, seu vero seu simulato animo, teste nostro Cantacuzeno et Philotheo patriarcha Constantinopolitano, passim in libris, quos contra Nicephorum Gregoram de lumine Thaborio deque distinctione essentiae et operationis divinae scripsit, maxime lib. 12. Quare ab his, qui catalogos scriptorum ediderunt, referuntur Barlaami sermones de processione sancti Spiritus, primatuque pontificis contra Latinos, quos, ut gratiam a Graecis iniret, evulgavit, Thessalonicam primo ex Italia delatus: ubi cum versaretur, in monachorum Graecanicorum vitam et doctrinam curiosius inquisivit: in qua cum multa reperiret, quae probanda et toleranda non viderentur, linguam publice in circulis et conventibus, calamumque in Musaeo adversus monachos exserere coepit, et non longo tempore omnia rixis et tumultibus implevit Graecosque exemplo suo docuit, transfugas et apostatas plerumque turbas ciere etiam apud illos, ad quos transfugiunt, nec consultum esse, ut cuivis fores semper pateant.

Utrum autem, quod ad mores et vitam attinet, Barlaam monachis illis iniuriam fecerit, id Cantacuzeno dictu perquam facile est, ut et Philotheo, qui monachos illos prolixa apologia tuetur; at non aeque aliis: qua enim vitae sanctimonia enituissent illi, qui pernicioso schismate ab ecclesia, una, sancta, catholica et apostolica abiuncti et segregati erant? Nulla sanctitas extra ecclesiam sanctam, aut si quae est, vera non est, fucata est. In quae vitia non praecipitetur is, qui caritatis et concordiae expers, per avia et invia schismatum vagatur, relicta illa plana, trita et regia catholicae ecclesiae via? Quibus daemonum ludibriis et insidiis expositus non sit ille, quem unitas cum corpore Christi, quod est ecclesia, non munit et protegit, cui Christus non est caput, et quod hinc consequitur, nec tutamen, praesertim si ad schismatis crimen accedat disciplinarum divinarum et humanarum ignorantia, quae monasticen in Graecia longe lateque hoc tempore occuparat: his enim, si simul concurrant, mens cuivis ludificationi habilis redditur. Quo factum, ut et isti ἡσυχασταὶ seu quiescentes (ἡσυχίαν autem perfectius quoddam monasticae vitae genus censebant) cum aut suaviter dormirent aut dormitarent aut somniarent, coelesti quodam et divino ipsisque corporeis oculis conspicuo lumine sese circumfundi crederent: angelo satanae in angelum lucis se transformante, plane Massalianorum ritu et instituto; non enim paucis quibusdam, sed omnibus in hoc vitae genere exercitatis id evenire tradebant. Quod Barlaamo plusquam mirum

visum; et hoc quidem merito, sive in aliis accusationibus a vero abierit, sive non: sive etiam in reprehendendo tam lingua, quam stylo modum tenuerit, sive non. Certe monachorum agmen in se vehementissime concitavit, qui ducem belli legerunt Gregorium Palamam tunc eiusdem professionis hominem, postea vero archiepiscopum Thessalonicensem, quem si aeque veris ac magnis laudibus Cantacuzenus exornaret, vere magnus vir dicendus esset: sed cum veteri verbo *manus manum fricet et lavet*, facilis coniectura est, quid de his laudibus statuendum sit. Sunt nimirum aes sonans et cymbalum tinniens, quia de aere sonante et cymbalo tinniente, ex apostoli doctrina: *si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans aut cymbalum tinniens.* Et quod propius ad Palamam spectat: *si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas*, etc., *caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Quisquis ille est*, inquit sanctus Augustinus serm. 181. de temp., *et qualiscumque ille est, Christianus non est, qui in Christi ecclesia non est. Sola quippe est, per quam sacrificium dominus libenter accipiat: sola quae pro errantibus fiducialiter intercedat: sola est, in qua opus bonum fructuose peragitur, unde mercedem denarii, non nisi qui intra vineam laboraverant, acceperunt.* Est autem Gregorius Palamas ille ipse, cuius exstant Graece et Latine duae orationes; altera, qua mens corpus accusat, altera, qua corpus mentem, cum sententia iudiciaria. Latina editio relata est in tom. 9. Bibliothecae sanctorum Patrum, ubi per collectoris et editoris ἀπεριβλεψίαν sanctissimi titulo Palamas honestatur, plane praeter meritum. Quomodo sanctissimus, si schismaticus? *Quisquis ab hac catholica ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere, quod a Christi unitate disiunctus est, non habebit vitam: sed ira Dei manet super eum*, inquit S. Augustinus epist. 152.

Ergo Palamas monachorum advocatus constitutus, Barlaamo adversa fronte resistere lumenque illud ἡσυχασταῖς obiici solitum defendere instituit, etiam exemplo luminis in monte Thabor discipulis ostensi: hoc enim increatum fuisse, et tamen corporeis discipulorum oculis patuisse. Barlaamus hanc vere novam theologiam audiens magis in Palamam et socios excanduit. Itaque itinere sine mora Constantinopolim instituto, rem ad patriarcham detulit, citantur monachi, synodus indicitur. Praesidet imperator Andronicus iunior cum Ioanne patriarcha, victoriam obtinet Palamas. Barlaam condemnatur, Thaborium lumen increatum aeternumque fuisse et esse, synodi decreto decernitur. Barlaamus paulo post in Italiam revertitur. Eiusdem synodi acta refert Nicephorus Gre-

goras lib. II. suae historiae, sed aliter, quam Cantacuzenus. De dogmatis enim nihil actum tradit ob praesentiam imperitae multitudinis, tum ne theologiae mysteria profanis vulgi auribus ingererentur, tum ne Palamas, contra disputante Barlaamo, blasphemae doctrinae convinceretur. Quo Gregoras insinuat, id gratiae Palamae datum a synodi praesidibus et patribus. Utcumque sit, hoc certum fixumque maneat, sententiam illam synodi de lumine Thaborio, quasi increatum et ipsum naturale Dei lumen fuerit, penitus falsam esse, ne quid gravius dicam, recteque a Barlaamo, Acindyno, Gregora aliisque plurimis explosam, profligatam et acerrime refutatam, non obstante huius schismatici conventiculi decreto: nam ut alia taceam, haec duo argumenta Barlaami et Gregorae aliorumque clara sunt et evidentia. Illud, quod oculis corporeis visum est, non est increatum: lumen Thaborium corporeis oculis a discipulis visum est, ergo increatum non est. II. Quidquid oculis corporeis visum est, creatum est, Lumen Thaborium oculis corporeis visum est, ergo creatum est. Ad haec argumenta exclamat Philotheus patriarcha libro decimo quarto contra Gregoram: *ἰοὺ, ἰοὺ, καὶ τίς ποτ' ἄρ' ἐκεῖνός ἐστιν ὁ καὶ νῦν τὰ καινὰ ταυτὶ λέγων καὶ πρὸς τοὺς ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ, τῆς ἐκκλησίας φημὶ, λαμπρᾷ τῇ φωνῇ κηρυττομένους εὐαγγελικοὺς λογους, τοὺς εἰς πᾶσαν γῆν, ἀποστολικῶς λέγειν, ἐξελθοντας καὶ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἀστραπῆς δίκην ἢ μᾶλλον ἀκτίνων ἡλιακῶν φάναι πάλαι διαδραμόντας, ἀμφιβόλως οὑτωσὶ καὶ ἀμαθῶς διακείμενος;* Ceterum haec mera verba sunt, ut et alia, quae tribus libris de hoc lumine Thaborio Philotheus disserit: qui libri in bibliotheca Bavarica asservantur una cum aliis duodecim contra Gregoram de distinctione essentiae et operationis divinae. Nec quidquam ad solutionem argumentorum faciunt. Immotum enim stat illud fundamentum et omni ex parte inconcussum: Quidquid est, id aut Deus est, aut creatura. Si Deus, non ergo oculis corporeis conspicitur; si creatura, non ergo increatum.

Nec maioris pretii sunt eiusdem Philothei orationes duae, quas legi in manuscripto codice bibliothecae Augustanae, oblatae synodo contra Acindynum, de qua postea nomine *τῶν ἁγιωριτῶν*, monachorum in monte sancto (sic enim montem Atho vocant) degentium, quas Philotheus, cum adhuc inter monachos illos nomen suum profiteretur, composuerat, ut dicitur in Actis synodi quartae sub Cantacuzeno. Alia de eodem argumento oratio exstat in eodem codice, auctore monacho quodam Thessalonicensi, sed eiusdem prorsus notae, hoc est, nullius, aut si alicuius, malae. Citant isti et denso agmine agglomerant dicta sanctorum patrum, quae non intelligunt, quia, si intelligerent, non adducerent. Certum siqui-

dem exploratumque est, vetustae et eruditae Graeciae hanc de lumine Thaborio opinionem ignotam fuisse, et auctores Graeci eruditi, qui ante istos Palamas, Philotheos et similes vixerunt, illos ipsos patres, illa ipsa ubique propemodum eorumdem patrum testimonia proferunt pro sua et vera opinione, nempe lumen Thaborium fuisse creatum, quae isti obiicunt pro sua et falsa, videlicet lumen Thaborium fuisse increatum. Testem laudo unum ex multis Ioannem Cyparissiotum, scriptorem eruditissimum, quem Turrianus ex Graeco in Latinum transtulit: qui postquam decade sexta, capite quarto et quinto exposuit, quid de lumine Thaborio sensisset sanctus Chrysostomus, quid Anastasius Sinaita, quid Theodorus ὁ γραπτὸς, quid Cyrillus Alexandrinus, quid Cyrillus Ierosolymitanus, quid sanctus Basilius, quid interpretes evangelii Matthaei 17., quid sanctus Maximus, quid Nazianzenus, tandem ex horum omnium sententia his verbis disputationem concludit: *Ex quibus patefit, quod lumen, quo splenduit Dominus in monte Thabor, neque divina substantia erat, (illa enim nec ullo modo exprimi, neque cognosci, neque videri, neque cogitari potest,) nec erat defluxio quaedam et splendor ex illa manans, (divina enim operatio aeterna, vel potius per se operatio nullo modo secreta est a substantia eius, immo quidquid est substantia divina, est energia sive operatio eius,) quare quia nec hoc, nec illud est, relinquitur, exemplum fuisse gloriae et splendoris corporis post resurrectionem glorificati symbolumque illius naturae occultae et inaspectabilis in eo latentis et imaginem tenuem futurae gloriae et simulacrum regni coelorum* etc.

Haec Cyparissiotus ex sententia Graecorum Patrum: quibus imperitia Palamae valide redarguitur, qui, ut refert David monachus in relatione de dissidio Barlaami et Palamae, (quae exstat in supradicto Augustanae Bibliothecae codice,) aiebat: *ὅτι θεῖον μέν ἐστι καὶ ἄκτιστον τὸ φῶς ἐκεῖνο καὶ θεότης παρὰ τῶν ἁγίων ὀνομάζεται, οὐκ ἔστι δὲ οὐσία θεοῦ, ἀλλ' ἐνέργεια καὶ δόξα καὶ λαμπρότης ἐκ τῆς θείας οὐσίας εἰς τοὺς ἁγίους πεμπομένη· οἱ γὰρ ἅγιοι πάντες καὶ ἄνθρωποι καὶ ἄγγελοι δόξαν μὲν ἄχρονον ὁρῶσι τοῦ θεοῦ καὶ χάριν ἀΐδιον δέχονται καὶ δωρεὰν, οὐσίαν δὲ θεοῦ οὐδείς ποτε ἄνθρωπος, οὔτε ἄγγελος, οὔτε εἶδε, οὔτε εἰδεῖν δύναται.* Ubi fere quot verba, tot errata; inter cetera etiam illud insigne, Dei essentiam et quidditatem a beatis non videri; sed nescio quam claritatem: qui error apud Armenos quoque olim invaluisse fertur, eiusque meminit sanctus Gregorius libro decimo octavo moralium capite trigesimo septimo. Haec deliramenta merito Barlaam exagitavit: merito et alii, qui licet hoc tempore, formidine forsan praepediti, tacuissent, postea tamen

aperte contra Palamam pro Barlaamo stare coeperunt. Nec videtur in hac prima Synodo de distinctione substantiae et essentiae divinae disceptatum fuisse, sed de solo lumine Thaborio, licet Palamas iam semina alterius itidem controversiae iecisset, ut constat ex verbis eius, quae paulo ante recitavimus.

Ceterum sive quaestio haec agitata tum sit, sive non, haud longo post tempore exstiterunt, qui lumen Thaborium creatum esse ostenderent Palamaeque opinationem de distinctione substantiae et operationis divinae publice et privatim refellerent. Ex horum numero postremus non erat Gregorius Acindynus monachus. Contra hunc ergo, ut Barlaami sectatorem, altera Synodus coacta est, de qua Cantacuzenus ultimo libri secundi capite, praeside ipso Cantacuzeno, adhuc magno domestico, una cum patriarcha Ioanne, primae itidem Synodi praeside. In qua Synodo Barlaam denuo damnatus est, ut et Acindynus et quotquot horum partibus studebant, tomusque Synodicus confectus, quo, ut ipsi credebant, recta et sana dogmata constabilita: contraria vero anathematis damnationi subiecta sunt; licet Cantacuzenus libro quarto, capite vigesimo tertio, significare videatur primum tomum compositum fuisse in prima Synodo, *ἐπὶ τῇ διαγνώσει Ἀνδρονίκου βασιλέως τοῦ νέου*. Sed codex Augustanus, in quo acta totius controversiae huius continentur, tomum primum ad secundam Synodum diserte refert, et eo non incommode verba Cantacuzeni trahi possunt, ut et Philothei, qui ut Cantacuzenus tres tomos (sic enim *ὅρους* seu definitiones et decreta Synodi nominant,) conscriptos dicit: primum in prima vel secunda Synodo, alterum in Synodo tertia, quando Ioannes patriarcha e solio deiectus est; de qua Synodo Cantacuzenus libro tertio, et nos postea; tertium, in quarta Synodo, de qua historiae huius libro quarto, capite vigesimo quarto. Tot enim Synodi coactae sunt in causa Barlaami et Acindyni et aliorum, qui inscitiae Palamae sese opponebant: qui ut de lumine Thaborio, ita et de distinctione substantiae et actionis divinae gravissime hallucinatus est, et cum illo haec quadruplex Synodus; veritas enim dicenda, non silentio tegenda. Sententiam Palamae aperit nobis cum Philotheus, tum David monachus, cuius verba, utpote pauciora, adscribere placet: *ἀμέθεκτος μέν ἐστιν ἡ οὐσία τοῦ θεοῦ καὶ ἀόρατος πάσῃ κτίσει καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀγγέλοις, μεθεκτὴ δὲ ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ χάρις αὐτοῦ ἡ θεοποιὸς, ἧς μετέχουσι καὶ οἱ ἄγγελοι καὶ οἱ ἅγιοι, μετεχομένης ὑπὸ τούτων ἀχώριστός ἐστι πάλιν τῆς θείας οὐσίας καὶ ἀδιαίρετος· διὰ τοῦτο οὐκ εἰσὶ δύο θεοὶ ἢ δύο θεότητες· ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ αἰσθητοῦ ἡλίου, ὁ μὲν δίσκος αὐτοῦ ἀψαυστός ἐστι παντελῶς καθ' ἑαυτὸν καὶ ἀχώρητος τοῖς ὀφθαλμοῖς· ἂν γάρ τις ἐπλησίασεν αὐτῷ, ἔμελλεν ἀφαιρεθῆναί τε τὴν ὁρατικὴν*

ἑαυτοῦ δύναμιν ὑπὸ τοῦ ἀπείρου φωτὸς καὶ παντελῶς κατακαυθῆναι· αἱ δὲ ἀκτῖνες αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἔρχονται, καὶ καταλάμπουσι πάντα τὰ ἐν τῷ κόσμῳ· λέγομεν δὲ ἡμεῖς ἥλιον καὶ τὸν δίσκον ἐκεῖνον καὶ τὰς ἐκείνου ἀκτῖνας, καὶ οὐκ εἰσὶ διὰ τοῦτο δύο ἥλιοι, ἀλλὰ εἷς, οὐδὲ λέγομεν δύο ἡλίους, ἀλλὰ ἕνα, κἂν μυρίους ἔχῃ τὰς ἀκτῖνας· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ θεοῦ, ὅς ἐστι νοητὸς ἥλιος, κἂν λέγωμεν ἀμέθεκτον τὴν οὐσίαν αὐτοῦ καὶ ἀθέατον, μεθεκτὴν δὲ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ καὶ τὴν χάριν, ἣν δέχονται πάντες οἱ ἅγιοι, ἀλλὰ εἷς ἐστι θεὸς, καὶ τὴν οὐσίαν ἔχων καὶ τὴν ἐνέργειαν. καὶ ὥσπερ ἐάν τις εἴπῃ, ὅτι πολλοί εἰσιν ἥλιοι διὰ τὰς πολλὰς ἀκτῖνας τοῦ ἡλίου, πάντως οὐκ ἀληθῶς μέλλει εἰπεῖν, οὕτω καὶ ἐάν τις εἴπῃ, ὅτι πολλοί εἰσι θεοὶ διὰ τὰς ἐνεργείας καὶ χάριτας τοῦ θεοῦ, μέλλει καὶ αὐτὸς ὁμοίως εἶναι ἄδεκτος. ὥςπερ γὰρ λέγομεν, καθάπερ διδάσκει ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία, ὅτι ἔχει ὁ πατὴρ υἱὸν, ἔχει καὶ πνεῦμα ἅγιον, καὶ λέγομεν θεὸν καὶ τὸν πατέρα, θεὸν καὶ τὸν υἱὸν, θεὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐ λέγομεν, ὅτι τρεῖς εἰσι θεοὶ, ἀλλ' εἷς θεὸς τὰ τρία, οὕτως ὁμοίως κἂν λέγωμεν, ὅτι ἔχει ἡ οὐσία τοῦ θεοῦ φυσικὰς ἐνεργείας καὶ χάριτας, καὶ καλεῖται θεότης καὶ οὐσία, καλεῖται δὲ καὶ ἡ θεοποιὸς ἐνέργεια καὶ χάρις αὐτῆς, ἀλλὰ μία ἐστὶ θεότης ἡ οὐσία μετὰ τῆς ἐνεργείας, ἀχώριστος οὖσα ταύτης καὶ ἀδιαίρετος· οὐ γὰρ χωρίζεται ἡ ἐνέργεια ἐκ τῆς οὐσίας, ὡς οὐδὲ ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἢ καὶ ἐκ τῶν αἰσθητῶν εἰπεῖν παραδειγμάτων, ὡς οὐδὲ ἡ ἀκτὶς ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἢ ἡ θέρμη ἀπὸ τοῦ πυρός· καὶ ὃν τρόπον λέγομεν, ὅτι ἡ οὐσία τοῦ ἡλίου ἢ ὁ δίσκος αὐτοῦ ὑπερέχει καὶ ὑπέρκειται ὡς ἀμέθεκτος τῶν ἀκτίνων καὶ τῆς ἐλλάμψεως τῆς πεμπομένης εἰς τοὺς ἡμετέρους ὀφθαλμούς· ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ἡ πηγὴ καὶ ἡ ἀρχὴ καὶ ῥίζα καὶ ὁ χορηγὸς τῆς ἐλλάμψεως, οὕτω λέγομεν, καθὼς διδάσκουσιν οἱ ἅγιοι, ὅτι καὶ ἡ θεία οὐσία ὡς ἀμέθεκτος καὶ ἀόρατος ὑπέρκειται τῶν ἐξ αὐτῆς πεμπομένων ἐλλάμψεων καὶ ἐνεργειῶν καὶ χαρισμάτων. Haec et huius notae plura Palamas.

Ex quibus manifestum evadit, Graecos eo ruditatis processisse, ut putarent, operationem Dei esse quid a substantia Dei diversum, sicut splendor et lux solis diversum quid est a substantia solis et calor ignis a substantia ignis: licet nec splendor a sole, nec calor ab igne separetur. Et sicut a sole splendor quidam perpetuo emittitur, qui non est substantia solis, licet solis substantiam perpetuo comitetur, ita etiam ex divina essentia similem splendorem exire et emicare non valde subtiliter sibi imaginabantur, qui sub hominum oculos et angelorum intelligentiam cadat, quique cum creatura non sit, non sit tamen Deus aut deitas, nisi forsan improprie, eo modo, quo calor dicitur ignis, aut radius solaris sol: neque

etiam sit Dei substantia, sed tertium quiddam. Quarum anilium delirationum non modo vestigia, sed et integra plaustra hac itidem tempestate in Graecia supersunt: quod ex Ieremia patriarcha Constantinopolitano claret; nam in secundo suo ad Tubingenses responso, non longe a principio, reprehendit Lutheranos illos, quod dicerent, *ταὐτὸν εἶναι οὐσίαν καὶ ἐνέργειαν ἐπὶ θεοῦ· ὅπερ οὐκ ἔστιν*, inquit Ieremias, *ὅτι δὲ θεοῦ οὐσία καὶ ἐνέργεια οὐ ταὐτὸν, ἀλλὰ διαφέρουσιν, ἀκούσατε πρὸς θεοῦ*. Et mox argumenta quatuor vel quinque profert, acuta sane et digna Palamae discipulo: ex quorum numero agmen claudit hoc: *εἰ πᾶσα δύναμις πρὸς ἕτερον λέγεται· πρὸς γὰρ τὸ δυνατὸν ἀποδίδοται, ὡς καὶ τῷ Θωμᾷ δὲ Ἀκίνῳ δοκεῖ· ἕτερον ἄρα οὐσία θεοῦ καὶ ἕτερον ἐνέργεια, εἰ μὴ καὶ τὴν ουσίαν φαίη τις εἶναι τῶν πρός τι.* Facilis solutio. Aliud enim est substantia Dei et aliud operatio, non re, sed sola ratione. Eadem enim res simplicissima, quatenus per se existit, substantia est: quatenus vim agendi habet, potentia est: quatenus productrix effectus, operatio et energia est; et haec omnia simul est propter infinitatem et immensitatem essentiae. Nec absurdum, ut substantia relationem seu habitudinem rationis significet, non quidem quatenus est substantia, sed quatenus illa substantia simul etiam est potentia et operatio, quamvis cur non et quatenus substantia fundare possit respectum rationis ad aliud? Sed nil opus hoc; satis absque isto apparet ineptia argumenti Graecanici: cui simile est et hoc: *Si operatio ex substantia Dei perpetuo procedit et promanat, id vero de nulla creatura affirmari potest, sequitur operationem non esse creaturam, nec tamen Dei substantiam.* Ex quo velut ex speculo elucet, quid istos fallat: concipiunt enim et cogitatione informant operationem Dei, quasi a Deo prodeat, ut lux prodit a sole, calor ab igne, aqua a fonte perenni. Quod pinguius quiddam est, quam ut in subtile beneque purgatum ingenium cadere possit: cui non ignotum, has locutiones de progressu et fluxu operationum divinarum esse metaphoricas et ad nostrum intelligendi modum adaptatas, qui operationes tanquam quid substantia et essentia posterius et ab ea emanans concipimus; quod tamen in Deo re ipsa locum non habet; ubi a parte rei substantia seu essentia et operatio unum prorsus idemque sunt: nec magis operatio Dei ab essentia divina fluit, quam ipsa essentia ab essentia; cum essentia et operatio sint unum idemque ens simplicissimum penitusque indivisum. Addamus et hanc Graecorum subtilitatem: *Si de multis substantia Dei non dicitur; una enim eius est substantia; de multis vero et diversis operatio eius dicitur; variae enim sunt operationes eius; sequitur, aliud esse eius substantiam, aliud eius operationem.* In

promptu est responsio: variae sunt operationes Dei, virtualiter et ratione variorum effectuum; una autem est eaque simplicissima ratione suae entitatis, quae cum infinita sit, non est opus, ut multiplicetur, quippe quae sufficiat ad omnes omnino effectus producendos, quos multiplicatae in creaturis operationes producere queunt.

Alia Hieremiae argumenta brevitatis causa praetereo, ut et Philothei et aliorum, quae copiose refutat Gregorius Acindynus libris duobus de essentia et operatione Dei, qui exstant in bibliotheca Bavarica; qui cum aliis recte et orthodoxe de hoc argumento sensit et scripsit, nimirum operationes Dei sola ratione ab ipsius essentia distingui, nihilque operationum in Deo esse, quod non sit substantia et essentia Dei, idque ex simplicitate Dei probe deducit: neque enim effugere possunt alii, quin compositionem in Deo statuant, si operatio Dei non est substantia Dei. Conatur quidem Philotheus libro octavo contra Gregoram, simplicitatem Dei etiam cum pravae opinionis suae hypothesi defendere, at conatur tantum, de cetero nec hilum proficit. Quia vero Acindyni libri lucem nunquam viderunt, placet saltem quorundam capitum periochas adscribere, quae lectori erudito perspicuum facient, Acindynum de hac quaestione idem tradidisse, quod a scholasticae theologiae doctoribus tradi solet. Ergo capitis tertii libri primi inscriptio est ista: *ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θεῷ δύναμις παθητική.* cap. 4. *ὅτι οὐσία τοῦ θεοῦ ἐστι τὸ εἶναι αὐτοῦ.* cap. 5. *ὅτι θεὸς οὐκ ἔστιν ὕλη.* Libri secundi cap. 2. *ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θεῷ αἴσθησις.* 3. *ὅτι ὁ θεός ἐστι νοῶν.* 4. *ὅτι ὁ θεός ἐστι θέλων.* 5. *ὅτι ἐστὶν ἐν τῷ θεῷ νοερὰ καὶ θελητικὴ δύναμις.* 6. *ὅτι αἱ κατὰ ταύτας τὰς ἐνεργείας ἕξεις ἀποδίδονται τῷ θεῷ.* 7. *ὅτι αἱ τοιαῦται ἐνέργειαι καὶ αἱ κατὰ ταύτας ἕξεις τε καὶ δυνάμεις εἰσὶν ἐν τῷ θεῷ ἓν καὶ τὸ αὐτό.* 8. *λογισμοὶ ἀπὸ τοῦ ἐναντίου καὶ λύσεις μετὰ προθεωρίας.* 9. *ἔτι εἰς τὸ αὐτό.* 10. *ὅτι ἡ νοερὰ τοῦ θεοῦ δύναμίς ἐστι ἡ οὐσία αὐτοῦ.* 11. *ὅτι ἡ νοερὰ τοῦ θεοῦ ἐνέργειά ἐστιν ἡ οὐσία αὐτοῦ.* 12. *ὅτι ὁ θεὸς οὐδενὶ ἄλλῳ νοητῷ εἴδει νοεῖ, ἢ τῇ ἑαυτοῦ οὐσίᾳ.* 13. *ὅτι τελείως ὁ θεὸς αὐτὸς ἑαυτὸν γινώσκει.* 14. *ὅτι ἐν τῷ θεῷ οὐκ ἔστιν ἕξις ἐπιστημονική.* 15. *ὅτι ἡ σοφία τοῦ θεοῦ ἐστιν ἡ οὐσία αὐτοῦ.* 16. *ὅτι ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ ἐστιν ἡ οὐσία αὐτοῦ.* 17. *ὅτι ἡ τοῦ θεοῦ θέλησίς ἐστιν ἡ οὐσία αὐτοῦ.* 18. *ὅτι τὸ πρῶτον τῇ θείᾳ θελήσει θελητόν ἐστιν ἡ οὐσία αὐτοῦ.* 19. *λογισμοί, δι' ὧν ἂν δόξειε ταῦτα πρὸς ἄλληλα ἐναντιοῦσθαι, καὶ λύσεις αὐτῶν μετὰ προθεωρίας.* 20. *τίνα τρόπον ἐστὶν ὁ θεὸς ἑαυτῷ ὡς θελητὸν ἐν τῷ θέλοντι.* 21. *ὅτι ὁ θεός ἐστιν ἡ ἑαυτοῦ ζωή.* 22. *λογισμοὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου καὶ λύσεις.* 23. *ὅτι ὁ θεός ἐστιν ἡ ἀγαθότης αὐτοῦ.* 24. *ὅτι ὁ θεός ἐστι*

μακάριος. 25. ὅτι ὁ Θεός ἐστιν ἡ μακαριότης αὐτοῦ. 26. ὅτι ταῦτα τὰ ὀνόματα οὐκ εἰσὶ συνώνυμα. 27. πότερον συνωνύμως λέγεται ταῦτα τὰ ὀνόματα τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ὄντων. 28. ὅτι ταῦτα τὰ ὀνόματα οὐχ ὁμωνύμως λέγονται ἐπὶ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ὄντων. 29. ὅτι ταῦτα τὰ ὀνόματα ἀναλογικῶς λέγονται ἐπί τε τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ὄντων. Haec capita libri secundi Acindyniani, quae auctor scholastice prorsus, hoc est theologice et philosophice, persequitur. Et tamen damnatus est a synodo, Palamae plus, quam merebatur, studiosa. Verum ita evenire solet, ubi ignorantia praesidet et regnat. Recte enim de substantia et operatione Dei sensit Acindynus. Sola namque ratione distinxit: re tam operationem, quam substantiam Dei coniunxit, nihilque in Deo esse statuit, quod cum essentia divina realiter unum et idem non esset.

Quapropter mera Graecorum convicia sunt, cum de Acindyno et Barlaamo ita scribunt: λέγουσιν, ὅτι ὁ Θεὸς οὐκ ἔχει ἐνέργειαν οὐσιώδη, τουτέστι φυσικήν. λέγουσιν, ὅτι ἡ ἐνέργεια καὶ ἐνέργειαι οὐκ εἰσὶν ἄκτιστοι, οὐδὲ συναίτιοι τῷ Θεῷ. λέγουσιν, ὅτι αὐτὴ ἡ λεγομένη ἄκτιστος καὶ φυσικὴ ἐνέργεια τοῦ Θεοῦ αὐτή ἐστιν ἡ τοῦ Θεοῦ οὐσία, καὶ οὐδεμία τις διαφορὰ οὐδαμῶς ἐστιν οὐσίας καὶ ἐνεργείας, ἀλλ' ἓν καὶ τὸ αὐτό ἐστιν. Et id genus alia, quae ab incerto auctore collecta sunt, exstantque in Bavarica bibliotheca, cod. 115. Sed, ut dixi, pleraque imperitorum figmenta sunt, in quorum numero hoc ultimum: nunquam enim Acindynus, aut quisquam alius distinctionem rationis negavit, sed illam dumtaxat, quam Palamas cum suis indocte commentus fuerat: neque enim tam insipientes erant, ut distinctionem rationis inter substantiam et operationem Dei non agnoscerent. Et secundus liber Acindyni facile se suo Marte ab omnibus istis calumniis defendet, ut patrono non egeat. Hoc solo miser est, quod vinculis et carcere attinetur, liberatoremque exspectat, nec reperit: quippe non modo in vulgum (ut ait ille) hactenus non vulgatus, sed ne in eruditorum quidem coetum, dignus certe auctor, cui adversus Cantacuzeni scita et decreta manus porrigatur.

Ceterum adeo Palamae asseclarumque vanitas adversus veritatem non praevaluit, ut in dies doctissimi quique totius Graeciae ad Barlaami et Acindyni castra transfugerent, multa Palamae salute dicta, inter quos ipse patriarcha Ioannes erat, primae et secundae Synodi contra Barlaamum et Acindynum praeses; sed praeses non praeses, quia post imperatorem: et Nicephorus Gregoras, omni litterarum cognitione ea tempestate apud Graecos illustris, de quo postea dicemus. Nunc ad Ioannem patriarcham, contra quem, ut Acindyni sectatorem, congregata est synodus, Anna imperatrice et filio eius imperatore Ioanne Palaeologo praesidentibus: de qua synodo Cantacu-

zenus libro 3. capite 98. et libro 4. capite 24. Damnatus est Ioannes patriarcha deque dignitatis gradu deiectus, tomus alter contra Acindynum eiusque discipulos conscriptus et subscriptus: *ὑπογραφαῖς ἀρχιερέων τριάκοντα τὸ βέβαιον ἔχων, οἷς συνεῖπε δι' ὑπογραφῆς ὕστερον καὶ ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης Ἱεροσολύμων*, inquit David Monachus, seu quisquis ille collector est, in sua de controversia Barlaami et Acindyni relatione.

Necdum tamen Palamae eiusque studiosis pacifice triumphare licebat, licet tertia iam synodo victores pronuntiati fuissent. Plerique enim ex doctioribus tomo seu definitioni et decreto synodi minime acquiescentes libere contradicebant, ex quorum numero metropolitae duo, alter Ephesi, alter Gani, item Nicephorus Gregoras et Deixus. Coacta est ergo quarta synodus a Cantacuzeno, postquam Constantinopolim iam obtinuisset, praesidente ipso Cantacuzeno et Callisto patriarcha Constantinopolitano, in locum deiecti Ioannis suffecto: de qua synodo fuse Cantacuzenus libro quarto, capite vigesimo tertio, vigesimo quarto, vigesimo quinto et David Monachus in sua relatione, immo tota exstat in saepius iam nominato codice Augustano, cum subscriptionibus utriusque imperatoris, Cantacuzeni videlicet et Ioannis Palaeologi, metropolitarum et episcoporum aliorumque ministrorum ecclesiae. Eidem synodo postea subscribere debuit Matthaeus Cantacuzenus, Ioannis filius, iam ad imperium evectus, et quidem non paucis, ut moris erat, sed prolixe admodum. Legimus subscriptionem hanc in Augustano codice, quae his verbis terminatur: *παρουσίᾳ τοῦ κραταιοῦ καὶ κυρίου μου, αὐθέντου καὶ βασιλέως τοῦ πατρὸς τῆς βασιλείας μου, καὶ τοῦ παναγιωτάτου μου δεσπότου τοῦ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυρίου Φιλοθέου, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν θείας καὶ ἱερᾶς συνόδου, Ματθαῖος ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων Ἀσάνης ὁ Κανтακουζηνός*. Quibus verbis significari videtur, quintam synodum celebratam esse super controversia Palamae cum Barlaamo et Acindyno eorumque sectatoribus: nam tempore quartae synodi Philotheus non erat patriarcha, sed Callistus: hancque quintam synodum congregatam oportuit antequam Ioannes Cantacuzenus imperio se abdicaret, cum Matthaeus in praesentia illius, tamquam adhuc imperatoris, subscripserit.

Porro contra Tomum quartae Synodi tot subscriptionibus munitum libros decem scripsit Nicephorus Gregoras, qui licet prima Synodo, vivente adhuc Andronico iuniore, Barlaamo adversari videretur, cuius suae mentis non obscura indicia dedit libro undecimo historiae Byzantinae extremo; postea tamen aperte Barlaamum et Acindynum tueri coepit.

Gregorae respondit libris quindecim Philotheus, prius monachus, postea metropolita Heracleensis, tandem patriarcha Constantinopolitanus, quorum tres postremi potissimum agunt de lumine Thaborio, ut et undecimus, duodecimus apologiam continet pro monachis et ἡσυχασταῖς cum alibi, tum in monte Atho. Reliqui consumuntur in enodanda quaestione de essentia et operatione Dei, quam Palamae more tractat, hoc est imperite. Neque enim negavit Acindynus operationem Dei, sed negavit esse diversam a substantia Dei, nisi sola ratione et cogitatione: ut patet ex libris Acindyni. Quod autem, ut Graeci dicunt, Filium et Spiritum sanctum nominavit *operationem increatam*, vocabulum operationis improprie sumpsit, nempe pro termino actionis. Est enim Filius terminus operationis divinae non essentialis, sed notionalis, nimirum generationis activae, quae est in Patre, et Spiritus sanctus est terminus actionis, nempe spirationis activae, quae est in Patre et Filio: et huc respexit Acindynus, cum Filium et Spiritum sanctum operationes increatas vocavit. At praeter has agnoscit alias essentiales toti trinitati communes: sed cum essentia Dei prorsus unum et idem, ac proinde increatas, non autem tales, quales statuebant Palamas, Philotheus et alii, quae cum substantia quidem divina inseparabiliter cohaereant, non sint tamen ipsa Dei substantia, sed πρόοδοι quidam illius: sicut lux est πρόοδος seu processio a substantia solis, etsi cum sole perpetuo coniuncta. Ex his, quae hactenus diximus, facile erit iudicium facere de viris quibusdam eruditis, qui aliquid de controversia Palamae et Barlaami litteris mandarunt. Ac primo omnium de Prateolo, qui haec in catalogo haereticorum: *Adversus Barlaamum et Acindynum nonum generale concilium coactum fuit, et celebratum in praesentia illius beati et celeberrimi imperatoris domini Michaelis Andronici cognomento Palaeologi, imperatoris Graecorum, et Ioannis eius filii.* Ubi plura manifesta errata. Nullum enim ex quatuor vel quinque conciliis supradictis generale fuit. Nullum sub Michaele habitum, sed sub Andronico iuniore et Cantacuzeno, et quarto Ioannes Palaeologus subscripsit, filius non Michaelis Palaeologi, sed Andronici iunioris, quem beatum frustra nominat, cum in schismate vixerit et obierit. Addit Prateolus: *Censebant isti modo, nullum esse discrimen in divina natura, substantia et effectu, sed idem esse, nec diversum: modo differentiam esse profitebantur, substantiam tamen increatam. Eius autem essentiales actiones et naturales sentiebant esse diversas, non tamen increatas, sed creatas.* Mirum unde haec hauserit Prateolus, quorum Barlaamo et Acindyno nihil in mentem venit. Nam effectum a Dei substantia distingui tam probe norant tamque libenter fateban-

tur, quam se non esse Deum; ut et operationem, quam scholae appellant *transeuntem*: haec enim ab effectu producto re ipsa non distinguitur, ac proinde si effectus re ipsa a substantia Dei distinguitur, necesse est, ut et operatio ista re ipsa distinguatur: sed operationem Dei, quam vocant *immanentem*, negabant a Dei substantia distingui, ut actum intellectus aut voluntatis divinae, nisi sola ratione; et cum non distinguatur ista actio a substantia, sequitur, id quod ex vi huius actionis producitur, produci etiam ex vi substantiae divinae; et aperta cavillatio est, cum Graeci in quarta Synodo sub Cantacuzeno ita argumentabantur: *si operatio non esset diversa a substantia Dei, tunc omnia creata essent ex substantia Dei; quandoquidem sunt ex operatione Dei: sed hoc est impium, ergo et illud.* Respondeo, falsam esse maiorem, si intelligatur, omnia fore ex substantia Dei, tanquam ex parte constituente interna, quasi ex substantia Dei componerentur, aut ut partes ex ea decerperentur: veram autem, si intelligatur, omnia fore ex substantia Dei, quatenus omnia vi et energia et efficacitate Dei seu substantiae divinae operantis existunt. Nec verum est, istos sensisse, operationes Dei essentiales et naturales esse creatas: cum enim asseruerint, istas operationes re ipsa prorsus idem esse cum substantia divina, qua ratione, obsecro, affirmare potuerunt, eas esse creatas? Adiungit Prateolus: *Id quod in Thaborio monte effulsit divinum lumen, dixerunt esse phasma, id est, spectrum duntaxat et creaturam, quae ortum habet et interitum; verum non divinae naturae naturalem splendorem et, ut ita dicam, deitatem et lumen, quod est quodque inaccessum dicitur.* Remoto phasmatis non satis decente vocabulo, quo Graeci istos interdum usos fuisse tradunt; nihil prorsus est in tota hac sententia, quod reprehensionem mereatur: vere enim lumen illud Thaborium res creata fuit et cum transfiguratione coepta incoepit et cum finita desiit.

Ex his emendare itidem licebit, quae auctor quidam doctissimus et in Graecis scriptoribus versatissimus litteris prodidit. Dicit lumen divinum et increatum visum esse in monte Thaborio non in se; sic enim oculis conspicuum non esse; sed in lumine creato; sicut Spiritus sanctus descendens super Christum tempore baptismi visus est non in se, sed in specie columbae: et haec quidem recte et catholice. At quod addit, Barlaamum et Acindynum contendisse, ipsum lumen divinum (hoc est gloriam et maiestatem Dei) in se et secundum se visum esse, non in sua imagine, ac propterea a synodo Constantinopolitana, Ioanne Palaeologo et Ioanne Cantacuzeno habita, damnatos fuisse, id pace eruditissimi viri dixerim, a vero longe abit. Nam Palamas et synodi illius

patres dixerunt in se et secundum se divinum lumen et increatum visum esse, quibus Barlaam et Acindynus totis viribus restiterunt, asserentes lumen divinum in se et secundum se oculo corporeo non patere, sed quidquid in monte Thaborio discipulorum oculis apparuit, id divinae illius et increatae et inaspectabilis gloriae creatam quandam imaginem fuisse. Neque id unquam affirmarunt eo consilio, ut Filium Dei cum Ario creaturam facerent. Neque ulla synodus hoc Barlaamo et Acindyno obiecit: qui de hoc lumine tradiderunt, quod hodie theologi orthodoxe de eo sentiunt, fuisse nimirum invisibilis divinitatis et gloriae increatae visibile et creatum signum.

Ex his denique corrigere poterit Stapletonus, quae de Barlaamo scribit libro secundo de magnitudine Romanae ecclesiae, videlicet Barlaamum monachum Constantinopolim profectum haeresin Graecanicam (de processione sancti Spiritus) *tribus totis annis publice exagitasse, nemine resistente, donec Palamam quendam Graeci illi opponerent.* Non enim disputavit Barlaam de processione sancti Spiritus pro Latinis contra Graecos, sed potius, quod ad hoc argumentum attinet, pro Graecis contra Latinos disseruit, quod testantur libri eius de hoc argumento editi. Nec quaestio inter Barlaamum et Palamam fuit de processione sancti Spiritus, sed de lumine Thaborio, deque substantia et operatione divina. Verum hic huius annotationis finis sit, cuius non prolixitas, sed in historia tam obscura et ignota utilitas considerari a lectore debet. Facem enim praeportabit omnibus, quae Cantacuzenus variis sui operis locis de Barlaamo, Acindyno, Gregora eorumque opinionibus scripta reliquit. GRETSER.

Ibidem. tomo veteri. Tomus in synodis libellus est, acta et decreta eius et totum illud, quod fidei professionem expositionemque continet, complectens. Quocirca epistola sancti Leonis ad Flavianum contra Eutychen, qua exposuit sententiam ecclesiae catholicae, saepissime in conciliis dicitur tomus: et ἑνωτικὸν Zenonis imperatoris, typus et ἔκθεσις Heraclii, quibus fidei suae seu perfidiae potius rationem reddebant, tomi sunt: ut et constitutum Vigilii apud Baronium tomo 7. Hinc videlicet a continente transfertur ad ipsa dogmata, ut tomus Leonis contra Eutychen sit ipsum dogma ecclesiae contra eumdem haereticum. Hinc verbum *τομογραφεῖν, ὅπερ ἐστὶ τὸ συντετμημένως ἐκδιδόναι, καὶ οἷον ὁρίζεσθαι τὰ διὰ μακρῶν διαλαληθέντα καὶ γραφέντα πολλάκις*, ut ait Philotheus patriarcha Constantinopolitanus lib. 2. contra Nicephorum Gregoram, agens de hoc ipso tomo Synodi Constantinopolitanae adversus Barlaamum. GRETSER.

Pag. 557, 11. *in monasterio ὁδηγῶν.* De hoc et de

morte eius Gregoras his verbis: *Ceterum sub vesperam spectaculo illo absoluto, Barlaamus ignominiam illam gravissime ferens, plenis velis in Italiam abiit et ad Latinorum instituta et decreta, in quibus erat educatus, rediit. At imperator in Hodegium monasterium, corpore admodum male affecto tum e concione illa, tum e morbo splenis, reversus, cum sub noctem fere mediam accubuisset et largius, quam decebat, coenatus esset, postridie in somnum et κάρον stupori atque exanimationi paene similem incidit. Tertio demum die paulatim apertis oculis, imperatricem hortatur, ne ploret: simulque opem medicorum requirit, et in maiorem stuporem relapsus extremumque spiritum agens, in tertium fere diem iacuit: ac Iunii die decimo quinto ante solis ortum defunctus est, anno ab orbe condito sexies millesimo octingentesimo quadragesimo nono. Omne vero tempus aetatis eius ad annos circiter quadraginta quinque fuit, cum ante viginti urbem imperatricem belli iure occupasset.* De morbo et tempore mortis aliter noster. PONTAN.

Pag. 558, 7. *κτημάτων* M. mg.

Pag. 559, 1. *παῦσαι* M.

Pag. 559, 16. *adhuc enim licebit.* Haec augurium quoddam sunt futurae tempestatis, quae imperatricem et imperium exagitatura est, bello illo quinquennali videlicet, quod paulo post secutum est, de quo libro sequenti. PONTAN.

Pag. 559, 19. *pueros imperatores.* Duo erant, Ioannes et Manuel: de neutrius ortu quidquam dictum. De priore Gregoras lib. 10.: *Sequente aestate imperatoris coniux Anna domina, quae Didymotichi praegnans agebat, decimo octavo die Iunii filium Ioannem imperatorem peperit. Et huic quidem Cantacuzenus Helenam filiam despondit.* PONTAN. *βασιλέων* M.

Pag. 559, 22. *quid praestabilius, te solam.* Locus hic in Graeco impeditior est propter voculas *καὶ μὴ πάντων*, pro quibus lego *ἢ καὶ πάντων*, et puto, sensum hunc esse, quem expressi. PONTAN.

Pag. 560, 12. *τοὺς τοὺς* M. quoque.

Pag. 560, 13. *διενυκτέρευεν* M. supra lineam.

Pag. 560, 15. *ex hac luce imperator migravit.* Miror, cum supra, illo aegrotante et moribundo, adeo lamentatus sit magnus domesticus, hic revera moriente, quomodo non prodat lamentis et lacrimis amorem, quo in eum ardebat incredibili. Sed arbitror pro magnitudine doloris recursantis non potuisse quod volebat scribere. PONTAN.

Pag. 560, 15. et 17. *ἐνάτου* M.

AD LIBRUM TERTIUM.

Pag. 12, 14. *Vol. II.* *instar rubiginis.* Aptissima imilitudo. Invidia ipsum quoque invidentem, ut rubigo ferum, ex quo existit, consumit. Periander: ὥσπερ ὁ ἰὸς σιηρὸν, οὕτως ὁ φθόνος τὴν ἔχουσαν αὐτὸν ψυχὴν ἐξαναψήει. Lib. 1. Anthologiae: Ὁ φθόνος ἐστὶ κάκιστον, ἔχει δέ τι αλὸν ἐν αὐτῷ· Τήκει γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ κραδίην. socrates in Euagora: τῷ φθόνῳ τοῦτο μόνον πρόσεστι ἀγαὸν, ὅτι μέγιστον κακὸν τοῖς ἔχουσίν ἐστιν. PONTAN.

Pag. 13, 8. *qui ea fecerunt, ego praesens.* Comara haec cum iis, quae in prooemio seu in epistola responoria Christoduli ad Nilum dicuntur. *Ad hoc non ista a maoribus didici, aut famae fabulisve ineptis* etc. PONTAN.

Pag. 13, 21. *secus quam multi.* Conferes etiam hunc ocum cum illis, quae sunt in extrema epistola Nili. *Quaropter ut plurimum humanae vitae commodaturus*, etc. ONTAN.

Pag. 15, 19. *ἱερὸν κατάλογον*, universum sacerdotum orinem vocat, sumpta metaphora a re militari. Est enim καάλογος delectus et καταλεγέντες sunt conscripti, centuriati, et αταλέγειν est allegere, ut Budaeus tradit. Idem esset, si direremus *de sacro albo.* Matricem aut matriculam vocant iueconsulti, de qua Vegetius lib. 2. cap. 5. Isidorus lib. 1. ap. 23. Unde facile intelligimus, quid sit dare nomina, quid cripti aut conscripti milites. PONTAN.

Pag. 15, 22. *spatiosissimum.* De hoc templo dixius nonnulla in lib. 1. cap. 12. Quamquam autem frequener σοφίας τοῦ θεοῦ λόγου dicitur, id est, filii Dei, qui est erbum et sapientia Patris, non tamen necesse habemus todem verbis interpretari, cum quae illa Sophia sit, iam satis onstet. Rudiores historiarum quamdam martyrem, nomine ophiam somniant, cui hoc templum dedicatum fuerit. PONTAN.

Pag. 18, 21. *novem dumtaxat annos.* Patre moiente, Ioannes Palaeologus non plus novem annos natus erat. Iuic crede et falsum puta Laonicum, qui ei duodecim annos ibuit. PONTAN.

Pag. 20, 19. *si postremo revelatum fuerit.* Ex . Paulo 1. ad Corinth. cap. 14., ubi ita legitur: προφῆαι δὲ δύο ἢ τρεῖς λαλείτωσαν, καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν. ὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ καθημένῳ, ὁ πρῶτος σιγάτω. Veumtamen in sententia diversitas nulla apparet. PONTAN.

Pag. 23, 12. *omni ratione mea commoda persei.* Dicit hoc quilibet tyrannus et barbarus, et tyrannorum st, regnandi gratia omnia divina et humana iura pervertere.

Non inscite efficta Alexandri huius responsio, aequitatem pro nihilo ducentis. PONTAN.

Pag. 32, 2. *persuasisset mihi.* Oratio haec imperatricis ad magnum domesticum, qua eum permovere conatur, ne, se vidua et duobus filiis parvulis orphanis atque ad imperandum minime adhuc idoneis, imperii procurationem deponat, plane insignis et vel ipso Cicerone aut Demosthene digna est. PONTAN.

Pag. 34, 1. *nec ulla manet amicis gratia.* Catullus: *Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne est.* Virgil. 4. Aeneid.: *nusquam tuta fides.* Est autem argumentatio a minoribus. Si magnus domesticus hoc facit, multo magis ceteri et faciunt et facient. Minus enim verisimile erat, domesticum hoc facturum. PONTAN.

Pag. 40, 1. *τοῦ μακαρίτου βασιλέως.* Qui ex hac vita discessissent, quasi eius miseriis et aerumnis iam liberatos atque defunctos, *μακαρίτας* appellabant. Nos idem significare volumus, cum mortuos nominantes, haec verba praefamur, *beatae memoriae*, quasi diceremus, nos beatorum usurpaturos nomen aut memoriam. Tametsi Christiani nos etiam alium *μακαρισμὸν* hoc verbo respicimus et quos beatae memóriae nominamus, eos iam tum in caelo beatos aut esse aut brevi fore, pie confidimus. PONTAN.

Pag. 44, 18. *cuius desiderio non vinci.* M. Tullius 1. Off.: *Vix invenitur, qui laboribus susceptis periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.* Idem in Catone maiore: *Optimi cuiusque animus maxime ad immortalitatem gloria nititur.* Et sane frequenter hunc locum, in orationibus praesertim, attingit. PONTAN.

Pag. 45, 1. *faxit autem Deus.* Demosth. Olynthiacam primam ita claudit: *ὡς ὅποι᾽ ἄττ᾽ ἂν ὑμᾶς περιστῇ τὰ πράγματα, τοιοῦτοι κριταὶ καὶ τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς ἔσεσθε· χρηστὰ δὲ εἴη, παντὸς ἕνεκα.* Ad quem locum respexisse historicum nostrum non dubito. Olet autem alibi quoque sententias Demosthenicas ex Olynthiacis et Philippicis et ob rerum similitudinem similibus etiam verbis utitur. PONTAN.

Pag. 48, 15. *femina terram adhuc tangit.* Haec paroemia Persica de naturali et agnata levitate et inconstantia mulierum, propter quam nunquam illis fidendum sit, quantumvis magna prae se ferentibus ac promittentibus, notatu digna et in sermonibus merito usurpanda est. Qui adagia post Erasmum ab illo praetermissa collegerunt et adhuc colligunt, hoc etiam suis addere poterunt. PONTAN.

Pag. 53, 15. *adversa fortuna usi supplices.* Romanos imperatores a Constantino Magno recepisse supplices

aut profugos reges variarum gentium, iisque consuluisse, patet ex historiis Romanis. Nam, ut bene Cicero in Maniliana, *afflictae regum fortunae facile multorum opes, eorum imprimis, qui aut reges sunt aut in regno vivunt, ad misericordiam alliciunt: quod regale iis nomen magnum et sanctum esse videatur.* PONTAN.

Pag. 59, 1. *diu publicis professionum tabulis conficiendis.* Hoc puto velle, quod Graece est, πολὺν δή τινα χρόνον περὶ ἀπογραφὰς ἠσχολημένος. *Profiteri*, inquit Budaeus in Pandect., *est publice et apud acta aliquid ultro denuntiare, quod vulgo insinuare vocant.* Curtius lib. 10. *Alexander priusquam secerneret, quos erat retenturus, edixit, ut omnes milites aes alienum profiterentur.* Fiebat etiam professio in censu peragendo. Ulpianus: *Vitia priorum censuum editis novis professionibus evanescunt.* A Graecis ἀπογράφεσθαι dicitur, et professio ἀπογραφή. Lucae 2. αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο, ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου, καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι, ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν. PONTAN.

Pag. 66, 3. *ad Orchanem orientalis Bithyniae satrapam.* Nondum igitur totam Bithyniam Turcae possidebant; nam hic Orchanes Osmanis filius, secundus eorum imperator fuit, ut videre est in annalibus Sultanorum Turcicorum. Praeterea id etiam ex bellis in Bithynia contra Orchanem gestis perspicere licet. PONTAN.

Pag. 70, 24. εἰς τὸν περὶ Βυζάντιον πύργον. Sed haec turris fuit φρούριον et sic infra nominatur. Aut igitur arcem aut castellum vocemus licet. Item alibi hac voce πύργος eadem notione utitur. *Ein Burg.* Monuimus lectorem super hoc. PONTAN.

Pag. 77, 1. *et legatos et legantes muneribus afficiens.* Virgilius 8. Aeneid. Latinum regem, praeterquam quod legatos Aeneae muneribus eximiis donat, etiam ipsum, a quo mittebantur, Aeneam donantem facit. PONTAN.

Pag. 78, 2. περὶ ἑαυτοῦ καθεστώτων. Sententia requirit, ut legamus περὶ ἑαυτῶν. Cur enim vellent, ne quidquam mutaret Cantacuzenus de se constitutum? quid enim erat constitutum de ipso? At de ipsis erat, et ne quid immutaret, vereri poterant. PONTAN.

Pag. 89, 6. *thematum sive agminum militum per occidentem.* Extat libellus Constantini Porphyrogeniti περὶ θεμάτων. *Olim et ab initio*, inquit, *legiones quaedam per singulas provincias distributae extiterunt, quemadmodum legio XL. martyrum et alia Pisidica, alia Thessalica aliaeque aliter vocatae, quae ducibus et praefectis, saepe etiam praepositis subditae fuerunt. Atque*

haec quidem olim, cum reges una cum populo expeditiones faciebant et in eos, qui Romanae servitutis iugum detrectabant, copias ducebant ac totum fere orbem terrarum renitentem reluctantemque subigebant: ut Iulius Caesar, ut admirabilis ille Augustus, ut celebratissimus Traianus, ut magnus ille inter reges Constantinus et Theodosius et qui post illum Christianam religionem ac divini numinis cultum sunt amplexi. Neque enim par erat, ipso rege in exercitu versante, praetorem designari. Sub ducibus enim et tribunis degebant, omniaque bellica negotia a regis voluntate pendebant et populi totius oculi in unum ac solum regem erant coniecti. Cum vero reges ipsi expeditionibus interesse desierunt, tum demum praetores et themata constituta. Atque hanc quidem rationem Romanum imperium in hodiernum usque diem tenuit. Nunc vero cum angustius tam orientem, quam occasum versus Romanum regnum sit factum et extremis aliquot provinciis mutilatum, ab imperio Heraclii Libyci, qui post eum regnarunt, non habentes ubi aut quomodo potentiam dominatumque suum exercerent, in parvas aliquot partes imperium suum secuerunt et militaria τάγματα, Graecum sermonem affectantes, patrium vero ac Romanum repudiantes, constituerunt. Haec ille; *θέμα* est nonnunquam idem quod *τάξις* seu *τάγμα* et legio: sed inter *τάγματα* sive legiones et *θέματα* hoc interest, quod illa, florente imperio Romano, ut iustae legiones ita dictae fuerunt, quae postea imminuto truncatoque Heraclii temporibus eodem imperio, *θεμάτων* appellationem, desciscentibus a veteri amplitudine legionibus, sint consecuta. Haec interpres in scholiis. PONTAN.

Pag. 92, 5. *quam parentem suam.* Modus declarandi magni cuiusdam amoris. Quid enim cuique vel patre vel matre carius? Quaesivimus aliquando ad exercendum ingenium, uter parens liberis deberet esse carior, momenta rationum in utramque partem attulimus, et ad extremum affirmavimus, patrem amandum esse plenius et constantius, matrem dulcius: quandoquidem tam vehementer, quos genuisset, tamque dulciter diligeret. PONTAN.

Pag. 106, 7. *ἄνωθεν τοῖς πράγμασι παρηκολουθηκώς.* Ad locum divi Lucae allusum: *ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσι ἀκριβῶς.* Quod quidam sic reddunt, *quum omnia, repetito alte principio, perscrutatus sim.* Ad verbum, *assectatus.* Vulgatus interpres, *visum est et mihi assecuto omnia a principio.* PONTAN.

Pag. 108, 20. *δι' ἐγκολπίων κατὰ τὸ Ῥωμαίων ἔθος ἐμπεδώσαντες τὴν πρᾶξιν.* Arrhae vocantur proprie huiuscemodi sponsaliorum argumenta et munuscula, quae dantur

sponsis. Dabantur autem plerumque annuli: et dicitur pronubus annulus, quo vir sponsam seu uxorem sibi futuram oppignerare quodammodo consuevit; qui olim Romanis erat ferreus et sine gemma, prisca nimirum saecula et antiqui victus parsimoniam frugalesque mores designans. Testis Plinius lib. 33. cap. 1. Fuisse aliquando aureum, scribit Tertullianus in Apologet. cap. 6. his verbis: *Aurum de matronis nulla norat, praeter unico digito, quem sponsus oppignerasset pronubo annulo.* Verum ista ἐγκόλπια fuisse aurea aut argentea et inaurata, non est dubium: sive cruciculae, sive gemmae auro argentove inclusae, sive quid aliud fuerint: sane munus magis conspicuum, quam annulus. PONTAN.

Pag. 116, 9. *in calliditate.* σύνεσις est in Graeco, quam hic non prudentiam, sed *calliditatem* et *astum* reddere oportet, sententia ita requirente. Nam prudentia non decipit, nec machinis utitur. Calliditas autem sive astus prudentiam non secus, quam alia vitia alias virtutes, imitatur. PONTAN.

Pag. 118, 13. *ubi terrarum agatis.* Aut in exilium remotissimum, a magno domestico missum, aut in obscurissimum profundissimumque carcerem, loco ignoto eos contrusum iri insinuat: neutro enim modo scient, ubi sint. PONTAN.

Pag. 120, 9. ἐγκόλπιον τῶν ἱερῶν. Bullam, in quam sacrae inclusae sunt reliquiae, intelligi posse opinor. Infra donat bulla Apocauchus etiam Artotum Zampeae filium. Aptius autem hic verbum Graecum voce hac *bulla*, quam vocabulo *monilis* exprimitur, etiamsi proprie bulla fortasse non fuerit. Porro Romani, quod ex Plutarcho et Macrobio et Asconio in 3. Verrin. Alexander Neapolitanus observat libro 2. cap. 25., cum puer paulum aetate processisset, praetexta illum donabant et bulla. Ea erat aurea, insigne nobilitatis, figuram cordis habens, ut signarent, eam aetatem alterius consilio regendam. Hac Romani pueri honeste geniti et liberaliter educati patricii aut illorum qui meruissent filii postea usi fuere. Monile, si proprie loqui velimus, est ornatus muliebris, qualem habuisse Eriphylen fabulae ferunt. Ex eo etiam equis praependens a collo ornamentum, monile appellatur. Sic Festus. *Halszbandt.* PONTAN.

Pag. 137, 7. *quosdam egentes.* Subit animo praeclarum illud et huic simile Catilinae satellitium, de quo Sallustius cap. 14. PONTAN.

Pag. 138, 6. πυλίδα διατεμόντες, *portulam secantes* ad verbum. Euripides Phoenissis, ὁ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδόν. Posidippus in epigramm.: ποίην τις βιότοιο τάμοι τρίβον. Virgil. 6. Aeneid.: *ille viam secat ad naves.* Et lib. 12.: *Sic Turno, quacunque viam secat, agmina cedunt.* Dixit et *scindere viam* idem Maro. PONTAN.

Pag. 153, 22. *inferorum loca caliginosa.* Cicer. Tuscul. ex antiqua tragoedia: *Adsum atque advenio Acheronte vix via alta atque ardua, per speluncas saxis structas asperis, pendentibus, maximis, ubi rigida constat et crassa caligo inferum.* Qui locus ex principio Hecubae Euripideae expressus videtur. Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπών, inquit umbra Polydori. Certe etiam divinae litterae Iob. cap. 10. illa loca nominant *terram tenebrosam et opertam mortis caligine, terram miseriae et tenebrarum, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitant.* PONTAN.

Pag. 162, 23. *a sacra linea talum moventes.* Proverbium de iis, qui extrema parant experiri. Id Iulius Pollux lib. 9. exponens, ait, a ludo quopiam tesserarum esse natum. Lusum autem fuisse huiusmodi, ut utrimque ludentium essent calculi quinque, totidem impositi lineis: unde et Sophocles dixerit πέσσα πεντέγραμμα, id est, *tesserae quinque linearum.* Inter eas lineas utrimque quinas unam fuisse mediam, quam sacram vocabant: unde qui talum movisset, is sacrae lineae calculum movere dicebatur. Id vero non fiebat, nisi cum res posceret, ut ludens ad extrema confugeret auxilia. Vide plura apud Chiliasten. PONTAN.

Pag. 166, 10. *acclamationem.* Supra lib. 1. cap. 41. dictum de acclamationibus. Cui lubet, legat acclamationes senatus in Alexandrum Severum apud Lampridium. PONTAN.

Pag. 166, 19. *Georgii Palaeocastritae.* Epitheton παλαιοκαστρίτης Graecolatinum Gretsero nostro videtur. Nec mirandum, inquit, si παρὰ τὸ κάστρον, quod recentioribus Graecis in usu est, formavit καστρίτην et composite παλαιοκαστρίτην; nihil enim in hoc genere non audent novi Graeci. Hinc etiam καστροφύλαξ apud Curopalatam. Sed sanctum Georgium Graecis Latinisque tam celebrem nominari veterem aut antiquum militem, cum a Graecis τροπαιοφόρος et aliis honestioribus multis epithetis ornetur, non placet, quo fit, ut alium Georgium fuisse existimem, et nomen παλαιοκαστρίτης esse nomen eius patriae. Nam Palaeocastrum vocatur a recentioribus Graecis et ab Italis *Palaeocastro* Itanus urbs Cretae, idemque nomen habet Minoa portus Cretae, ut tradit Ortelius in synonymis orthographicis. Hinc istum Georgium natum et, ut ab illo veteri discriminaretur, παλαιοκαστρίτην ab historico appellatum credo: sicut et alius quidam Georgius martyr nominatur a Graecis Limniota, de quo etiam martyrolog. Rom. 24. Augusti. Nihil praeterea de Georgio Palaeocastrite hactenus comperi. Si quis tamen velit, celebratum illum apud omnes Georgium martyrem intelligi a Cantacuzeno, cum hoc non contendam. Hoc enim probabile esse, vel illud est argumento, quod Cantacuzenus multos in hoc

templo equestri dignitate ornavit, fortassis tanquam in aede generosi equitis equestriumque ordinum patroni. Nec forsan a vero aberret, qui arbitretur, nomen hoc Palaeocastritae venisse sancto Georgio ab ipso loco, quo Didymotichi colebatur. Quid enim usitatius, quam nomina indere divis a locis, in quibus coluntur? PONTAN.

Pag. 167, 7. *lugentium.* Nonne candida vestis potius gaudii et laetitiae argumentum est? Sane est. Sed fuit, cum apud Syracusanos viri feminaeque, item apud Argivos candidis in luctu vestibus uterentur. Apud Iapones, ut scribunt, patres nostrae Societatis, tristis color habetur albus, niger laetus. Itaque etiam dentes dant operam, ut quam nigerrimos et splendentes prae nigrore sibi faciant. PONTAN.

Pag. 169, 3. *Didymotichi episcopo.* Episcopum Didymotichensem commendat Cantacuzenus, tamquam miraculorum effectorem et prophetam futura praedicere gnarum. Diximus libro primo, probabile esse, alienis ab ecclesia, ut schismaticis et haereticis, aliquando gratiam miracula nonnulla patrandi conferri. Idem pari verisimilitudine affirmare licet de dono prophetiae. Non igitur mirum, si quid etiam per hunc episcopum Deus suprà naturae vim et facultatem praestitit. Adscribam verba Euthymii, qui explicans illud Matth. 7.: *Multi dicent mihi in illo die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus* etc., quibus respondebitur: *nunquam novi vos;* ita scribat: *Si indigni erant, quomodo eis operabatur Spiritus sanctus? Omnino propter duo ista fiebant: nempe, ut gratiae Dei liberalitas etiam in indignos diffundi demonstraretur, et ut per ipsos aliis beneficium conferretur, qui videlicet ab illis curabantur, vel qui opera illa admiranda intuentes credebant in Christum. Non ergo eos admirari oportet, qui miracula operabantur; neque enim a seipsis quidquam conferebant, sed Deum, qui cum illi tales essent, gratiam tamen illis praestiterat* etc. *Nam licet indigni essent, gratiam tamen acceperant. In veteri quoque testamento in multis indignis gratia operabatur: ut per eos aliis beneficium praestaret. Sed hi quidem fidem interim habebant, licet vita reprehensibiles essent. Balaam autem cum a fide et conversatione bona esset alienus, prophetabat. Quin et Pharaoni et Nabuchodonosor et filio eius Balthasar, cum a pietate alienissimi et sceleratissimi essent, Deus futura demonstravit propter aliorum gubernationem. Sed quid de hominibus dico, cum et in asina Balaam suam demonstraverit virtutem, voce primum humana collata, ut eam ipsius ascensor intelligeret.* Haec Euthymius. Similia in eumdem sancti Matthaei locum divus Hieronymus. *Prophetare,* inquit, *et virtutes facere et daemonia eiicere interdum non eius meriti est, qui*

operatur: sed vel invocatione nominis Christi hoc agit, vel ob condemnationem eorum, qui invocant, et utilitatem eorum, qui vident et audiunt, conceditur, ut licet homines despiciant signa facientes, tamen Deum honorent, ad cuius invocationem fiunt tanta miracula. Nam et Saul et Balaam et Caiphas prophetaverunt, nescientes quid dicerent, et Pharao et Nabuchodonosor somniis futura cognoscunt. Idem docet de prophetis S. Thomas 2. 2. quaest. 172. a. 6. ad 1. et 2. Apud Iustinum martyrem proponitur haec quaestio lib. Quaest. et Respons. ad Orthodoxos: *Si res futuras, veluti bellorum victorias et trophaea, hostium incursiones et urbium per eos, qui illas oppugnarunt, eversiones, praedixerunt prophetae et apostoli, praedixerunt quoque Graecorum oraculorum responsa: unde cognosci potest, hos nostros alienis illis esse praestantiores, cum ab utraque parte futurorum praedictiones evenerint.* Ad quam quaestionem hoc responsum datur: *Eiusdem Dei haec sunt omnia, tam praedictio verborum, quam eventus rerum: qui et per sanctos prophetas atque apostolos, quae futura erant, praelocutus est, et per eos itidem, qui a vera religione sunt alieni, quae facturus fuerat, praenuntiavit. Quemadmodum enim per vatem Balaam Israeli benedixit, hostibus autem eius maledixit, utrumque vero per rerum futurarum praedictionem fecit: ita etiam per vaticinium regi Babylonis Nabuchodonosori capiendam esse Hierusalem praesignificavit* etc. *Similiter et per vates Graecos, quaecumque eventu ad rem collata sunt, ipse praemonstravit.* Pergit deinde pluribus ostendere, multum discriminis inter prophetas Dei et reliquos vates esse, quae adscribere nihil opus. Nobis satis est, ex sententia seu Iustini seu alterius antiqui scriptoris, donum vaticinandi etiam a vera fide alienis conferri posse et solere.

Verumenimvero tametsi haec ita se habeant, non dubito tamen pleraque a schismaticis istis de miraculis et vaticiniis prodita, commentitia, vana, fanatica malignique spiritus partim ludibria, partim artes et technas fuisse, ut istos in semel coepto et suscepto schismate per ludificationes istas retineret ac confirmaret. Certum enim est, daemones naturali vi et perspicacitate multa nosse, quae hominum scientiam fugiunt, eaque famulis suis patefacere posse, ut prophetae appareant, cum veri prophetae non sint, ut docet sanctus Thomas loco paulo ante nominato. Certum praeterea est, daemonem ob occultarum naturalium rerum vim et energiam sibi quam optime perspectam et exploratam, multa patrare posse, quae miracula videntur, non quia talia sunt, sed quia hominibus ignota sunt: de quo copiose sanctus Thomas lib. 3. contra Gent. cap. 103. et nonnihil etiam 1. p. q. 110. a. 4.

Nec male monent doctores, quod ad prophetias arcano-

rumque revelationes attinet, primo omnium considerandam esse fidem eius, qui sibi revelationem divinitus factam affirmat, num videlicet sit catholicus, num haereticus, num ethnicus. Et si quidem a vera fide sit alienus, magnam cautionem adhibendam, ne fallamur ob decipulas haereticorum et schismaticorum, quas incautis in hoc argumento parant: dum varias visiones, revelationes, divinos instinctus et impulsus comminiscuntur, cum non a spiritu Dei, sed ab illo, qui omnis improbitatis auctor est et architectus, agantur. Lege Delrium nostrum tom. 2. Magicarum disquisitionum cap. 1. q. 3. sect. 2.

Quis dubitet, multos ex schismaticis istis fecisse, quod fecit olim presbyter Donatista, qui ut alium ad Donati castra traduceret, mentiebatur, angelum sibi apparuisse et imperasse, ut ipsum scripta epistola ad Donatistarum partes vocaret. In quem pulchre sanctus Augustinus scribens ad illum ipsum, ad quem presbyter Donatista litteras dederat. *Si tibi ipsi angelus adstitisset, quem sibi ille propter te adstitisse, quantum arbitramur, astuta novitate confingit, et haec ipsa tibi dixisset, quae iste mandato illius tibi se insinuare dicit: oporteret te Apostolicae sententiae memorem fieri, quae ait: Licet nos, aut angelus de coelo vobis evangelizaverit praeter id, quod evangelizavimus vobis, anathema sit.* Haec sanctus Augustinus epist. 165.

Mira canit Philotheus de monachis montis Atho in oratione 12. contra Gregoram, quasi prophetiae dono claruerint et tam vivi, quam mortui miracula fecerint. Sed Philotheus fuit olim unus ex illis; non potuit minus facere, laudare debebat, ex quorum disciplina prodibat: *ὡς καὶ αὐτοὶ δήπου πείρᾳ μαθόντες ἔχομεν, παρ' ἐκείνοις ὄντες πάλαι τοῖς μακαρίοις.* His tamen minime impeditus Gregoras et alii, quibus istorum vita non erat incognita, dicere solebant: *ψεῦδος εἶναι κενὸν καὶ πλάσματα καὶ ὄχλον ῥημάτων ἁπλῶς τὰ περὶ ἐκείνων λεγόμενα πάντα.* Nec abs re ista dicebant, quocumque tandem animo haec dicerent et spargerent: nam ex libro primo Cantacuzeni nostri planum fit, quam monachi isti et Hesychastae prope ad Massalianorum institutionem cum suo nescio quo lumine, precantibus et contemplantibus obiici solito, accesserint. Et quantae fidei est fabella, quam Philotheus narrat de Palama Constantinopolim adventante, tantae fidei si et cetera Philothei lector arbitretur, nullam, opinor, auctori iniuriam faciet. Ait, Palamam per mare ab angelis comitatum non sine caelesti melodia, *ὡς καὶ κατιόντι παρὰ τοὺς τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων ταύτης λιμένας συνεξακούεσθαί τισι τῶν εὐλαβῶν τότε τοὺς ὕμνους παρ' αἰγιαλοῖς ἑστηκόσι. οἳ καὶ τὸ καινὸν ἐκεῖνο τῆς καινῆς ᾠδῆς τε καὶ τοῦ μέλους ἀποθαυμάζοντες, καινὸν μέν τι καὶ ἀκι-*

στον ἔλεγον εἶναι, εἰ παρὰ τῆς αἰχμαλωσίας καὶ τῶν βαρβάρων μελῳδοὶ καὶ τοιοῦτοι κατάγονται παρ' αὐτοῖς. ἐπεὶ δὲ τῆς νηὸς εἰς τὴν γῆν κατιούσης Γρηγόριος ὁ θεῖος σύναγε τῷ πληρώματι τῶν ναυτῶν ἀποβαίνοντες καθωρῶντο μόνοι, τότε δὴ καὶ οἱ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης ᾠδῆς ἀκροαταὶ καὶ τῶν ὕμνων συνῆκαν, ὡς οὐκ ἀνθρωπίνης, ἀλλ' ἀγγελικῆς ἦσαν ἐκεῖνα δυνάμεως ἔργα, τοῦ θεοῦ θαυμαστῶς κἀνταῦθα τὸν ἑαυτοῦ βουλομένου δοξάζειν θεράποντα. Haec Philotheus de Palama, quae credat Iudaeus Apella, non ego, quia vel commenta vel malorum spirituum schismaticis illudentium ludibria censeo.

Graecis miracula iactantibus et miraculis schisma suum tueri et excusare adnitentibus, idem respondendum est, quod olim sanctus Augustinus respondit Petiliano libro de unitate ecclesiae, cap. 16.: *Omissis istis morarum tendiculis, ostendat* (schismaticus) *ecclesiam vel in sola Africa* (Graecia) *perditis tot gentibus retinendam, vel ex Africa* (Graecia) *in omnibus gentibus reparandam et adimplendam*, *et sic ostendat, ut non dicat, verum est, quia hoc ego dico, aut quia hoc dixit ille collega meus, aut illi collegae mei aut illi episcopi vel clerici vel laici nostri, aut ideo verum est, quia illa et illa mirabilia fecit Donatus vel Pontius* (Palamas vel Philotheus) *vel quilibet alius, aut quia homines ad memorias mortuorum nostrorum* (monachorum montis Atho) *orant et exaudiuntur, aut quia illa et illa ibi contingunt, aut quia ille frater noster aut soror nostra tale visum vigilans vidit, vel tale visum dormiens somniavit. Removeantur ista vel figmenta mendacium hominum vel portenta fallacium spirituum: aut enim non sunt vera, quae dicuntur, aut si haereticorum* (et schismaticorum) *aliqua mira facta sunt, magis cavere debemus* etc. *Porro si aliquis in haereticorum* (et schismaticorum) *memoriis orans exauditur, non pro merito loci, sed pro merito desiderii sui recipit sive malum sive bonum* etc. *Nonne legimus ab ipso Domino Deo nonnullos exauditos in excelsis montium Iudaeae, quae tamen excelsa ita displicebant Deo, ut reges, qui ea non everterent, culparentur, et qui everterent, laudarentur. Unde intelligitur, magis valere petentis affectum, quam petitionis locum. De visis autem fallacibus legant, quae scripta sunt, et quia ipse Satanas transfigurat se tamquam angelum lucis, et quia multos seduxerunt somnia sua, audiant etiam, quae narrent pagani de templis et diis suis mirabiliter vel facta vel visa, et tamen dii gentium daemonia, Dominus autem coelos fecit. Exaudiuntur ergo multi et multis locis, non solum Christiani catholici, sed et pagani et Iudaei et haeretici variis erroribus et superstitionibus dediti. Exaudiuntur autem vel a spiritibus seductoribus, qui tamen nihil faciunt, nisi permittantur, Deo sublimiter*

atque ineffabiliter iudicante, quid cuique tribuendum sit, sive ab ipso Deo, vel ad poenam malitiae, vel ad solatium miseriae, vel ad monitionem quaerendae salutis aeternae. Ad ipsam autem salutem ac vitam aeternam nemo pervenit, nisi qui habet caput Christum. Habere autem caput Christum nemo poterit, nisi qui in eius corpore fuerit, quod est ecclesia.

Haec pulcherrime sanctus Augustinus, qui et tract. 13. in evangelium divi Ioannis, monens catholicos, ut Donatistarum laqueos vitent, *Nemo vobis*, inquit, *fabulas vendat: et Pontius fecit miraculum et Donatus oravit, et respondit ei Deus de coelo. Primo aut falluntur aut fallunt. Postremo fac illum montes transferre, caritatem autem, inquit, non habeam, nihil sum. Videamus, utrum habuerit caritatem. Crederem, si non divisisset unitatem: nam et contra istos, ut sic loquar, mirabiliarios cautum me fecit Deus meus, dicens: In novissimis temporibus exsurgent pseudoprophetae, facientes signa et portenta, ut in errorem inducant etiam electos. Ecce praedixi vobis. Ergo cautos nos fecit sponsus, quia et miraculis decipi non debemus. Aliquando enim et desertor terret provincialem, sed utrum in castris sit et aliquid illi prosit character ille, in quo signatus est, hoc attendit, qui terreri et seduci non vult. Teneamus ergo unitatem fratres mei; praeter unitatem et qui facit miracula, nihil est. In unitate enim erat populus Israel, et non faciebat miracula. Praeter unitatem erant magi Pharaonis, et faciebant similia Moysi.* Haec et alia complura in eandem sententiam sanctus Augustinus, ad quae, tanquam ad libellam examinanda sunt ea, quae schismatici iactant miracula suorumque vaticinia et oracula.

Nec est, quod quis moveatur externa sanctitatis specie et austeritate vitae eorum, qui talia vel vere vel ficte agunt: videndum enim ante omnia, non qui sint et appareant, sed ubi sint, et quid dogmatum profiteantur. Nam ut praeclare scribit auctor operis imperfecti, homilia quarta in Matthaeum sub finem, *omnes species iustitiae, quas habent servi Dei in veritate, possunt habere et servi diaboli in simulatione. Habet enim diabolus et mansuetos et humiles, habet castos et eleemosynarios et ieiunos et omnem speciem boni, quam creavit Deus ad salutem hominum; ipsam speciem et diabolus introduxit ad seductionem, ut inter bonum verum et simulatum confusio fiat: ut simplices homines, qui boni veri et simulati differentiam intelligere caute non possunt, dum quaerunt bonos Dei viros, incurrant in seductores diaboli. Solam autem caritatem sancti Spiritus non potest immundus spiritus imitari. Omnis ergo species iustitiae in impostoribus invenitur, sola autem gratia verae caritatis non invenitur, nisi in solis servis Dei.*

De purgatione per ferrum candens, cuius hic admirandum exemplum Cantacuzenus commemorat, dicere supersedeo post Delrium tom. 2. Mag. disquisit. lib. 4. cap. 4. quaest. 4. sect. 3., ne videar scribere velle Iliadem post Homerum. Satis est nosse, graviter tanquam superstitiosam a sacris canonibus damnatam et interdictam esse. Vide cap. *Consuluisti.* cap. *Mennam*. 2. q. 5. et cap. *Dilecti* ext. de purgatione vulgari, et cap. *Sententiam*, ext. ne clerici vel monachi saecularibus negotiis se immisceant: sanctum Thomam 2. 2. q. 95. a. 8. ad 3. et Antonium Augustinum in notis ad caput primum poenitentialis Romani.

Exemplum capiendi ominis de futuris ex verbis fortuito prolatis auditisque, suppeditat etiam nobis hoc loco Cantacuzenus, referens, quosdam ex dicto illo evangelii in sacra Liturgia recitato, *Si me persecuti sunt, et vos persequentur*, omen cepisse de bellis et calamitatibus, quibus postea imperator Cantacuzenus ab invidis et aemulis exagitatus est. Quae coniectandi species nihil superstitionis continere videtur, si modum teneat. Eius passim fit mentio in historiis. Cum sanctus Anselmus consecraretur episcopus, cumque postea pallium Roma missum susciperet, lectum est in ecclesia publice evangelium illud: *Homo quidam fecit coenam magnam et misit servum suum hora coenae dicere invitatis, ut venirent* etc., in quo recusatio et inobedientia eorum, qui ad coenam illam magnam invitati fuerant, depingitur. Ominis loco habita est illa lectio. *Quod non casu factum, sed divino sensu putatur,* inquit Gulielmus Malmesburiensis, lib. 1. de gestis pontificum Anglorum, *in nullo enim ei efficaciter obtemperatum est, sed omnibus paene praetexta excusatio, quae vel praedicando docuit, vel interminando prohibuit.* Sed haec hactenus. GRETSER.

Pag. 171, 14. *audita etiam de ficu parabola.* Μνημονικὸν ἁμάρτημα; nam supra de uva immatura parabolam attulit. Sed hoc genus peccati etiam magnis et notissimis scriptoribus solet accidere. PONTAN.

Pag. 175, 12. *exercitum cohortium.* Etsi τάγματα appellat, et τάγμα proprie legionem sonat, tamen malui *cohortes* vocare. Si enim in legione numeres saltem quatuor millia, confecisset exercitum 64 millium, quantum in his libris nunquam est videre, propter imminutas opes Romani imperii et alienis opibus tam valde indigentes. PONTAN.

Pag. 184, 10. *facies ad clunes obversus.* Genus summae ignominiae seu poenae ignominiosissimae. Quid enim vilius et contemptius asino? et isto equitandi modo, ut caudam pro freno teneas, quid turpius magisve ridiculum? sed et Anastasium patriarcham a Diippio duci iussit, asino insi-

dentem, facie versus caudam conversa, et ignominiosum de eo triumphum egit. Zonaras in Copronymo et Cedrenus. De Beatrice Augusta, Friderici Barbarossae uxore scribit idem Gulielmus Paradinus de antiquo statu Burgundiae et Sigonius de regno Italiae lib. 12. Affecta est autem hac ignominia a Mediolanensibus. PONTAN.

Pag. 195, 7. *tolerare militiam.* Apud Eurip. in Hecuba Polydorus, minimus natorum Priami de se: *νεώτατος δ' ἦν Πριαμιδῶν· ὅ καί με γῆς ὑπεξέπεμψεν· οὔτε γὰρ φέρειν ὅπλα, οὔτ' ἔγχος οἷος τ' ἦν νέῳ βραχίονι.* PONTAN.

Pag. 196, 18. *monasterium quoque diruendum.* Graecis *μονὴ* est monasterium, quasi dicas mansionem. Quare etiam scriptoribus ecclesiasticis Latinis mansionarius, mansionis incola, habitator, id est, monasterii. PONTAN.

Pag. 201, 18. *a magno Dionysio.* Non affert verba Dionysii Areopagitae Cantacuzenus, sed sensum ac mentem eiusdem, ex epistola scilicet ad Demophilum, in qua nihil agit aliud, quam ut ostendat, Deo non placere, quae geruntur aut praeter potestatem ordinis, aut per animi impotentiam, ut fecerat Demophilus, quem idcirco severius reprehendit. PONTAN.

Pag. 202, 20. *τῆς γυναικωνίτιδος συνούσης μόνης, im Frawenzimmer; γυναικὼν* est conclave, contubernium mulierum, locus in aedibus, in quo mulieres seorsim a viris habitant. Idem et quidem usitatius est *γυναικωνῖτις*, quo et Latini usi sunt nonnunquam, ut Aemilius Probus in praefat. Est tamen quando ipsum feminarum coetum significat, ut etiam hoc loco: Ita apud Plutarchum de Herodoto, *μετὰ τῆς γυναικωνίτιδος ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἐστράτευσεν.* PONTAN.

Pag. 217, 4. *alteramque aurem.* Alexander magnus accusatorem audiens, manu admota alteram aurem occludebat, quod eam reo se diceret servare. Infra eandem historiam denuo tangit. Cur enim non bis, quod pulchrum? PONTAN.

Pag. 218, 16. *flameumque. Καλύπτραν* vocat Graecus. *Flameo*, ait Festus, *amicitur nubens boni ominis causa, quod eo assidue utebatur Flaminica, id est, Flaminis uxor, cui non licebat facere divortium.* Quale videlicet velum sacratae et velatae Deo virgines in capitibus gestant, ut res melius intelligatur: *ein Weihel.* PONTAN.

Pag. 221, 4. *viscera obduruerunt.* Pulchra amplificatio filii in causa matris. Et miratur satis argute, quomodo, qui quotidie humana viscera comederent, tam duris potuerint esse visceribus: siquidem omni sensu humanitatis carerent, et in figura humana belluarum saevitiem imitarentur. PONTAN.

Pag. 222, 18. *Theodosia ex Theodora dicta.*

Quod cum viri, tum feminae ad religiosum vitae genus, seu statum monasticum transeuntes, nomen mutarent, inde factum credo, quod per monachismi professionem se velut iterum baptizari putarent, et esse secundum quemdam baptismum: in baptismo autem nomen solet imponi, et quidem novum, si quis adultus ac nondum Christianus aliud habuisset, ut omnes habent. Cuiusdam igitur regenerationis signum nominis novitas fuit. PONTAN.

Pag. 226, 9. *imperatoris affinem.* Θεῖος imperatoris protostrator proprie non fuit. Quare istuc vocabulum hoc loco potius *affinem* reddendum fuit. Protostratoris enim huius filiam Manuel Asanes frater uxoris Cantacuzeni habebat uxorem. PONTAN.

Pag. 227, 10. *propter Zelotas.* Hi quod Palaeologo contra Cantacuzenum studerent, ita nominantur. Eorum facinora mala deinceps exponentur. Genus hominum sine re, et audacissimum, seditiosissimum, perditissimum. PONTAN.

Pag. 227, 11. *vestem ad luctamen exuere.* In certaminibus Olympicis athletae prius ferebant subligacula, quod testantur Thucydides lib. 3., Augustin. Civ. lib. 14. cap. 17. Postea a Lacedaemoniis institutum est, ut nudatis oleoque perfusis corporibus decertarent, nominaturque primus huius rei auctor, Hacantus Lacedaemonius, ab aliis Neanthus. Hinc ipsa loca ludorum gymnasia, et ipsi ludi appellati sunt gymnici. Et verbum ἀποδύεσθαι, quod est *vestes exuere*, ad huiusmodi certaminum praeparationem exercitationemque accommodatur. Ante id tempus verecundiae causa se nudarè non audebant. Homerus quoque in ludis semper succinctos heroas inducit. PONTAN.

Pag. 236, 23. *amico vultu.* Vide, quid de laeto vultu imperatoris scribat in Strategico Onosander cap. 13., quam multum is valeat apud milites. PONTAN.

Pag. 244, 25. *omnia prius, quam servitutem.* Nusquam hoc luculentius docet M. Tullius, quam in Philippicis, quam scilicet alienum et sit et esse debeat a Romano nomine, servitutem pati, cui etiam ipsa mors anteferenda sit. PONTAN.

Pag. 245, 3. *virga ferrea.* Tamberlanes, Scytharum imperator, iram Dei, Attila, Hunnorum rex, flagellum Dei se nominabat. De rege Assyriorum Deus ipse per prophetam Isaiam cap. 10. *Assur virga furoris mei.* PONTAN.

Pag. 251, 12. *invictos mansisse.* Quingentorum annorum spatio, a pulsis videlicet regibus ad obitum Augusti, quingenties quinquagies populus Romanus proeliatus est: quadringenties quadragies victor discessit. Et quamvis aliquot proeliis victi sint, bello tamen omni, ut civilia sileantur, superiores fuere. PONTAN.

Pag. 257, 17. *Prosacum castellum.* Descriptionem uberiorem huius castelli lege apud Nicetam principio lib. 5. de rebus gestis Alexii Angeli. PONTAN.

Pag. 261, 5. *locum Tao.* Ταὼς sive ταὼν Graecis est pavo, *ἀπὸ τῆς τάσεως τῶν πτερῶν*, *ab extensione pennarum*, nominatus. Et quoniam pennis est pulcherrimis et splendidissimis, forsitan ab ea elegantia loco nomen Tao factum est. Tu vide, quam vera sit coniectura nostra. PONTAN.

Pag. 262, 8. *adolescentulos nobiles honorarios.* Sic a quibusdam appellatos scio, quos Germani *Edel Knaben.* PONTAN.

Pag. 262, 20. *qua gratia venisset.* Apud Graecos illos vetustissimos fuisse morem, ut legatos et advenas prius liberaliter tractarent, ac tum demum causam adventus eorum exquirerent, cognoscitur ex Homero, apud quem Odysseae lib. 3. excipitur a Nestore Telemachus cum Minerva sub forma Mentoris, et lib. 4. cum eodem Telemacho Pisistratus Nestoris filius a Menelao; et post epulas demum ac die altero causam adventus interrogatur. PONTAN.

Pag. 265, 20. *amicorum omnia communia.* Festive. Nihil hoc dicto vulgatius, quod ab Euripide profectum est. Perlepide hinc probabat Socrates, sapientum esse omnia, quod et alibi a me notatum memini. *Quia*, inquiebat, *Deorum sunt omnia. Sapientes amici sunt Deorum. Amicorum omnia sunt communia. Ergo sapientum sunt omnia.* Verumtamen scimus multos sapientes huius mundi, cum haberent Deorum opes, interim multis, etiam necessariis eguisse. Christianis tantum sapientibus dicere cum Paulo licet, *nihil habentes, et omnia possidentes.* PONTAN.

Pag. 271, 7. *tu quae lubet impera.* Virgil. 1. Aeneid.: *tuus, o regina, quid optes, explorare labor, mihi iussa capessere fas est.* Affert ex epistola M. Antonii ad quemdam septemvirum, capitalem hominem, collegam ipsius, haec verba Philipp. 5. M. Tullius: *Quid concupiscas, tu videris: quod concupiveris, certe habebis.* PONTAN.

Pag. 278, 1. *ad Aenum.* Aenum urbem Aeneas Troianus exul condidit, ut est lib. 5. Aeneid. Plinius *Aenos* vocat lib. 4. cap. 11., similiter Mela lib. 2. cap. 2.: *eximia est Aenos*, inquit, *ab Aenea profugo condita.* Dionysius lib. 1. *Aeneam* nominat. Iuxta hoc oppidum Hebrus fluvius non ignobilis in mare volvitur. PONTAN.

Pag. 295, 8. *citra laborem.* Terentius: *Non fit sine periculo facinus magnum et memorabile.* Laborem gloriae patrem vocavit Euripides. Vide symbolas nostras in illud ex 1. Georg.: *Labor omnia vincit improbus*, ubi laborem ex optimis scriptoribus laudavimus. PONTAN.

Pag. 299, 14. *peccatorumque exomologesin.* En usum annuae confessionis in quadragesima apud Graecos; qui *πατέρα πνευματικὸν*, vel absolute sine adiuncto, *πνευματικὸν* vocant, quem nos *confessarium* seu *patrem spiritualem*. Quomodo autem Graeci confiteantur, explicavit Hieremias patriarcha Constantinopolitanus in sua censura cap. 11. his verbis: *λέγομεν τοίνυν ἀποκρινόμενοι, ὅτι πρῶτον μὲν ὁ τοιοῦτος οἰκονόμος ὀφείλει εἶναι πνευματικὸς ἰατρὸς, ἀκριβῶς ἐπιστάμενος τὰ πνευματικά. εἶτα ὁ ἐξομολογούμενος εἰς ὅσα δυνηθῇ καὶ ἐνθυμηθῇ κατ᾽ εἶδος εἰπεῖν καὶ ἐξομολογήσασθαι μετὰ συντετριμμένης καρδίας* etc. Capite sequenti fuse disserit idem patriarcha *περὶ τῶν ἱκανοποιιῶν*, *de satisfactionibus et poenitentiis*, a pneumatico seu spirituali patre imponi solitis. Mos hic instituendae confessionis ecclesiae Graecae perpetuus fuit, nec a Nectario patriarcha Constantinopolitano sublatus; nam presbyter ille, cuius officium abrogasse fertur, non privatae, sed publicae poenitentiae praeerat: de quo copiose Cardinalis Bellarminus lib. 3. de poenit. cap. 14. et Franciscus Turrianus lib. 4. de dogmaticis characteribus verbi Dei. GRETSER.

Pag. 304, 24. *expers rationis impetus.* Horatius lib. 3. Ode 4.: *Vis consili expers mole ruit sua* etc. Hoc ipsum strophis sequentibus aliquot exemplis illustrat. PONTAN.

Pag. 312, 15. *bulla.* De aurea bulla loquitur, de qua antea saepius; eam enim imperatores dabant, quibus dandam censebant. Nicetas lib. 1. vocat *γράμμα ἐρυθροσήμαντον, σφραγῖδί τε χρυσείᾳ καὶ σηρικῷ νήματι ἔμπεδον, κόγχης ἀναδευμένῳ αἵματι.* Zonarae tom. 3. *χρυσοσήμαντος γραφὴ* et *χρυσόβουλλος γραφὴ* dicitur. PONTAN.

Pag. 314, 10. *quidam antiquorum.* Felicissimum esse ait Euripid. in Hecuba, cui nihil in diem obtingit mali, his verbis, *κεῖνος δ᾽ ὀλβιώτατος, ὅτῳ κατ᾽ ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.* Cum ergo nec unum diem vita nostra a malis sit libera (quae quam multa sint, recensere nihil attinet,) quid tota vita, quam erit misera? Sed Cantacuzenus fuit homo paucissimorum hominum. Merito autem sapientem nuncupat; Euripides siquidem propter sapientiam ὁ *σκηνικὸς φιλόσοφος* dictus est. PONTAN.

Pag. 314, 14. *lancium altera.* Antiqui res hominum a Iove velut libra quadam pensitari censebant, unde et *ὑψίζυγος* dictus est poetis, utpote qui ex alto caelo omnia libret ac ponderet. Homerus Iliad. *χ′.* Achillis et Hectoris fata librae seu lancibus imposuisse, et Hectoris descendisse seu praeponderasse ait. Id voluit Maro de Aenea et Turno, Aeneid. lib. 12.: *Iuppiter ipse duas aequato examine lances sustinet* etc. Quam diversis simulacris olim efficta fuerit Fortuna, docet Alexand. Neapolit. lib. 1. cap. 13., inter quae

tamen eam cum libra seu trutina effictam fuisse, non invenio. Hac autem potius iusta iudicaretur, cum accusetur ut iniustissima et caeca plane. Verumtamen per lances eius, alteram ascendentem, alteram descendentem, non aliud, quam ipsius mobilitatem et inconstantiam significare historicus voluit, quae nunc exaltet, nunc deprimat, nunc det, nunc auferat. PONTAN.

Pag. 315, 23. *vitam minime vitalem.* βίον ἀβίωτον est in Graeco. Talia sunt apud Graecos item νύμφη ἄνυμφος, παρθένος ἀπάρθενος, δῶρα ἄδωρα, γάμοι ἄγαμοι, μήτηρ ἀμήτωρ, χάρις ἄχαρις, et quae notat Victorius lib. 10. cap. 12. ἔργ' ἄνεργα, πότμος ἄποτμος. Et Graecorum imitatione apud Latinos *insepulta sepultura*, *innuptae nuptiae*, *ars iners*, *funera nec funera*, *insaniens sapientia*, *disciplina indocilis* etc. PONTAN.

Pag. 316, 10. *voluntatem eius, non enim dicam intelligentiam.* Graece sic cum quadam iucunda paronomasia, τὴν αὐτῆς διαστρέψαντες γνώμην, οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι γνῶσιν. Hoc vult. Non potuerunt illi sycophantae efficere, ut imperatrix desineret nosse me, qui essem, id est, quam integer, quam fidus etc. Nec enim hoc poterat, tot experimentis edocta: sed ut non amplius bene cuperet mihi, ut me vellet persequi, qua iure, qua iniuria, hoc effecerunt. PONTAN.

Pag. 318, 7. *frater.* Αὐτάδελφος est in Graeco: quod accipio, quasi dixisset, tanquam frater; fuit enim ἀνεψιὸς et ita saepe illum vocat. Non igitur frater, iisdem parentibus aut altero natus; quamvis ex eadem radice generis cum Cantacuzeno prodiisse mox dicatur, filius scilicet materterae aut alicuius consanguineae ipsius. PONTAN.

Pag. 319, 13. *suo nomini.* Ioannes Angelus videlicet. Est autem Ioannes Hebraeis gratia Dei, et potest dici gratiosus. PONTAN.

Pag. 320, 2. εἰς κεφαλήν. Nomine hoc non aliud puto velle, quam praefectum ac ducem. Dacia quondam appellabatur amplissima regio, quae Transylvaniam cum utraque Valachia continebat: et cingunt ambae Valachiae Transylvaniam, quarum una maior, altera minor dicitur. Maior ad Euxinum mare se porrigit et nostris est Moldavia: minor propter Danubii ripas extenditur et plerumque Transalpina, Bonfinio montana, sicut et aliis nominatur. Vlachiam vocavere Graeci et incolas Vlachos, pro quibus interpres Zonarae, Cedreni et aliorum historicorum Blachiam et Blachos, contra molliorem pronuntiandi rationem Graecorum, quos imitantes Turcae non Iblach, sed Iflach dicunt. Haec Leunclavius. Verumtamen hic Thessalia seu pars Thessaliae nomine Blachiae significari videtur: Thessalis enim Angelum

praetorem mittit. Eius montana, magna Blachia vocantur. PONTAN.

Pag. 344, 22. *καὶ κινδυνεύσει τὸ τοῦ φίλου σκάφος αὐτανδρος ἀπολωλέναι*, id est, *quin Cantacuzenus una cum suis omnibus intereat.* Conditionem ac statum suum navi seu navigationi, et adversam conditionem sive sortem infelici navigationi ac tempestati naufragioque comparare, usitatum est bonis scriptoribus, tum poetis, tum oratoribus; quod hic Amurius Cantacuzeno facit. Naves porro, quae cum vectoribus aut deprimuntur aut capiuntur, Graecos nunc voce iuncta *αὐτάνδρους*, nunc separatis vocibus *σὺν τοῖς ἀνδράσιν* dixisse, ostendit Victorius lib. 25. cap. 8. PONTAN.

Pag. 344, 25. *undetriginta millibus.* Trecentis navibus tantum numerum imposuit. Sed ex sequentibus triginta unum millia colliguntur. Si enim iussit sequi se viginti millia cum selectis mille quingentis, et novem millia quingentos ad navium custodiam reliquit; ergo summa conficit triginta unum. Sed vel erratum librarii est in numero, vel auctor lapsus est memoria. PONTAN.

Pag. 346, 3. *laboremque communicantem.* Laudabile factum Amurii, exaequantis se militibus suis, dum equo repudiato, una cum illis pedibus incedit. In 6. Aeneid. poeta Aeneam cum Troianis suis arbores caedentem et ad Miseni cadaver cremandum advolventem facit. *Nec non Aeneas opera inter talia primus hortatur socios, paribusque accingitur armis.* In quem locum sat multa adduximus in symbolis nostris, quibus demonstraremus, duces et imperatores, qui sese militibus nonnunquam, velut obliti atque immemores suae personae ac dignitatis, ferendis laboribus atque oneribus aliisque rebus vilibus obeundis ac patiundis exaequassent, magnam laudem adeptos. PONTAN.

Pag. 349, 8. *in Odyssea a cyclope.* Vide Odyss. η., quemadmodum tractentur a Polyphemo Ulyssis socii. Vide etiam extremum tertium Aeneid. et, si placebit, Ovid. 14 Metamorph. ab eo loco: *quid mihi tunc animi* etc. Paulo humanius fuisse habitos dicit, quasi diceret, tantum non etiam ab illis devorati sunt, quod sociis Ulyssis faciebat illud monstrum horrendum, informe, ingens. Visceribus enim miserorum et sanguine atro vescebatur. PONTAN.

Pag. 351, 5. *siquidem et mus aliquando.* Haec fabula, ut arbitror, nec apud Aesopum, nec apud Gabriam, ullumve alium mythographum reperitur. Est tamen ad docendum idonea, res magnas et homines potentes aliquando parvarum rerum et hominum minime potentium auxilio egere. Quid enim mure abiectius, invalidius? quid leone nobilius, robustius? PONTAN.

Pag. 364, 5. *testes angeli.* Saepius in scriptura divina angeli testes citantur. Lucae 12.: *Qui me confessus coram hominibus, confitebor et ego eum coram angelis Dei.* 1. Corinth. 4.: *Spectaculum facti sumus coram Deo, angelis et hominibus.* Psalm. 137.: *In conspectu angelorum psallam tibi.* Mitto locos alios. Sed ut angeli omnia mortalium facta perspiciant, cogitata quidem non perspiciunt: Deus solus καρδιογνώστης. PONTAN.

Pag. 365, 17. *illud Chabriae.* Hoc dicto, quantum in virtute ducis situm videatur, praeclare ostenditur. Leo fortitudinis, cervus timiditatis symbolum seu hieroglyphicum. PONTAN.

Pag. 366, 23. *ludos gymnicos.* *Gymnicus ludus,* inquit Isidorus etymol. lib. 18. cap. 17., *est velocitatis ac virium gloria. Cuius locus gymnasium dicitur, ubi exercentur athletae et cursorum velocitas comprobatur* etc. Crotoniatas palaestra et gymnico certamine inprimis et supra alios valuisse, proditum est litteris. PONTAN.

Pag. 368, 23. *διὰ τὴν νόσον ταύτην.* Animi vitia, pravitates et consuetudines parum bonas ac laudabiles latinitatis auctores vocant morbos, imitati Graecos videlicet: et animum his affectum aegrotare dicunt et aegrotum animum. Proinde etiam medicinam animi et curari animum. Pro multis unus testis sufficiat Cicero Tusc. 2. PONTAN.

Pag. 369, 12. *rerum naturam sermonem.* Verba sunt signa et notae rerum, non autem res signa et notae verborum. Et res verbis priores sunt. Itaque sentiendum et loquendum, ut rerum natura fert. PONTAN.

Pag. 377, 22. *sagitta veneno illita.* Fuit hoc olim in more quibusdam gentibus. De Mibis Aethiopiae populis Silius libro 3.: *Spicula dirigere et ferrum infamare veneno.* Virgilius 9. Aeneid.: *Ungere tela manu ferrumque armare veneno.* Et libro 10.: *Vulnera dirigere et calamos armare veneno.* Adde Horatium Ode 22. lib. 1.: *venenatis gravida sagittis, Fusce, pharetra.* PONTAN.

Pag. 384, 3. *pulverem de capite.* Veteribus in luctu, praesertim funebri, mos fuit caput cinere aut pulvere aspergere: quem habes etiam apud Maronem lib. 12. de Latino rege. Et libro 10. de Mezentio propter occisum ab Aenea Lausum filium. In quem locum vide, si lubet, symbolas nostras. Sane in sacris litteris exempla moris huius frequentia sunt. PONTAN.

Pag. 401, 1. *ἐπὶ τὰς τῶν γεγραφότων τρέπωνται κεφαλάς.* Aliter Graeci etiam hoc modo, εἰς κεφαλήν σοι, citra adiectionem verbi. Subauditur τρέποιτο. Dicunt etiam Latini, *quod in caput tuum recidat; quod in caput tuum verta-*

tur; quod illorum capiti sit. Apud Virgilium Euander Mezentium tyrannum execrans lib. 8.: *Quid memorem infandas caedes, quid facta tyranni effera? dii capiti ipsius generique reservent.* PONTAN.

Pag. 402, 11. *Meropes.* Merope fuit una ex provinciis seu regionibus Thraciae, sicut Rhodope. PONTAN.

Pag. 417, 15. *matutinos hymnos.* Nusquam minor hodie, quam in castris pietatis ducitur ratio: nec ullum paene genus hominum minus Deum colit aut gravius offendit, quam milites. *Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur.* At olim dabant operam duces, ut coelestem opem precibus imploraret exercitus, et omnem victoriae spem in Deo poneret, non in viribus et armis suis: quo pertinent etiam hymni matutini. PONTAN.

Pag. 418, 15. *natura loci.* Docuimus alibi, quantam commoditatem haberet in proelio locus superior. Livius lib. 7.: *Praeter virtutem locus quoque adiuvit, ut pila omnia hastaeque non, tamquam ex aequo missa, vana (quod plerumque fit) caderent, sed omnia librata ponderibus figerentur.* PONTAN.

Pag. 422, 16. *noctu quidem sublatam facem.* Dari noctu signum ignibus iactis, aut facibus elatis usitatum est militiae. Sic Sinonem et Helenam Graecis dedisse signum navibus redeundi et Troiam occupandi, auctor est Tryphiodorus, his versibus, ut quidem a Xylandro Latine sunt redditi: *Ilicet Aeacidae, iuxta sublime sepulcrum exhibuit signum lucenti lampade Graiis Aesonides, tacita monuitque recurrere classe. Pervigil ipsa etiam e celso formosa cubili purpureo socios hortata est Tyndaris igni.* De Helena expresse affirmat etiam Maro libro 6.: *flammam media ipsa tenebat ingentem et summa Danaos ex arce vocabat.* Arabes quoque adventum hostium interdiu fumo, noctu igne significasse testatur Frontinus lib. 2. cap. 5. PONTAN.

Pag. 437, 10. *Ephori.* Quos saepius appellavit *διοικοῦντας τὰ πράγματα, ἄρχοντας τῶν πραγμάτων*, nunc a Lacedaemoniis sumpto vocabulo, Ephoros appellat. *Ἐφόρους*, inquit Suidas, *ἐκάλουν διὰ τὸ ἐφορᾶν τὰ τῆς πόλεως πράγματα.* De huius magistratus origine et qualitate, numero ac tempore, quo fine creati, quanta evaserit tandem eorum potentia, erudite disserit Nicolaus Cragius de Lacedaemoniorum re publica libro 2. cap. 4. PONTAN.

Pag. 442, 18. *sacer morbus.* Sacer ignis est, quem vulgus Italicum *il foco del sant Antonio* vocat, de quo diximus in symbolis nostris in ultimum versum 3. Georg., nempe in hunc: *contactos artus sacer ignis edebat.* PONTAN.

Pag. 445, 3. *sacellii curator.* Curator sacellii est, qui praeest curando sacellio, quo verbo res sacrae et loca

sacra, ut domus et templa et monasteria intelliguntur, diciturque ὁ τοῦ σακελλίου sine adiectione, quae tamen subauditur, et Latine sacellarius. Vocatur eodem nomine, qui sacris et Deo dicatis hominibus praefectus est. In codice Augustano Pachymerii historiam continente ita scriptum est: σακελλάριος ὁ παιδεύων τοὺς ἀτακτοῦντας τῶν μοναχῶν καὶ ἱερέων καὶ ἐπιστατῶν μοναστηρίοις τοῖς ἀνδρῴοις καὶ γυναικείοις. PONTAN.

Pag. 452, 2. *periurium, inquit, est negatio Dei.* Est in sententiis Nazianzeni tetrastichis tetrametris: ὅρκον δὲ φεῦγε πάντα. πῶς οὖν πείσομεν; λόγῳ τρόπῳ τε τὸν λόγον πιστουμένῳ· ἄρνησίς ἐστι τοῦ θεοῦ ψευδορκία. Cantacuzenus ἐπιορκία posuit pro ψευδορκία, secus quam versus requirebat; et idem est. PONTAN.

Pag. 460, 3. ἀλλ' ἀνθέρικον δοκῶ θερίζειν. Proverbium de eo, quod fieri non potest seu quod inaniter, inutiliter fit, de labore sterili. Ἀνθέρικον quidam fructum asphodeli, quidam caulem tantum esse scribit. Hesychius ἀνθέρικον et asphodeli fructum et herbae quoddam genus esse vult, fortasse illud, quod aiunt quidam meti non posse, sed ut linum manibus velli debere et hinc factum proverbium ἀνθέρικον θερίζειν. PONTAN.

Pag. 464, 7. *proclivius est a vitio. Vitia etiam sine magistro discuntur*, inquit Seneca. At virtus institutionem, praecepta, laborem exercitationemque desiderat. *Sensus enim et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua*, Genesis 8. PONTAN.

Pag. 464, 12. *solves et ligabis, quae fas est.* Haec verba Cantacuzenus legit apud sanctum Clementem epistola 1. ad Iacobum fratrem domini, non procul a principio. Rufini translatio sic habet (narrat autem Clemens, quibus verbis ipsum sanctus Petrus sub mortem seu martyrium suum ecclesiae astanti pro successore commendarit,) *Propter quod ipsi trado a domino mihi traditam potestatem ligandi et solvendi, ut de omnibus quibuscumque decreverit in terris, hoc decretum sit et in coelis. Ligabit enim quod oportet ligari, et solvet, quod expedit solvi, tamquam qui ad liquidum ecclesiae regulam noverit.* PONTAN.

Pag. 464, 23. *de Ario contra Christum.* Historia legitur apud Surium tomo 6. in martyrio eiusdem sancti Petri Alexandrini episcopi, de quo scripserunt Eusebius libro 9. historiae ecclesiasticae, Auctores tripartitae historiae et alii. In additionibus autem Ioannis Molani ad martyrologium Usuardi, sic est ad verbum: *Adversus eum* (Petrum Alexandriae episcopum) *cognita Maximini sententia, Arius infelix, qui ab ipso excommunicatus et degradatus propter dogma erroris*

habebatur, festine pervenit ad ecclesiam, obsecrans; ut pro eo clerus et populus apud episcopum intercederet, putans, quod post decessum eius ipse levaretur episcopus. Quibus sanctus episcopus cum magno suspirio respondit, quia iam Arius Deo mortuus, a facie Dei proiectus esset. Et apprehendens duos presbyteros de turba seorsum, ait illis: Ego etsi peccator sum, tamen scio me coelesti vocatione ad agonem martyrii vocatum. Vos post martyrium meum sedem et episcopatum meum consecuturi estis. Et tu quidem prior, Achilla, post te vero Alexander. In hac enim hora noctis, ut vobis totum de Ario aperiam, cum solemni consuetudine Deo sacrificium orationum consummassem, ecce subito apparuit mihi Christus Dominus, indutus colobio candido, quod conscissum a summo usque deorsum, coniungebat circa pectus, quodammodo cooperiens nuditatem suam. Quem ut vidi, aio: Quid est, domine, quod video tunicam tuam scissam a summo usque deorsum? Qui dixit, Arius hoc fecit, qui separavit a me populum hereditatis meae, comparatum sanguine meo. Praecipio nunc et moneo, ne eum recipias in communionem, nec rogantibus his, qui venturi sunt ad te, quos ille direxerit. Haec, quae tibi manifestavi, duobus presbyteris tu nota facies, ut ipsi post te eum anathematizando abiiciant, ne populus illius errore decipiatur. PONTAN.

Pag. 469, 3. *ὡς κινδυνεύειν ἤδη παρανάλωμα λιμοῦ γενέσθαι.* Praeterquam quod sumptum supervacaneum et inutilem impensum significat *παρανάλωμα*, exponitur etiam a Budaeo *additamentum et velut appendix impensae destinatae*, citaturque illud Basilii, *τάχος ποδῶν καὶ σώματος εὐμορφία, νόσων παραναλώματα*, quae obiter a morbis consumuntur, qui alios effectus habent. Febris enim hominem torrens, una etiam decorem et colorem delet. Sensus igitur Graecorum verborum et loci totius est, periculum esse, ne ad mala vastationis etiam fames, tamquam additamentum, accedat: et quidem tanta, ut ea penitus contabescant et intereant. Ne fames quoque mortem eorum corporibus, ut reliquis malis appendicem adiiciat. PONTAN.

Pag. 469, 5. ***malo accepto stultus sapit.*** *παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω*, ex Hesiodo. Homerus paene iisdem verbis, *ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω*. Vide Chiliast. *Factum stultus cognoscit*, et quod continenter sequitur, *malo accepto stultus sapit.* PONTAN.

Pag. 471, 13. *κειμήλια βασιλικὰ*, quae ab imperatoribus in thesauris reponuntur, peculiaria quaedam, ut sunt gemmae et quae Germanicolatini vocant clenodia. Dicuntur item *ἐπίσημα* vel *σύμβολα*. Sic Graeciae praetor, quem Leunclavius saepe producit, ait, recepta Constantinopoli, venisse in

manus Graecorum imperatoria Balduini II. symbola, quae quidem haec fuerint: calyptra, formae Latinis usitatae et unionibus distincta, cum lapillo rubri coloris in vertice capitis; calceamenta cocco tincta; gladius, vagina de coccinei coloris serico facta, vestitus. PONTAN.

Pag. 479, 4. *Chariopoli.* Turcae vocant hodie Cherepolin. Ab Atheniensi Charia dicta fuit. Nam praepotens mari populus Atheniensis ante bellum Peloponnesiacum, propter amplitudinem classis et usum rerum navalium, Cherronesum cum maiori parte maritimae Thraciae ac Macedoniae, cum Perintho (nunc Arachlea, quod idem est cum Heraclea,) cum Selybria, cum ipso Byzantio possidebat: in eaque loca semel occupata, colonias deducebat, Thucydide, Xenophonte atque aliis testibus etc. Leunclavius. PONTAN.

Pag. 480, 5. *velut aper.* Ideo Horat. Ode 2. Epod., Maro ecloga 10. acres nominarunt apros, ad naturam illius bestiae truculentam respicientes. Eiusdem naturam, praesertim a venatoribus exagitatae, ponit ante oculos luculenter princeps poeta lib. 10.: *Ac velut ille canum morsu de montibus altis actus aper* etc. PONTAN.

Pag. 494, 2. *amori puellae penitus succubuerat.* O miserum Gabalam, ut se excarnificari frustra sinit. Mira sunt, quae quidam ob amorem mulierum puellarumve leguntur fecisse, seu honestum et licitum, quod eas uxores cuperent, seu turpem et vetitum. Caput est apud Iovianum Pontanum libro priore de fortitudine, quo docet, qui ob amorem pugnent, fortes non esse. PONTAN.

Pag. 497, 20. *χηρείαν τῆς θυγατρός.* Cur viduitatem, cum non esset vidua? nec enim cum quoquam nupta fuerat. Sed iureconsulti etiam nondum nuptam appellare solent viduam. Quoniam scilicet vidua dicta sit ut vecors, vesanus, qui sine corde, sine sanitate esset: et illa sine duitate. PONTAN.

Pag. 499, 5. *videbatur sibi sedere.* De hoc somnio viderit lector, quid sentiat, et quomodo verum sit, quod ait postea, sic evenisse. Commixta sunt autem verba scripturae sanctae et consarcinata aliquoties, ut nescias, quid ex quo loco adducatur. PONTAN.

Pag. 500, 24. *vidimus vaticinia haec evenisse.* Infra mox dicit; ad quem autem pertinuerit hoc somnium, usque hodie latet. Haec pugnantia sunt. PONTAN.

Pag. 501, 8. *secundum quietem.* Somniorum observationibus dediti fuerunt recentiores Graeci, non modo intra, sed et ferme supra modum, obliti illius Ecclesiast. 5.: *Ubi multa sunt somnia, plurimae sunt vanitates.* Et illius Eccle-

siastici cap. 34.: *Somnia extollunt imprudentes, quasi qui apprehendit umbram et persequitur ventum, sic et qui attendit ad insomnia; multos errare fecerunt somnia et exciderunt sperantes in illis.* Et totum somnium, quod hoc loco narrat Cantacuzenus, quid nisi somnium fuit? Sed an somniis habenda sit fides, deque causis verorum somniorum et quibus signis dignosci queant somnia divina a non divinis, copiose docuit Benedictus Pererius noster libro secundo adversus fallaces et superstitiosas artes, quo lectorem remitto, ut de hoc Manuelis somnio iudicium faciat. GRETSER.

Pag. 509, 19. *ut aut victi.* Vicisse magnos cur laudem pariat, manifestum est cuilibet: sed victum esse a magnis cur honori est? Quia videntur ipsi non qualescumque fuisse, qui non a qualicumque aut potuerunt, aut debuerunt vinci atque occidi. Itaque putat Lauso gloriae apud posteros fore Aeneas lib. 10. Aeneid., quod ab Aenea interemptus sit. *Hoc tamen infelix miseram solabere mortem: Aeneae magni dextra cadis.* In quem versum lege, quae multa in symbolis nostris adduximus. PONTAN.

Pag. 518, 16. *Selybriam primo impetu cepit.* Post haec verba in Graeco codice parva lacuna est; fortasse plura oppida aut unum saltem alterumve nominabantur. PONTAN.

Pag. 533, 19. οὐδὲ πυρφόρος ὑπελέλειπτο. Etiam qui in acie ignem praeferebant, πυρφόροι dicebantur. Nam in more fuit priscis, ut vates exercitui praeiret, lauro coronatus ac facem gestans: in quem ferrum stringere, ut hominem sacrum, nefas habebatur. Unde paroemia, οὐδὲ πυρφόρος ἐλείφθη, quo significatur, omnes in proelio trucidatos fuisse ad unum, adeo, ut ne ei quidem pepercerint, qui ignem praeferebat. Plura thesaurus Stephani in voce πυρφόρος. Ad alias porro insignes calamitates, quibus aliquis in eo genere funditus periret, translatum fuisse adagium, historicus indicat, dum ait, ὅ φασιν ἐπὶ τῶν μεγάλων ἀτυχημάτων. PONTAN.

Pag. 533, 24. *illacrimavit.* Mitis animi argumentum, etiam hostium calamitate aut morte dolere, immo et lacrimis super ea non posse abstinere. Fecit hoc Alexander magnus in morte uxoris Darii hostis, Curtius lib. 4. Fecit Marcellus captis Syracusis, Annibal super nece Marcelli. Zonaras de Constante imperatore 3. Annal.: „cum tumulo quodam conscenso subiectam planitiem et praeterfluentem amnem cadaveribus plena vidisset, in manifestas erupit lacrimas, non tam victoria (contra Magnentium tyrannum) laetatus, quam ob caesorum interitum moestus. Nam cum ad octoginta millia haberet, ad triginta millia cecidisse: de Ma-

gnentii triginta sex millibus viginti quatuor millia periisse." PONTAN.

Pag. 543, 1. *mente privat.* Apud veteres, ut quisque Deus cuique homini bene aut male consultum cuperet, ita ei bonum aut malum consilium dare putabatur, profuturasque aut nocituras cupiditates in eius animum immittere. Ex qua opinione est illud Aeneae apud Maronem 2. Aeneid.: *Hic mihi nescio quod trepido male numen amicum confusam eripuit mentem.* Et Ciceronis pro Milone: *Hic dii immortales, ut supra dixi, mentem dederunt illi perdito ac furioso, ut huic faceret insidias.* Nos Christiani homines sceleratos aliquando excaecari a Deo et bona mente consilioque spoliari credimus, ut ad poenas, quas meruerunt, deveniant et eas praecavere non possint. In quo se divina tandem iustitia exserit. PONTAN.

Pag. 544, 13. *videre iubet, ne quid respub. detrimenti capiat.* Sic reddo, quod ait Graecus, iussisse imperatricem Isaacium Asanem *πᾶσαν πρόνοιαν ποιεῖσθαι.* Quid autem sit et quando iuberetur, bene indicat Sallustius in bello Catilinario cap. 29. PONTAN.

Pag. 550, 21. *syncope.* Ex Gorraeo illustri medico haec refert Stephanus in thesauro: Syncope est praeceps omnium virium lapsus, ut Galenus ante se a veteribus medicis definitum esse prodidit. Ergo cum essentia virium, quibus regitur corpus, tum in spiritu, tum in solidorum corporum temperamento consistat, palam est, nihil horum per syncopen manere integrum, sed cuncta collabi ac dissipari, cum spiritu quidem calorem nativum, ita cum eo mixtum atque confusum, ut nunquam ab invicem separari possint, cum solidorum autem corporum temperamento, tum eum ipsum calorem singulis a natura partibus insitum, tum humidum illud primigenium et radicale, quo uno velut glutino quodam robur earum continetur. PONTAN.

Pag. 551, 1. *vinum meracum vetus.* Vinum vetus esse melius ac salubrius novo, idque multis de causis, docent medici et iudicat sensus communis, iudicaruntque omnes populi semper. Ex quo sensu dictum est a Salvatore Lucae 5.: *Nemo bibens vinum vetus, statim vult novum: dicit enim, vetus melius est.* Hinc et Plautus Casina: *Qui utuntur vino vetere, sapientes puto.* Verumtamen insipientes isti medici, dum calorem frigore volunt pellere et frigus calore, (calefacit autem vinum et quo meracius, eo magis,) miserum patientem suum (ut *ἰατρῶν παῖδες* male habentes vocant) perdiderunt. PONTAN.

Pag. 558, 2. *portam Xylocerci.* Ex viginti tribus portis Constantinopolis, ut refert Leunclavius, undecima no-

minatur Xylocercos. Dicta, quod artifices eam struentes, magna in fundamento aquae reperta copia, lignis plurimis et palis in aqua defixis, lapides iniecerint atque ita demum aedificii fundamentum firmum effecerint, ut est in libro de aedificiis urbis. PONTAN.

Pag. 560, 20. *Georgii.* Nota ritum et simul venerationem sancti Georgii, qui et apud nos Germanos magno in honore est. PONTAN.

Pag. 564, 16. *mense Maio.* Nimirum 21. die Maii, cui in menologio seu *μηναίῳ* haec verba praescribuntur: *τῶν ἁγίων μεγάλων βασιλέων καὶ ἰσαποστόλων Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης.* Rursum infra libro 4. cap. 4. meminit et diem ipsum exprimit, nempe XII. Kalend. Iunias, qui est dies Maii primus et vicesimus omnino. Duo cantica in eosdem ex eodem menologio facere non possum, quin adscribam. Prius hoc est, in Constantinum solum: *τοῦ σταυροῦ σου τὸν τύπον ἐν οὐρανῷ θεασάμενος, καὶ ὡς ὁ Παῦλος τὴν κλῆσιν οὐκ ἐξ ἀνθρώπων δεξάμενος, ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀπόστολός σου, κύριε, βασιλεύουσαν πόλιν τῇ χειρί σου παρέθετο, ἣν περίσωζε διὰ παντὸς ἐν εἰρήνῃ, πρεσβείαις τῆς θεοτόκου, μόνε φιλάνθρωπε.* Posterius est in filium et matrem communiter. *Κωνσταντῖνος σήμερον σὺν τῇ μητρὶ τῇ Ἑλένῃ τὸν σταυρὸν ἐμφαίνουσι, τὸ πανσεβάσμιον ξύλον, ἅπαντας τοὺς Ἰουδαίους συναγαγόντες. τούτους οὖν ἀνευφημήσωμεν ἐπαξίως. δι᾽ αὐτῶν γὰρ ἀνεδείχθη σημεῖον μέγα τὸ πρὸ αἰώνων φρικτόν.* PONTAN.

Pag. 571, 10. *non manu facto templo.* Forsitan tale istuc templum fuit Thessalonicae, quale sancti Michaelis in monte Gargano, quod et ipsum *ἀχειροποίητον* dici poterat et quod locum illum non hominum ars et industria, sed ipsa natura ad templi speciem commodumque usum aptasset. Qua notione nympharum domus vivoque sedilia saxo 1. Aeneid. dicuntur. Et recte quidem *ἀχειροποίητα*, quia non ars, sed ipsa natura efformarat. Simile quid persuadeo mihi de illo templo ex ipso epitheto. Non enim arbitror vocabulum *ἀχειροποίητον* hoc velle, quod non precibus episcoporum, sed angelorum consecratum et dedicatum esset, quod fama fert de sacello Deiparae Eynsidlensi; nam haec notio nimis violenta et a communi ratione abhorrens esset, nisi quis philosophari vellet, de formali esse et constitutione templi. Haec coniectura est Iacobi Gretseri, quam tibi lector proponendam duxi. Mihi quidem probabilis videtur. PONTAN.

Pag. 580, 23. *circumfusi.* Narrat Homerus Iliad. 22. in Hectorem ab Achille interfectum omnes Graecos circumstantes tela coniecisse eique insultasse. Similem immanitatem Zelotae in praefectum hunc suum exercuerunt. Et est

saevissimae genus saevitiae, etiam in mortuos, tamquam in vivos, desaevire. PONTAN.

Pag. 582, 18. *quem Papa eligere consuevit.* Nota, etiam schismate divulsa orientali ecclesia a Romana, pontificem Romanum nihilo minus solitum eligere patriarcham. Quia videlicet iurisdictionem potestatemque sibi a Christo traditam non amiserat. PONTAN.

Pag. 582, 20. *sub ipsis aliquando fuit.* Sub quibus Latinis et quamdiu fuerit Constantinopolis, docuimus notis in lib. 2. cap. 36. PONTAN.

Pag. 587, 21. *hunc enim morem.* Exempla moris huius ego nulla hactenus legi: nec tamen historicum istuc temere affirmasse puto. PONTAN.

Pag. 597, 19. *lotis manibus.* Nota veneni genus praesentissimum, ex sequentibus. De veneno per filios ab Antipatro regi Alexandro dato in poculo, Iustinus lib. 12. tantam eius fuisse vim, ut non aere, non ferro, non testa contineretur, nec aliter ferri, nisi in ungula equi potuerit. Et sane Alexander accepto poculo, media potione repente veluti telo confixus ingemuit: elatusque e convivio semianimis, tanto dolore cruciatus est, ut ferrum in remedia posceret, tactumque hominum velut vulnera indolesceret. PONTAN.

Pag. 604, 21. *imperatrice ac filio imperatore.* Scilicet hoc supererat ad periturae Graeciae foeditatem, ut femina cum filio quindecim annorum praesideret synodo et episcopis iura daret. Quis vel fando talia audivit? Neque enim tantum praesedit, hoc est, primo loco, ante episcopos sedit, ut Martianus olim in concilio Chalcedonensi et Constantinus in concilio sexto. Nec praesedit tantum, ut patres synodi ab omni violentia tutos praestaret curaretque, ut omnia legitime sine vi, fraude et tumultibus peragerentur, sed praesedit, ut controversiarum et quaestionum iudex. Hanc enim potestatem recentior et imperitior Graecia suis imperatoribus detulerat inaudito a Christianae fidei incunabulis exemplo, ut docet Cardinalis Bellarminus lib. 1. de Conciliis et Ecclesia cap. 19. et 20. Quocirca primi etiam subscribebant aeque inusitato exemplo. Cum octo fuerint olim generales atque oecumenicae synodi in Graecia celebratae, duabus tantum imperatores subscripserunt, inquit Villalpandaeus disput. 2. pro Concil. Trident., nimirum sextae et octavae. Sed in sexta imperator Constantinus ultimus omnium subscripsit, non definiens, sed consentiens. Et Basilius imperator in octava synodo subscripsit post omnes patriarchas, similiter non definiens, sed suscipiens et consentiens, prius etiam praefatus, se debuisse subscribere post omnes episcopos, ut olim fecerant Constantinus, Theodosius et Martianus, tamen se subscripsisse

immediate post patriarchas, quia tali eum honore episcopi afficere voluerint. Quare falsum videtur, quod Villalpandaeus dicit, duos dumtaxat imperatores subscripsisse, cum testetur imperator Basilius, subscripsisse etiam Constantinum magnum, Theodosium et Martianum, licet postremo loco. Non exstant tamen hodie huiusmodi subscriptiones. In Concilio Florentino subscripsit ante omnes Graecos et Latinos praesules (excepto summo pontifice) Ioannes Palaeologus imperator Constantinopolitanus; sed tolerandum et dissimulandum fuit, tum ob Graecorum morem et genium, tum ne concordia inter orientalem et occidentalem ecclesiam tantopere desiderata impediretur. GRETSER.

Pag. 613, 2. *Asanem carcere.* Quare in carcerem traditus fuit Andronicus Asanes, qui tamen genero adversatus legitur, perinde ut ceteri? Sed hoc Apocauchus fecit: causa indicata est supra. PONTAN.

AD LIBRUM QUARTUM.

Pag. 8, 12. *Vol. III. ante Deiparae Hodegetriae.* Sic inventus est Andronicus senior, capta urbe a nepote libro primo cap. 59. Ad hanc imaginem in periculis confugere, solemne fuit, ut apparet. PONTAN.

Pag. 9, 17. *δοχεῖον χαρίτων παντοδαπῶν.* Suavis omnino laus, qua significatur, nihil, quod gratiam et amorem conciliare posset, huic adolescenti ulla ex parte defuisse. Tale est, ad laudem quidem spectans, *κοινὸν ἄγαλμα τῆς φύσεως*, commune generis humani decus et ornamentum, quod eius patri Andronico tribuit lib. 1. cap. 3. PONTAN.

Pag. 9, 17. *forma.* Compositio membrorum, conformatio lineamentorum, figura speciesque decora, eximium est regis ornamentum et ad gratiam amoremque inter subiectos conciliandum percommodum instrumentum. Lege, quae plura disserimus de forma et pulchritudine regis, dialogo 12. secund. tert. PONTAN.

Pag. 11, 7. *res tamen soli.* Fecit hoc Andronicus quoque iunior, capta Constantinopoli et bello finito. Vide lib. 2. cap. 1. et notas ibidem. PONTAN.

Pag. 13, 2. *Delfino Viennensi.* Anno 1348. Imbertus seu Ingibertus, ut alii vocant, Delfinus Viennensis, Delfinatum suum Philippo regi Gallorum vendidit, ea condi-

tione, ut primogenitus regis perpetuo esset dominus illius terrae diceretturque Delfinus. Igitur anno sequenti Ioannes Philippi primogenitus accepit possessionem illius et factus est primus Delfinus. Imbertus autem apud Lugdunum ordinem praedicatorum ingressus est. PONTAN.

Pag. 23, 17. *faciem omnis terra.* In 2. Paralip. est his verbis: *Omnesque reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis, ut audirent sapientiam* etc., nec aliter apud Septuaginta. PONTAN.

Pag. 13, 23. *reginam urbium.* De ea diximus notis in caput quintum libri primi. Etiam hodie regina est urbium innumerabilium, quae Turcico dominatui subiiciuntur. Tam est autem ampla, ut qui eam ex itinere conspicere incipiunt, mundum quendam parvum se conspicere iudicent. PONTAN.

Pag. 14, 12. *neque Octaviani, neque Theodosii.* Sequebatur in Graeco: *οὔτε μὴν Αὐγούστου Καίσαρος.* Sed hoc est repetere Octavium: idem enim Augustus, qui Octavius. Fortassis alium nominare voluit. Infra autem explicat, quomodo quemque superarit, et Constantinum ac Scipionem adiungit. PONTAN.

Pag. 18, 11. *humanitatis rex.* Octavianum sive Augustum esse regem humanitatis vocatum, ego quidem nusquam legere memini. Et tamen Cantacuzenum id apud scriptorem aliquem legisse verisimile est. Multa de eius humanitate Plutarchus scribit: hoc tamen non scribit. PONTAN.

Pag. 19, 17. *illa quatuor.* Quatuor virtutes a principe requirit, humanitatem in audiendo, lenitatem in reprehendendo, prudentiam sive sapientiam in inquirendo, iustitiam in iudicando. Humanus, lenis, sapiens, iustus sit imperator oportet. Sed nihil tam ei proprium, quam iustitia, cuius fruendae causa videri olim bene moratos reges constitutos ait Herodotus et ex eodem Cicero 2. de Offic. Hanc unam, quia potissima, in Didone regina memorat Ilioneus orator apud Maronem 1. Aeneid., cum ait, Iovem ei dedisse *iustitia gentes frenare superbas.* PONTAN.

Pag. 19, 20. *tum demum fore beatas.* Celeberrima sententia Platonis in primo de re publica et epist. 7. ad Dionis propinquos, Platonis principis, inquam, ingenii et doctrinae, ut ait Cicero epist. 1. lib. 1. ad Quintum, ubi eam eidem Quinto fratri suo proponit. Hanc semper in ore habebat imperator M. Antoninus cognomento philosophus. Spartianus. Seneca prologo epist.: *a sapientibus sancita est sententia: illud beatum esse regnum, cuius principem contigerit sapientiae habere studium.* PONTAN.

Pag. 19, 23. *Socratem Atheniensem.* Pro portione

et captu scilicet humanae naturae. Et quo pacto secundum alia, ita etiam secundum sapientiam, qua Deum imitantur, homines dii vocari suo modulo possunt. Vere autem omnis nostra sophia non nisi philosophia est, quod Pythagoras volebat, qui se primus non σοφὸν, sed φιλόσοφον esse Leonti Phliasiorum tyranno respondit. Et quemadmodum nemo bonus, nisi solus Deus, sic nemo sapiens, nisi solus Deus, idemque sapientium dux et emendator. PONTAN.

Pag. 20, 1. *Ismaelitis.* Per Ismaelitas puto intelligi Turcas, qui cum e Persis oriundi, et Persae ab Ismaele, non male sic appellantur. PONTAN.

Pag. 20, 3. *centesimo vicesimo.* Latina translatio non habet nisi triginta capita. Forsitan sectiones nomine κεφαλαίων intelligit, quarum unius libri solent esse quam plurimae, ut etiam nostrae historiae erant, quas in capita constrinximus. Scriptum est autem hoc cap. 2. PONTAN.

Pag. 22, 12. *meque arbitro.* Nescio qui in causa ecclesiastica imperator potuerit esse iudex. Constantinus quidem magnus episcopos lites suas inter se diiudicare iussit, suum arbitrium interponere noluit. Sed, ut ante monuimus, Graeci imperatoribus suis adulantes, nimis magnam eis auctoritatem concesserunt. Qui exemplum nominatim quaerit, legat Balsamonem in Canonem 69. synodi sextae in Trullo. PONTAN.

Pag. 24, 6. *Palamam autem cum sui similib.* De controversia Barlaami, Acindyni et Palamae, copiose egimus ad finem libri secundi, quo lectorem redire cupimus, quoties Cantacuzenus Palamam, eiusque asseclas, tamquam recte sentientes, praedicat et extollit. Omisimus eo loco, hanc synodum adversus Acindynum occasione Ioannis patriarchae coactam. Quae si ad reliquas adiungatur, iam sex synodos super controversia de lumine Thaborio et distinctione essentiae actionisque divinae habebimus. Quinque quidem, quarum ipse Cantacuzenus meminit, et aliam, cuius lib. 2. testem laudavimus Davidem Monachum in sua relatione de disceptatione Barlaami et Palamae. GRETSER.

Pag. 28, 8. *Scutarium.* A militum scutariorum statione sic dictum scribitur. Quidam putant, olim dictam Chrysopolim. PONTAN.

Pag. 28, 15. *stratis tapetibus.* Mos barbarorum discumbendi etiam hodie. Occurrit locus ex 1. Aeneid. de convivio Didonis: *Conveniunt, stratoque super discumbitur ostro.* PONTAN.

Pag. 28, 17. Ὀρχάνης μὲν ἔμεινεν ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου. In navibus. Catachresis, ut rursum infra cap. 30., ubi plura dicentur. PONTAN.

Pag. 29, 18. *Sophiae templum.* De hoc eodem tam

celebri templo Nicetas in Alexio Comneno, Manuelis filio, aegre ferens caedibus pollutum esse a Christianis, cum Salomonium templum Titus imperator Deum reveritus violari prohibuerit. *Qui honos*, inquit, *a religiosis et Christianis huic pulcherrimo et plane divino templo habendus non fuit, quod omnino Dei manibus fabricatum est, primum ac postremum opus pulcherrimum atque inimitabile, neque in terris aliud, quam orbis quidam coelestis extitit?* Idem in narratione de rebus post urbem a Latinis captam gestis: *Nunquid templum amplissimum et divinissimum, unquam posthac te videbo, coelum terrenum, solium gloriae Dei annuncians, spectaculum et opus singulare, firmum universae terrae decus?* PONTAN.

Pag. 34, 19. *ultimam Thulen.* Etiam Virgilius 1. Georg. ultimam vocat, quod nimirum distaret longissime, essetque postrema sive ultima inter insulas Romanis exploratas et cognitas. Strabo lib. 4.: *Magis etiam obscura est Thules historia ob tam longinquam situm. Omnium enim, quarum feruntur nomina, maxime versus septemtrionem esse hanc dissitam aiunt.* Poetae in maxima distantia et loco longinquissimo significando Thulen nominant. PONTAN.

Pag. 39, 14. *vereantur.* Hoc ut facilius et melius fiat, prudentis imperatoris erit, ordines ita disponere, ut fratres cum fratribus, amici cum amicis una sint. Cum enim qui in discrimine versatur, proximus illi est, a quo diligitur, tunc necessario evenit, amicum pro amici salute audacius depugnare. Pudet quippe gratiam bene merenti non referre, et socius socium deserendo, si prior in fuga esse videatur, erubescit. Praeceptum istuc militare Onosander ab Homero didicit, apud quem Nestor Agamemnoni hoc dat consilii in acie disponenda, Iliad. 2.: κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας, Ἀγάμεμνον etc. PONTAN.

Pag. 49, 17. *grassabatur.* Illustris admodum descriptio pestilentiae, qualis apud Lucretium lib. 6. ex Thucydidis lib. 2. expressa, et apud Maronem Georgicon 3. Cui tantum est otii, utriusvis poetae carmen cum hac historica narratione conferat; non parvam rerum similitudinem deprehendet: nos alio festinamus. PONTAN.

Pag. 53, 14. *legatos deligit.* De tam nobili legatione imperatoris ad pontificem Romanum et huius ad imperatorem Cantacuzenum, de rebus tanti momenti inter eos actis, Platina in Clemente VI. nullum plane verbum habet, quod quis non iniuria miretur. PONTAN.

Pag. 55, 15. *duobus episcopis.* Gregoras quoque de his duobus episcopis, qui sub Andronico missi sint. Confundit tempora et rem totam imperfectissime negligentissimeque, ut solet, exponit lib. 10. PONTAN.

Pag. 58, 3. *interfici.* Parem Constantinus animum prae se tulit, cuius hoc dictum 3. Annal. tomo proditum est a Zonara, imperatorem nemini omnium ac ne suis quidem membris propriis parcere debere, publicae tranquillitatis conservandae causa. PONTAN.

Pag. 58, 22. *si enim qui primi doctrinam.* Inanes sunt istae, ne dicam vanae, Cantacuzeni excusationes et tergiversationes, quarum similes adducit Nilus in suo libro de causis dissidii inter Latinos et Graecos. Quid enim a Latinis, praesertim a pontificibus Romanis, praestitum non est, ut Graeci a pernicioso schismate revocarentur et ad ovile Christi redirent? Iure praedicet ecclesia Latina suum erga Graecos studium illis verbis, quibus ecclesiae sponsus Christus sedulitatem suam et desiderium iuvandi Israeliticum populum declaravit. *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas? et noluisti.* Quid subditur? *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Graeciae in solitudinem redactae testem habemus experientiam. Testes sollicitudinis, qua Latina ecclesia Graecam ad avia errorum deflectentem in viam reducere studuit, laudare possumus, praeter alios innumerabiles, duos summos pontifices Nicolaum hoc nomine primum et Leonem IX., quorum scripta ad Graecos planum testatumque faciunt, quantopere Graeciae salutem quaesierint et procurarint. Sed Cantacuzenus desiderat synodum. Eadem sunt Nili et aliorum vota. At vix ignorare poterat Cantacuzenus, quoties propter controversias Graecos inter et Latinos excitatas, synodi coactae sint. An non apud Barum celebratum est concilium a Graecis simul et Latinis tempore Urbani secundi, circa annum Domini MXC., in quo sanctus Anselmus evidentissimis rationibus Graecos convicit? Cuius concilii meminit ipse Anselmus libro de processione sancti Spiritus et fusius rem narrat auctor vitae Anselmi lib. 2., qui eidem synodo interfuit. An non iam celebratum fuerat Concilium Lateranense sub Innocentio tertio, anno Domini MCCXV., in quo definitum, Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere, consentientibus, approbantibus et subscribentibus ipsismet Graecis? Quid dicam de Concilio Lugdunensi sub Gregorio decimo, cui similiter Graeci interfuerunt, et omnibus consentientibus cantatum est symbolum cum additione *Filioque*, ter Graece, ter Latine. Taceo Concilium Florentinum, quia Cantacuzenus diu ante illud vivere desiit. Taceo tot summorum pontificum super his quaestionibus responsa; ut proinde minime audiendus sit, qui post tot iudicia aliud iudicium quaerit. Praeclare Capreolus episcopus Carthaginensis in epistola ad Patres magni Concilii Ephesini: *Si quis in ea, quae iam olim diiudi-*

cata sunt, denuo inquirere tentaverit, is sane aliud nihil facere censebitur, quam de fide, quae hactenus valuit, aperte dubitare. Unde ad posteritatis exemplum, tum ut ea quoque, quae iam olim pro catholica fide definita et constituta sunt, perpetuam firmitatem obtinere valeant, oportet ea omnia inconcussa immotaque conservare, quae superioribus temporibus a sanctis patribus constituta sunt: quia, ut Martianus imperator recte ait, *iniuriam facit iudicio reverendissimae synodi, si quis semel iudicata et recte disposita revolvere et publice disputare contenderit.*

De indesinenti studio Latinae ecclesiae revocandi Graecos ab errore haec Gennadius libro pro Concilio Florentino, cap. 5. sect. 16.: *Post inobedientiam et schisma Nicolaus primus ipsemet Constantinopolim profectus est, Photii tempore, ut tolleret schisma; quem cum non recepissent, excommunicationi ab eo subiecti sunt. Post hunc summi pontifices per temporum vices non destiterunt scribere et hortari Graecos ad ecclesiae conversionem et obedientiam, quousque coacta est synodus apud Lugdunum, quam Graeci octavam vocant, cuius auctor exstitit Gregorius papa decimus, et unio est subsecuta. Sed iterum defecerunt et iterum legatos ecclesiae receperunt. Cogitur synodus Constantinopolitana cum papae legatis, Ioannis Becci temporibus Constantinopolitani patriarchae, et unionem amplexi sunt ad breve tempus, obedientiam ostendentes et pacem, sed postea rursus ad suum et proprium vomitum reverterunt. Sed nec rursus defatigati sunt ecclesiae catholicae praesides eos ad obedientiam et pacem excitare. At illi, cum semel obsurduissent, non paruerunt. Protracta est igitur res usque ad nos aspeximusque nostris oculis, quod multi ante nos patriarchae et reges videre exoptarunt, nec viderunt. Nos vero vidimus beatissimum Eugenium IV. Romanae ecclesiae pontificem summum, quanto studio in hoc sanctum opus incubuerit, triremibus missis et sumptibus, ut hoc magnum vulnus sanaretur, celebrataque est synodus ingens et admirabilis Ferrariae et Florentiae, insignibus Italiae urbibus, magna doctorum et sapientum virorum frequentia et theologiae scientia ac virtute illustrium. Tandem decretum sancitum est omni sapientia et veritate conspicuum, quod ubique est promulgatum et ab omnibus gentibus receptum. Graeci vero et ex iis, qui peioris sunt conditionis, vulgares quidam homines et indocti huic contradicunt, ac si quis rationis particeps decreto contradicit, id non a doctrina proficiscitur, sed ab animi pravitate, falsa et stulta praesumptione et gloria inani, quam ex vulgi imperitia aucupantur.* Ita pro Latinis Gennadius patriarcha Graecus.

Ceterum non modo res toties discussa, disceptata et diiudicata, sed etiam summa obstinatio, pertinacia, levitas et ar-

rogantia Graecorum et ipse etiam schismaticorum genius Latinos a Concilio rursus cogendo absterrere merito poterat. *Cum multitudo ita confirmata et in fide defixa sit*, inquit schismaticus Gregoras, qui hoc ipso tempore vivebat, *ut ferri naturam facilius mutes, quam eos paululum a patriis dogmatibus abducas: quid opus est disputationibus* (et Conciliis) *nihil profuturis? Ut enim et ipse apostoli verbis opportune utar, persuasum habeo, neque mortem, neque vitam, neque angelos, neque principatus, neque potestates, neque praesentia, neque futura, neque altitudinem, neque profunditatem, neque ullam aliam creaturam posse populum a patriis institutis et decretis abducere.* Haec Gregoras ad finem lib. 10. hist. Byzantinae.

Levitatem Graecam arguit tam crebra ad vomitum reversio. Quoties ab erroribus extracti, in errores reciderunt? Vix domum venerant ex Concilio Florentino, et mox fidem Latinis datam violarunt. *Graeci domum reversi*, inquit Laonicus lib. 6., *non amplius his, quae convenerant in Italia, stare voluerunt: sed apprehendentes sententiam diversam, noluerunt amplius in religionis negotio adhaerere Romanis. Hinc motus pontifex Romanus viros quosdam doctos Byzantium ad Graecos misit, ut cum his in colloquium venirent, qui quidem synodum et concordiam, in Italia factam, non admittebant. Nam Marcus Ephesi episcopus et Scholarius Graecorum doctissimus, ne quidem ab initio Latinorum dogmati consensum praestare voluerunt. Ubi ad colloquium et disputationem ventum est, Romani nihil efficere potuerunt, verum re infecta domum reversi sunt.* Haec de Graecorum levitate et versatili ingenio Laonicus, Graecus ipse. Quod scribit de Georgio Scholario, qui postea patriarcha Constantinopolitanus factus Gennadii nomen assumpsit, id falsum est, si velit Laonicus Scholarium decretis synodi Florentinae nunquam assensum esse instar Marci illius Ephesini. Non enim satis habuit assensum praebuisse, sed et insuper doctissimam et validissimam apologiam pro decretis Concilii illius adversus Graecos edidit, quae Latine exstat. Nec probabile est, quod auctor Turcograeciae sine auctore prodidit, Scholarium postea improbasse decreta Synodi. Unde enim hoc constat illi sectario? Nam Laonicus, quem citat, non dicit eum dissensisse, postquam assensus fuerat, sed ab initio non assensum esse, quod qua ratione verum sit, paulo antea explicatum est. Immo Gennadius apologiam pro Concilio non conscripsit in ipso Concilio, sed postea, cum Graeci a recto tramite resilirent.

Fastus, arrogantia et ambitio Graecorum vel inde potissimum elucet, quod nihil non tentarunt, ut patriarchae Constantinopolitano primas vindicarent, tametsi legibus divinis humanisque invitis. Quare cum inficiari non possent, Roma-

num pontificem in ecclesiastica hierarchia supremum esse, duplici commento hoc supremae dignitatis fastigium ad se transferre conati sunt: primo enim dixerunt, pontifici non competere primas divino instituto et concessu, sed imperatorum nutu, dono et privilegio, ac proinde in imperatoris manu esse, primas Romano pontifici adimere, iisque Constantinopolitanum praesulem insignire, immo et re ipsa insigniisse tunc, cum Roma Constantinopolim imperium transtulit. Ita sentit et scribit Anna Comnena filia Alexii Comneni imperatoris lib. 1. Alexiadis: cum enim nescio quae de Pontifice Romano recensuisset, et haec, inquit, perpetrat ille, qui universo orbi praesidet, *ὥσπερ οὖν καὶ οἱ Λατῖνοι λέγουσι καὶ οἴονται. ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο τῆς ἀλαζονείας αὐτῶν. μεταπιπτόντων γὰρ τῶν σκήπτρων ἐκεῖθεν ἐνθάδε εἰς τὴν ἡμετέραν βασιλίδα πόλιν καὶ δὴ καὶ τῆς συγκλήτου καὶ τῆς ὅλης βασιλικῆς τάξεως, μεταπέπτωκε καὶ ἡ τῶν θρόνων ἀρχιερατικὴ τάξις, καὶ δεδώκασιν οἱ ἀνέκαθεν βασιλεῖς τὰ πρεσβεῖα τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ μάλιστα ἡ ἐν Καλχηδόνι σύνοδος εἰς περιωπὴν πρωτίστην τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀναβιβασαμένη τὰς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην διοικήσεις ἁπάσας ὑπὸ τοῦτον ἐποίησεν.* Haec Anna, vel schismaticus, cui Anna Caesarissa nomen suum supposuit: quae verba adducit Illyricus in catalogo testium feritatis, et auctor Turcograeciae, qui Annae codicem ex bibliotheca Augustana nactus videtur: quos talibus mendaciis et imperitiis in cathedram Petri Christique vicarium insurgere, nil mirum: validiora enim arma non habet falsitas, quam mendacia et inscitiam. Quid imperitius, quam existimare primatum ecclesiasticae hierarchiae pendere ab imperatoris arbitrio et a loci urbisque amplitudine et maiestate? Quid mendacius, quam imperatores Constantinum magnum aliosque, qui sceptra potiti sunt usque ad exortum schisma, Constantinopolitanam ecclesiam superiorem fecisse Romana vel etiam parem? Vel unica Iustiniani Novella de Ecclesiast. tit. et privileg. mendacium hoc evidenter coarguit, ubi primae deferuntur Romano pontifici, secundae Constantinopolitano: *Sacrorum conciliorum dogmata sicuti sanctas scripturas accipimus*, inquit imperator, *ideoque sancimus secundum earum definitiones sanctissimum senioris Romae papam primum esse omnium sacerdotum: beatissimum autem Constantinopoleos novae Romae secundum habere locum post sanctam apostolicam senioris Romae sedem.* Et in Novella, *ut ecclesia Romana centum annorum gaudeat praescriptione,* sic loquitur imperator: *Ut legum originem anterior Roma sortita est, ita et summi pontificatus apicem apud eam esse, nemo est qui dubitet.*

Falsissimum porro est, quod Anna addit de synodo Calchedonensi: nullum enim verbum in tota illa synodo, quo

principatus ecclesiasticus et cura omnium ecclesiarum episcopo Constantinopolitano deferatur. Conatus quidem est Anatolius Constantinopolitanus antistes canonem quendam in Concilio Calchedonensi condere in gratiam, commodum et praeeminentiam suae sedis: verum in eo canone non tribuit Anatolius cum suis asseclis primas episcopo Constantinopolitano, sed Romano: secundas defert Constantinopolitano, nec defert illi curam omnium ecclesiarum totius mundi, ut Anna comminiscitur, sed Ponti, Asiae, Thraciae. Deinde canon ille plane surreptitius est, nullius momenti et roboris, quippe apostolicae sedis legatis absentibus, non sine astu conditus in praeiudicium praecipue Alexandrinae ecclesiae. Quocirca altero a condito canone die, statim reclamarunt apostolicae sedis legati, neque ullo modo, quod per summam fraudulentiam et iniuriam actum fuerat, suffragiis et assensu suo comprobarunt: de quo consulat, qui plura cupit, illustrissimum Cardinalem Baronium tom. 6. Annalium anno Christi 451. Nec refert, quod Anatolius in supposititio illo canone se refert ad canonem Concilii Constantinopolitani centum quinquaginta episcoporum sub Theodosio magno: nam neque iste canon largitur tantum episcopo Constantinopolitano, quantum fabulatur Anna; secundas enim concedit, non primas. Deinde quia et iste canon ex eodem ambitionis fonte manavit: et vel in illo concilio non est conditus, vel si in illo conditus est, a paucis, non sine fraude et fallacia conditus est, neque unquam a tota synodo aut pontifice Damaso probatus, ut copiose ostendit Baronius tom. 4. Annal. anno Christi 381. Et tamen Graeci, et in his praecipue Nilus, arcem suae causae in his figmentis et imposturis collocant. Nec ideo Romanus pontifex primatum a conciliis aut ab imperatoribus habet, quia concilia et imperatores, nominatim Iustinianus, testantur et definiunt in suis decretis et legibus, Romanum pontificem esse omnium primum, quia his sanctionibus non tribuunt illi primam et supremam potestatem, sed declarant et definiunt, quid illi iure divino competit: idque quod iure divino illi competit, competere etiam volunt iure suo, hoc est, ecclesiastico et civili, tamquam iuris divini interprete, ut eo minus auctoritas et potestas illa primaria in dubium ab improbis revocari possit. Non enim pontifex Romanus accepit primatum a conciliis aut imperatoribus, sed ab illo, qui Petro et successoribus sancti Petri in Petro dixit: *Tu es Petrus et super hanc petram* etc. etc. *pasce oves meas.* Quod nulli ex Constantinopolitanis patriarchis dictum. Haec si Nilus advertisset, minus fortassis ineptiarum in libello suo de primatu pontificis effudisset.

Alii Graeci alia via et ratione primatum ad se rapere

tentarunt: conspicati, opinor, se apud perspicaciores parum effecturos, si primam illam viam inirent et tenerent: quid enim insulsius et stolidius, quam asserere, primam et supremam dignitatem in ecclesiastica hierarchia pendere ab arbitrio imperatoris? Aliam ergo rationem ambitiosae suae cupidini satisfaciendi excogitarunt. Romanam enim ecclesiam passim apud suos traduxere, quasi in nonnullis fidei capitibus a sacris litteris et ab apostolicis traditionibus penitus deviet perniciososque errores foveat, tueatur et omnibus amplectendos obtrudat. Quapropter eam primae sedis honore et culmine excidisse, hancque dignitatem ad Constantinopolitanum praesulem transiisse dictitabant. Primi, qui hanc viam paulo expressiore pede presserunt et institerunt, videntur fuisse patres illi Trullani, qui ut turpissimam ambitionem, qua aestuabant, honestatis quasi velo obnuberent, varia in Latinorum ecclesia carpere, immo et damnare ingressi sunt: ut continentiam seu caelibatum ministrorum ecclesiae, ieiunium sabbati: ipsi enim sabbato non ieiunant; missam perfectam et completam in quadragesima: ipsi enim, excepto die dominico, sabbato et festo annuntiationis, ceteris quadragesimae diebus celebrant missam, quam vocant τῶν προηγιασμένων, id est, *ex praesanctificatis*, ad eum fere modum, quo Latini die sacro parasceues ex praesanctificatis offerunt: etsi Graeci non unam tantum speciem, ut Latini, sed utramque adservant, et in hac sua missa adhibent. Accusarunt etiam Latinos, quod a sanguine et suffocato non abstineant; quod aditum ad sacrum altare laicis non intercludant, ut id genus alia praeteream. Quibus accusationibus viam non sibi, sed aliis munierunt, ut pontificem Romanum de sua dignitate excidisse publice praedicarent. Nam ipsis satis fuit in praesenti ova posuisse, quae alii excluderent, canonemque de episcopo Constantinopolitano condidisse longe impudentiorem, quam impostores tempore Concilii primi Constantinopolitani et Calchedonensis: de quo plura Franciscus Turrianus lib. de sexta, septima et octava synodo. Secutus est Photius, qui quae Trullani isti legislatores inceperant, perficeret, ambitione throni Constantinopolitani simul et furore in Nicolaum primum pontificem et in ceteros Romanos praesules incensus, quod obstarent, ne sedem Constantinopolitanam contra ius et fas occupatam quiete possideret. De Photio dici potest, quod Tertullianus libro contra Valentinianos cap. 4. de Valentino: *Speraverat episcopatum Valentinus* (Photius), *quia et ingenio poterat et eloquio. Sed alium ex martyrii praerogativa loci potitum indignatus, de ecclesia authenticae regulae abrupit,* (*ut solent animi pro prioratu exciti praesumptione ultionis accendi,*) *ad expugnandam conversus veritatem, et cuiusdam veteris opinionis semini actu co-*

lubroso viam delineavit. Haec Tertullianus de Valentino, ego de Photio; qui ira exasperatus adversus Latinos insurrexit obiectans cum ea, quae patres Trullani, tum praesertim processionem Spiritus sancti ex Patre et Filio, et additionem illam ad symbolum *Filioque*. Exstat hoc argumento liber Photii in bibliotheca Bavarica.

Tandem Leone IX. pontifice maximo Graeci omnis iugi iam impatientes in perpetuum et generale schisma eruperunt, ducibus Michaele episcopo Constantinopolitano et Leone episcopo Achridano in Bulgaria, contra quos ut longissimam, ita et doctissimam epistolam scripsit Leo IX. pontifex, accurate omnes eorum querelas seu potius criminationes refellens, qui Romanae ecclesiae potissimum crimini dabant, quod in azymis rem divinam faceret. Addiderunt postea alii Graeci alia, ut communionem sub una tantum specie; morem semel dumtaxat mergendi vel tingendi eos, qui baptizantur; morem non praebendi eucharistiam aut sacramentum confirmationis administrandi infantibus; purgatorium, sanctorum beatitudinem; verba consecrationis in sacrificio missae, et huius generis plura, quibus Graeci in eum fastum superbiaeque typhum elati sunt, ut Romanae ecclesiae non modo vale, sed et anathema dicerent, suamque, hoc est Constantinopolitanam, quasi omnium principem iactitarent et venditarent. Hinc illa plena insolentiae oratio Hieremiae patriarchae Constantinopolitani in censura ad Lutheranos cap. 13.: *ἐπεὶ τοίνυν ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία πατρὶς τῶν ἐκκλησιῶν καὶ ἡγεμονεῖ ἐν τῇ γνώσει τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ ἄσπιλον αὐγεῖ ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἀποστολικῶν καὶ πατρικῶν διαταγμάτων, καὶ ἤδη ἡ νέα τὰ πρεσβεῖα τῆς ὀρθοδοξίας εἴληφε, καὶ εἰς κεφαλὴν τέτακται, δέον ἐστὶ καὶ πᾶσαν Χριστιανῶν ἐκκλησίαν οὕτω τὰ τῆς λειτουργίας ἱερουργεῖν.* Ita caeci isti de sua impietate et mendicitate sibi blandiuntur, et se principes esse somniant, cum sint omnium mortalium abiectissimi et miserrimi. Sed satis de arrogantia Graecorum, quae, ut supra dicebam, Latinos merito remorari poterat, ne cum Graecis synodice convenirent, non modo sine fructu, sed et sine ulla spe fructus; praesertim cum isto etiam consilio Concilium petere soliti fuerint, ut Romanum pontificem in ordinem cogerent: hocque Concilii conventu indicarent, supremam controversias diiudicandi et definiendi potestatem non esse penes Romanum pontificem, sed penes solam synodum, quidquid pontifex contra sentiat aut decernat. Adde, quod concilium petebant, sed eo modo, quo nunc Lutherani, liberum, ut loquuntur, et Christianum, hoc est, quale ipsi postulant et in quo ea dumtaxat sanciantur et constituantur quae ipsi postulant, et prout ipsi

postulant. Hoc scilicet liberum est et Christianum concilium.

Restat ipse schismaticorum genius, cui solenne iudices petere, sed ubi dati fuerint, a sententia eorum alio appellare. Testes sunt, ut alios non nominem, Donatistae, qui controversiae cum Caeciliano iudicem flagitarunt. Datus est a Constantino imperatore Melchiades pontifex Romanus. Absolutus est Caecilianus, damnati Donatistae. Num adquieverunt? Postularunt alios iudices. Dati sunt et isti, eodem rursus eventu. Num adquieverunt Donatistae? Minime vero. Aliud tribunal quaesiverunt, a quo denuo condemnati sunt. Sed frustra. Damnari potuit pertinacia, vinci aut frangi non potuit. *Puto, quod ipse diabolus*, inquit sanctus Augustinus epist. 167., *si auctoritate iudicis, quem ultro elegerat, toties vinceretur, non esset tam impudens, ut in ea causa persisteret.* Non aliter egissent Graeci toties antea damnati: licet Clemens pontifex, Cantacuzeni rogatu, synodum convocasset, quod aliquot post annis in Concilio Florentino manifestum evasit. Itaque vana est querela Cantacuzeni, cum ait Latinos sua dogmata ab aliarum ecclesiarum rectoribus discutienda non proposuisse, nimiumque sibi arrogasse, contemptis ceteris. Vanitatis redarguunt dictum hoc scripta Nicolai primi et Leonis IX., ut sileam Concilia ante Cantacuzeni aetatem super his ipsis controversiis celebrata. Et quibusnam proponenda fuerunt dogmata Latinorum, hoc est, ipsius veritatis? An Graecis, qui a veritate aversi, ad fabulas toti iam conversi erant? Sed facile erat divinare, quae sententia secutura esset, si litis huius decisio Graecis commissa fuisset. Et quid sibi volunt illa verba: *Doctrina, quae nunc apud Romanam ecclesiam viget?* Significat nimirum antea non viguisse: quae accusatio omnium novatorum est. Novitatis accusant orthodoxam ecclesiam, ne ipsi novitatis auctores et sectatores existimentur. Quoties Latini demonstrarunt, et quidem evidenter, omnia dogmata, de quibus Graeci Latinis diem dicunt, ab apostolicis temporibus semper in ecclesia Romana viguisse, neque nudiustertius nata esse, ut sunt Graecorum placita et decreta, quae quibus auctoribus et quando proseminata sint, Latini ad amussim ostendere possunt, èt saepius iam ostenderunt. Ut enim tantum nominem quinque illa capita, de quibus Gennadius patriarcha Constantinopolitanus adversus Graecos pro Concilio Florentino accuratissime disputat: *Spiritum sanctum a Patre filioque procedere, purgatorium esse, in azymis eucharistiam* rite et legitime celebrari: *animas iustorum*, quibus nihil maculae in purgatorio expiandae inest, statim ab excessu Deum videre, *Romanumque pontificem* omnium ecclesiarum principem et caput esse, semper credit et docuit Romana ecclesia. Quare licet

sine concilii decreto his dogmatis Cantacuzenus se addixisset, minime novitates, sed venerandam vetustatem sectatus fuisset.

Sed Cantacuzenus, cetera felix et magnus, hoc uno miser et minutus fuit, quod a schismaticis episcopis et monachis in praeceps agi se permisit, nec unde tam ipse, quam reliqui Graeci exciderint, attendit. Palamae enim et Philotheo potissimum adhaesit, quorum utrumque fortassis ideo praecipue coluit, quod indefessi Latinorum adversarii et oppugnatores essent. Apud Graecos enim in sanctissimis numeratos esse illos, qui Latinos vehementissimis et dictis et scriptis incesserent, testatur Gennadius patriarcha Constantinopolitanus, qui alloquens Graecos: *Vos*, inquit, *Latinos tanquam a fide alienos existimatis, et ab eis refugere, tanquam a facie serpentum, simpliciores edocetis, idque liquido patet. Ac si quis ex Latinis videtur sanctus, vos hunc salutare non vultis, immo vero maledicta ingeritis. Graecos quamvis flagitiosissimos et stultissimos, si solum adversus Latinos dicant, omnium sanctissimos arbitramini: inter alios quidem multos quemdam, qui vocatur Palamas, et Ephesi Marcum, hominem nec satis mentis compotem, sed tumidum sapientiae ostentatorem, nulla virtute vel sanctitate subnixos: quia loquuntur solum et scribunt contra Latinos, extollitis et celebratis, eorumque imagines exornatis, festumque agentes diem colitis, ac veluti sanctos adoratis. Latinos vero quamvis iampridem ecclesia pro sanctis colendos duxerit, vos incessanter blasphematis, ita et de summo pontifice facitis: nam illum omnino Christianum esse non existimatis, quia Latinus.* Haec Gennadius et patriarcha Constantinopolitanus, quae lucem accendent illis, quae passim de Gregorio Palama in hac historia feruntur, cui Cantacuzenus addictissimus erat, tanquam insigni sanctimonia praedito, cum talis esset, qualis ab Gennadio vere describitur.

At, quod Cantacuzenus ait, si Asia et Europa, quemadmodum olim, in Romanorum imperio censerentur, synodum cogendam esse apud Graecos, id secus habet. Nam summi pontificis munus est, ut synodum indicere et convocare, ita et locum praestituere. De quo vide Cardinalem Bellarminum lib. 1. de Conciliis cap. 12. et 13. Denique ut locum hunc concludam, Cantacuzeno tergiversanti morasque nectenti dici et poterat et debebat, quod postea teste Gennadio legatus pontificis dixit Graecis post varias disputationes cum monacho quodam Barlaamo habitas: *Mihi libet dicere breve et verum verbum, quod et aliis Graecis mihi iniunctum est dicere: haec dicit papa: si volueritis et audieritis me, bona terrae comedetis secundum prophetam: si vero nolueritis, neque audieritis me, gladius vos devorabit. Num pontificis os locutum est haec?* ait Gennadius. *Num habes, huic quod con-*

tradicas? Lege et expende, an evenerit, sicut ipse dixit. GRETSER.

Pag. 59, 13. *primo ex Palaeologis imperat.* Hic in Concilio Lugdunensi sub Innocentio tertio novam et solemnem cum Latina ecclesia concordiam inivit, ut tradit Georgius Pachymerius lib. 5., cui ideo vel a sacerdotibus, vel ab Andronico filio sepultura negata, quod cum Latinis consensisset. PONTAN.

Pag. 82. 7. *redditibus.* Ipsius Chii urbis tantum, an totius insulae? Si tantum urbis, quomodo potuerunt imperatori in annos singulos pendere viginti duo millia? siquidem, ut lib. 2. dictum est, tota insula tantum reddebat in annum centum millia et viginti. PONTAN.

Pag. 85, 3. *Peloponnesus.* Graeci hodie Moream vocant, ab arbore moro, tota regione frequentissima. PONTAN.

Pag. 85, 5. *Achaiam.* Quinque sunt partes Peloponnesi: Laconica, Achaiá (sub qua et Argolica), Messenia seu Messenica, Eliaca, Arcadica. Duas ex his quinque tenuisse Lacedaemonios, testatur Thucydides lib. 7., nempe Laconicam et Messenicam. PONTAN.

Pag. 86, 23. *Lycurgi legum.* Quae fuerint istae leges, aut quae lex, quae inimicitias ad posteros etiam propagari vetaret, non reperi: nisi est illa forte, adversus eosdem hostes bellum non repetendum, quod etiam de simultatibus et inimicitiis potest accipi. PONTAN.

Pag. 90, 11. *verbum ipsius nudum.* Nempe ut Xenocratis philosophi gravissimi, Platonis disciputi, cuius verbis tanta habebatur fides Athenis, vt cum iniurati nullius testimonium admitteretur, huic soli iniurato crederetur. Cicero de Platone ipso 1. Tusculanarum: *Ut enim rationem Plato nullam afferret (vide quid homini tribuam), ipsa auctoritate me frangeret.* PONTAN.

Pag. 90, 21. *aliter quippe non erat licitum.* Bene habet. Agnoscit Cantacuzenus culpam, qua factum, ut nullus episcopus sine consensu Sultani aut creari, aut in sedem suam restitui posset, si quando expulsus esset. *Deus,* inquit, *hoc permittit, ob multa, quae in ipsum peccavimus, et etiamnum peccamus, qui a Christo nomen ducimus.* Eadem excusatione utebantur olim Graeci, quando capta Constantinopoli Turcico iugo penitus subiecti sunt. Causam durissimae huius servitutis reiiciebant in peccata, mortalibus cunctis communia, sed Gennadius re accuratius expensa, *Si dixeritis,* aiebat, *ut dicere consuestis, ob nostra delicta haec evenisse, non ita se res habet. Ego dicam, quoniam non magis nos, quam ceterae Christianorum gentes nostris criminibus Deum irritamus. Sunt enim et aliae nationes magis sceleribus*

et peccatis obnoxiae; quomodo non affliguntur, ut nostra infelicissima et miseranda natio? Vae mihi misero, alius ex alio subinde fio, cum ad haec animum converto, et cor meum conturbatur, et spiritus meus aestuat. Et post nonnulla: *Nonne reliquum est plorare et lamentari ac disquirere causam et videre propter quae patimur haec? Ego vero aliam non possum invenire nisi schisma, et quod se subtraxerit ab obedientia et subiectione Romanae ecclesiae: eam et solam decerno esse causam interitus nostrae gentis, quia postquam ab ea divisi sumus, maledictionem accepimus, et patimur, quae nos patimur, nec ideo poenitet nos, sed deteriores evadimus, et maledictis impetimus ipsam ecclesiam, dicenda et tacenda adversus eam impudenter evomimus.*

Hanc causam infelicitatis illius et calamitatis si Cantacuzenus reddidisset, propius ad verum accessisset. Nam quo magis orientales a sede apostolica per varios errores multiplicesque haereses abierunt, eo magis Mahometani invaluerunt, et non tantum plebem, sed et clerum clerique principes patriarchas et episcopos sibi subiecerunt, ut ipsis inconsultis nihil penitus agere possent. Idem Graecis evenit, quod flebilibus plane modis deplorat Gennadius. Quanta enim tyrannide et servitute premantur nunc a Turcis episcopi Graeci, et praesertim patriarcha Constantinopolitanus, perspicue docet historia mixobarbara de patriarchis, qui thronum Constantinopolitanum post captam a Turcis urbem tenuerunt. Deiiciuntur enim de sede et restituuntur et in exilium aguntur arbitratu tyranni; non secus ac vilissimi capitis mancipia. Ipsi itidem inter se, tamquam schismatici et hinc caritatis expertes, perpetuis rixis agitantur, quasi non sat iugi et oneris ipsum iugum et onus Mahumetanum creet. Nec fraudibus dumtaxat se mutuo de dignitate deturbant, sed et muneribus. Quare qui plus affert Charatzii, (sic enim annuum vectigal a patriarcha pendendum nominant: quod nequitia et ambitione Graecorum ad centum et quatuor millia florenorum pervenit,) item plus Pescesii, (hoc enim nomen habet vectigal persolvendum a quovis patriarcha initio sui pontificatus, quod eadem Graecorum improbitate ad tria millia aureorum adscendit,) is patriarcha fit. Evolvat lector paulo antea nominatam historiam Turcograeciae insertam, nec aliud inveniet, quod dicat, quam illud: *Iudicia Dei abyssus multa*, simulque in Cantacuzenum aliosque Graecos imperatores causam tantae miseriae conferet, qui pertinaciter in schismate persistendo, ea quae imperatoribus minime conveniunt, ut est episcoporum confirmatio, sibi usurparunt. Quis a condita Christianitate unquam audivit patriarcham Hierosolymitanum ab imperatoribus Constantinopolitanis aut confirmatum esse, aut confir-

mari debuisse? Et tamen Lazarus iste confirmationis gratia ad Cantacuzenum proficiscitur. Idem ius arrogabant sibi olim reges Italiae Ariani in summos pontifices Romanos, qui electi suo munere fungi nequibant, nisi regis confirmatio accessisset. Verum non mirum est haereticos Arianos hoc fecisse. Illud magis mirandum, imperatores Graecos impiam hanc consuetudinem post receptam a Gothis Romam multis annis retinuisse: in quod gravissimis verbis invehitur sanctus Gregorius magnus in expositione quarti psalmi poenitent. Illud etiam mirandum, imperatores schismaticos postea in omnes episcopos hanc licentiam sibi sumpsisse, quasi unquam visum auditumve sit, ut ovis pastorem confirmet atque approbet, ita ut pascere non valeat, nisi praecipuae ovis calculus accedat. Vide illustrissimum Baronium tom. 8. init. statim, ubi plura de hac indignitate scribit.

Quanto melius consuluisset Cantacuzenus et sibi et Lazaro suo et omnibus episcopis Graecis, si (quod postea fecit Gennadius patriarcha) his verbis Graecos ad studium pacis et caritatis cohortatus fuisset: *Accedamus verae Christianorum unioni, agnoscamus peccata nostra, ne peiores Iudaeis evadamus, neve falsa suasione, malitia et praesumptione ita aures obstruamus, ut nec audiamus, nec intelligamus. Audiamus Christum clamantem apostolis: Qui vos audit, me audit: et qui vos spernit, me spernit: qui vero me spernit, spernit eum, qui misit me. Vere ergo licet dicere, qui papam audit, Dominum audit, qui vero papam non audit, Dominum non audit: qui vero Dominum non audit, audit captivos et gladiis comminutos,* hoc est, Ianizaros et Bassas; hos enim Gennadius intelligit, quia et ex captivis sunt, et circumcisi. Canere possunt Graeci cum Hieremia threnum illum: *Servi dominati sunt nostri, non fuit, qui redimeret de manu eorum.* GRETSER.

Pag. 92, 9. *Galataei optionem illi integram relinquunt.* Pie et religiose Galataei, qui Lazarum istum ulceribus obsitum persanare studebant: schismatice et pertinaciae convenienter Lazarus, qui medicos obstinato animo respuit, in qua mentis obstinatione ita excellunt orientales schismatici, ut cum nostris sectariis de pertinaciae palma certare queant, non sine spe victoriae. *Adeo stolidi sunt,* inquit Gennadius patriarcha Constantinopolitanus, *ut aperte Latinos haereticos esse dicant et papam praeter ceteros omnes. Hinc unionem refugitis,* ait Gennadius alloquens Graecos, *neque papae memoriam audire, neque qui unionem ex vestris sacerdotibus amplectuntur, videre sustinetis, neque qui cum ipsis communicant omnino, pro Christianis habetis, et si forte contingit, ut in aliquod incurratis, quod vos papae commonefaciat, panem oblationis non accipitis, sed fu-*

riis agitamini, ac dentibus adversus ipsos sacerdotes frendetis, et Iudaeis deteriores esse putatis. Haec Gennadius de Graecorum pertinacia. *Quomodo Ioannes et Mambres restiterunt Moysi*, inquit ex apostolo sanctus Cyprianus libro de unitate ecclesiae, *sic et hi resistunt veritati, homines corrupti sensu, reprobi circa fidem, sed non proficient plurimum; imperitia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit. Adimplentur quaecumque praedicta sunt, et appropinquante iam saeculi fine, hominum pariter ac temporum probatione venerunt. Magis ac magis adversario saeviente, error fallit, extollit stupor, livor incendit, cupiditas excaecat, depravat impietas, superbia inflat, discordia exasperat, ira praecipitat. Non tamen nos moveat aut turbet multorum nimia et abrupta perfidia, sed potius fidem nostram praenuntiante veritate corroboret.* Poterant Galataei, hoc est, Genuenses, qui Galatam seu Peram incolebant, usurpare illud sancti Augustini, Emmeritum Donatistam episcopum ad ecclesiam traducere adnitentis. *Multa diximus etiam fatigati. Et tamen frater noster, propter quem ista dicimus, vobis et cui pariter dicimus et pro quo tanta agimus, adhuc pertinax consistit. Constantem se putat fortitudo crudelis. Non adhuc de vana et falsa fortitudine glorietur, audiat apostolum: Virtus in infirmitate perficitur. Nec ideo negligenda est medicina, quia nonnullorum insanabilis est pestilentia,* ait scite et vere idem sanctus Augustinus epist. 48. *Opto equidem, dilectissimi fratres*, ait sanctus Cyprianus libro de unitate ecclesiae, *et consulo pariter et suadeo, ut, si fieri potest, nemo de fratribus pereat, et consentientis populi corpus unum gremio suo gaudens mater includat. Si tamen quosdam schismatum duces* (qualis iste Lazarus) *et dissensionis auctores in caeca et obstinata dementia permanentes non potuerit ad viam salutis consilium revocare: ceteri tamen vel simplicitate capti, vel errore inducti, vel aliqua fallentis astutiae calliditate decepti, a fallaciis vos laqueis solvite, vagantes gressus ab erroribus liberate, iter rectum viae coelestis agnoscite.* GRETSER.

Pag. 92, 15. *non tantum terrebatur.* Nota pertinaciam huius pseudepiscopi, qui etiam sub Sultano Aegypti gravia tormenta perfert, ac Mahumetanam sectam detestatur, ut habes infra cap. 15. PONTAN.

Pag. 93, 5. *ὁμολογητήν.* S. Cyprianus confessores vocat etiam eos, qui in carcerem propter fidem coniecti et in quaestionem dati sunt, seu, qui fidei Christianae causa iam dura et crudelia pertulerunt. Et proprie sane, nam isti revera confitentur Christum coram hominibus: *confitentur*, inquam, *bonam confessionem coram multis testibus*, ut Timotheus, cui hoc elogium Paulus tribuit. PONTAN.

Pag. 94, 2. *in nomine Dei.* Huius epistolae principium, id est, tituli, quibus Cantacuzenum imperatorem cohonestat, lingua Graeca veteri scripti sunt, reliqua tota lingua, quam nunc vulgare Graecum appellant. Itaque studio D. Marci Velseri factum, ut ea nobis ab homine utriusque sermonis Graeci, et scholastici, inquam, et vulgaris periti, Graeco puro puto redderetur, quo eam convertere in Latinum possemus. Est autem Sultani Aegypti, Muhametani. PONTAN.

Pag. 94, 16. *Angeli Comneni Palaeologi Cantacuzeni.* Non fuit Comnenus, nec Palaeologus, nisi a materna linea. Sed barbarus honorem habere voluit, quantum maximum potuit. PONTAN.

Pag. 96, 22. *Amerae.* Vox Arabica est Amira seu Amiras, summus praefectus: qua utuntur saepe Zonaras, Cedrenus, Nicetas. Hinc Ameralius, vocabulo composito ex Arabico et Graeco, praefectus maris, *θαλασσίαρχος*. PONTAN.

Pag. 96, 25. *Musulmanos.* Musulmanos dici se volunt Muhametani recte credentes, ut Arianicis temporibus Christiani quotquot abominabantur eorum furores, orthodoxorum nomen profitebantur. Leunclavius. Quidam eo nomine Christianos ad Turcarum religionem transeuntes accipiunt. PONTAN.

Pag. 99, 3. *anno Mahumeti.* Sicut nos ab ortu Christi, ita Mahumetani ab ortu sui prophetae annos numerant. PONTAN.

Pag. 99, 13. *ex urbe sancta.* Ex evangelio aliisque locis utriusque testamenti ita, et merito vocatur. Congerere huc testimonia nihil attinet: sicut nec causam afferre huius appellationis, cum eas nemo nescire possit, qui quidem Christianus sit. PONTAN.

Pag. 99, 21. *Iacobitis.* Dicti sunt a quodam Iacobo, genere Syro, qui tempore Mauritii imperatoris et Pelagii II. pontificis maximi emerserunt, circa annum Domini DLXXXIV. Dicebant, non esse necessarium sacerdoti confiteri peccata, sed Deo soli. Parvulos circumcidebant, adustione quadam in fronte vel genis impressa, hinc putantes originale peccatum expiari, propter illud Christi Matth. 3.: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni.* Unam tantum in Christo naturam profitebantur. Non credebant sanctam Trinitatem, sed unitatem solum etc. Vide Gabrielem Prateolum de vitis, sectis et dogmatibus omnium haereticorum, et Iacobi de Vitriaco lib. 1. historiae orientalis cap. 76. PONTAN.

Pag. 100, 15. *οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι τὸν ὀρθοῦ βίου μετὰ τῆς πίστεως ἐχόμενον ναυαγῆσαί ποτε περὶ τὴν πίστιν τῆς παρὰ θεοῦ ἐπικουρίας ἔρημον γενόμενον.* Quibus verbis significare videtur Cantacuzenus, eum, qui semel veram fidem adeptus est, vitaeque et morum honestati et probitati stu-

det, non posse a fide excidere, quod dogma Calvini est et Calvinistarum, licet, ut consideranti manifestum erit, verba Cantacuzeni in bonum sensum accipi possint; non enim quenquam fide et caritate praeditum destituit Deus auxilio necessario ad hoc, ut fidem et caritatem conservet, sed si amittit, culpa et negligentia sua amittit, non defectu et penuria coelestis subsidii ad conservationem gratiae necessarii. Similes sententiae occurrunt aliquando in monumentis patrum, ex quorum numero sanctus Cyprianus libro de unitate ecclesiae: *Nemo existimet bonos de ecclesia posse discedere. Triticum non rapit ventus, nec arborem solida radice fundatam procella subvertit. Inanes paleae tempestate iactatur, invalidae arbores turbinis incursione evertuntur.* Hoc ideo dicit, quia saepe fit, ut qui in haeresin aut aliam infidelitatis speciem labuntur, prius sceleratam vitiisque contaminatam vitam duxerint. *Neque enim fieri potest*, inquit Damascenus lib. 1. Paral. cap. 12., *ut quisquam haereticus fiat, nisi prius vel in verbis vel in actionibus rationes vitae suae male compararit.* Interim certum fixumque maneat, eum, qui vere stat, vere cadere: et eum, qui vere cecidit, vere iterum resurgere, atque adeo vere stare posse. *Quam multi modo luxuriantur*, inquit sanctus Augustinus tractat. 45. in Ioan., *casti futuri; quam multi blasphemant Christum, credituri in Christum: quam multi se inebriant, futuri sobrii: quam multi rapiunt res alienas, donaturi suas* etc. *Item quam multi intus laudant, blasphematuri: casti sunt, fornicaturi: sobrii sunt, se vino postea sepulturi: stant, casuri.* GRETSER.

Pag. 100, 17. *tum igitur et Lazarum patriarcham.* De carcere ceterisque molestiis et aerumnis, quas Lazarus iste perpessus est a Saracenis, nihil aliud habeo dicere, quam illud sancti Cypriani libro de unitate ecclesiae: *Tales* (schismatici) *si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis et gravis culpa discordiae nec passione purgatur. Esse martyr non potest, qui in ecclesia non est, ad eum pervenire non poterit, qui eam, quae regnatura est, derelinquit* etc. Sanctus Augustinus libro primo contra Parmenianum, capite septimo: *Non quisquis in aliqua religionis quaestione fuerit punitus a imperatore* (Sultano), *martyr efficitur* etc., *non ergo ex passione certa est iustitia, sed ex iustitia passio gloriosa est: ideoque Dominus, ne quisquam in hac re nebulas offunderet imperitis, et in suorum damnatione meritorum laudem quaereret martyrum, non generaliter ait: beati, qui persecutionem patiuntur: sed addidit magnam differentiam, qua vera a sacrilegio pietas secernatur: ait enim, beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Nullo modo autem* (patiuntur) *propter iustitiam, qui Christi*

ecclesiam diviserunt, (ut fecerunt schismatici Graeci,) *et cum ea, quasi simulata iustitia, conantur ante tempus a palea separari ac frumenta eius falsis criminationibus insectantur, dum ipsi ab ea potius, tanquam levissima palea variis rumorum flatibus separati sunt.* GRETSER.

Pag. 106, 1. *thronum annis* tenuerat.* Lacuna est in Graeco, longior, quam opus videatur. Nam quod sequitur, *ἐνδιατρίψας* [cod. M. *ἐνδιαπρέψας*, ut P.], declarat nihil omissum, praeter annorum numerum, quibus Isidorus patriarcha sedem Byzantinam obtinuit. PONTAN.

Pag. 106, 23. *ἐκ πατρῴου κλήρου.* Legendum puto *ἐκ μητρῴου κλήρου*; fuit enim Martha haec soror Michaelis primi Palaeologi, proavia Cantacuzeni materna. PONTAN.

Pag. 107, 23. *Manganicum.* Mangani campus est extra Byzantium, in quo monasterium istuc aedificavit Constantinus Monomachus, occasione parum laudabili, de qua vide Zonaram annal. 3. PONTAN.

Pag. 108, 16. *altero oculo.* Vide, Constantinopolin et Thessalonicam Romani, quod tunc erat, imperii duos oculos appellat; lib. 3. cap. 93. de eadem Thessalonica: *μετὰ τὴν μεγάλην Ῥωμαίοις πρώτη πόλις*, *post magnam* (subaudi Constantinopolim) *prima urbs.* PONTAN.

Pag. 120, 18. *non enim tam arx, quam parva urbs in magna.* Graece festivius, propter *παρωνομασίαν* nimirum: *οὐ γὰρ ἀκρόπολις ἦν, ἀλλ' ὥσπερ μικρόπολις ἦν ἐν μεγάλῃ.* PONTAN.

Pag. 129, 14. *καὶ ἔχετο ἡ πόλις τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον κατάκρας.* Ergo *κατάκρας*, hoc verbum, inquam, proverbiale est. PONTAN.

Pag. 136, 10. *de collo sacras reliquias.* Observa pium morem, cuius exemplum etiam supra habuisti. PONTAN.

Pag. 137, 9. *alia oppidula complura cepisse.* Post haec verba est in codice Graeco lacuna paene unius versus. Videntur tamen verba sequentia *ἀνεθάρσησέ τε* etc. cohaerere cum superioribus. PONTAN.

Pag. 173, 6. *ad bellum.* Non extant haec scripta Gregorae, et Cantacuzenum valde commoverunt, ut res suas ipse, utpote verius, sincerius exploratiusque scriberet. PONTAN.

Pag. 174, 21. *lamentans.* Legat qui voluerit; extat enim lib. 10. *Nos vero victorias cantaturos et laudum spectacula sacratissimi imperatoris* etc. PONTAN.

Pag. 175, 15. *tomum sub me confectum.* Vel hinc patet, huius historiae parentem Cantacuzenum ipsissimum esse, cum oblitus sui primam personam ponat, *sub me*, inquit, id est, me imperatore ac praeside. Infra rursum, *me autem*, etc. aliquoties per totum caput. Tamen in fine ad dissimula-

tionem redit, dicens, haec pro se respondisse Cantacuzenum, lectis Gregorae scriptis de se, et dixisse iam monachum cap. 25., quo et iam tempore ex antecedentibus verisimile est ad historiam scribendam aggressum fuisse. PONTAN.

Pag. 175, 22. *Atlantem quemdam.* Hanc fabulam nusquam legi. Atlas est mons in Mauritania, cuius vertex propter altitudinem videtur coelum attingere. Et quoniam Atlas, qui ibi regnavit, rerum astronomicarum fuit studiosissimus, datus ex similitudine nominis fabulae locus, ut coelum sustinere diceretur. Cui parumper successit in eo onere sustinendo Hercules, quia nimirum ab eodem Atlante res coelestes stellarumque rationes et motus didicit. PONTAN.

Pag. 183, 7. *multa disseruit.* Elogia illa simul uno loco post vitam Cantacuzeni ex Gregora collecta posuimus. Bellum autem intelligit, quod Andronicus nepos cum avo gessit. PONTAN.

Pag. 184, 23. *discessu facto ex hac vita.* Hinc colligimus, Gregoram bene senem fuisse. Fuit autem aulicus senioris Andronici, et venit in aulam annos natus 27., ut ipse testatur lib. 8. PONTAN.

Pag. 190, 15. *Lacedaemonios.* Bona facta male compensasse Lacedaemonios, vulgo notum esse ait. Herodotus quidem, loquens de Lacedaemoniis ante Lycurgum, inquit, *κακονομώτατοι ἦσαν σχεδὸν πάντων Ἑλλήνων κατά τε σφέας αὐτοὺς, καὶ ξένοισι ἀπρόσμικτοι.* PONTAN

Pag. 191, 21. *Tanaim.* Tanais est urbs ad ostium fluvii eiusdem nominis sita. Stephanus: *Τανάϊς πόλις ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ. κατὰ δὲ τὰς εἰς τὴν λίμνην τὴν Μαιῶτιν ἐκβολὰς τοῦ Ταναΐδος πόλις Ἑλληνικὴ ἔκτισται Τανάϊς, ἥτις καὶ ἐμπόριον ὀνομάζεται.* PONTAN.

Pag. 192, 6. *Capham.* Capha, olim Theodosia, sita in Ponti Euxini ora, Genuensium colonia, de qua vide Petri Bizari historiae Genuensis lib. 6.; anno 1475. occupata est a Mahomete Turcarum imperatore non sine magna strage. PONTAN.

Pag. 197, 10. *Simonem Buccanegram.* De hoc lege lib. 6. Bizari. PONTAN.

Pag. 198, 1. *optimates ob hoc solum, quia vulgo praestarent.* De ostracismo haec accipienda sunt, hoc est, de tali poena et tali ex causa, quali et ex qua Athenis post exactum Hippiam tyrannum Pisistrati filium institutum est, ut eiicerentur, qui ob nimiam praestantiam, oppressa civium libertate, tyrannidem occupaturi metuebantur, eratque, ut Plutarchus ait, nomine et specie potentiae et excellentiae depressio atque imminutio: re vera invidiae populi solatium. Vide Diodori lib. 11. Alexandri Neapolitani lib. 3. cap. 20.

Lambini Commentarium in Themistoclem Aemilii Probi. PONTAN.

Pag. 198, 6. *Pagano Auria.* De hoc multa Bizarus de bello Veneto lib. 2. PONTAN.

Pag. 207, 20. *adventu suo disiecit.* Alterum exemplum maternae auctoritatis in filium in viam reducendum. Supra cap. 8. Irene quoque uxor Cantacuzeni Matthaeo filio, proprium sibi principatum meditanti, meliora solo conspectu et verbo unico persuasit. Maior tamen huius Annae in Ioanne filio emendando elucet auctoritas, quippe legitimi imperatoris legitimae matris. PONTAN.

Pag. 215, 4. *adventitio auxilio non egere.* Exemplum temeritatis et confidentiae in aspernando subsidio necessario. Narrat Sabellicus lib. 8. Ennead. 4. de Ptolemaeo Ceranno rege Macedoniae, qui 20 Dardanorum millia per legatos in auxilium sibi missa repudiavit: actum de Macedonia dicens, si cum totum orientem eius terrae viri domuissent, Dardanorum barbara ope ad se tuendos indigerent. Commisso proelio, Ptolemaeus multis vulneribus confossus, vivus capitur, Macedones ad unum propemodum caesi sunt. PONTAN.

Pag. 220, 16. *Calchedone.* Negat tamen Leunclavius olim dictam Calchedonem et in eo alios reprehendit, sed Chrysopolim. *Nam Calchedonis rudera*, inquit, 10 *milliaribus ab angulo Sultanini seraii, versus Astacenum sinum, ad promontorium Damalicum, iuxta portum Eutropii sita sunt.* PONTAN. *Χαλκηδόνι* M., ut iam indicavi.

Pag. 220, 24. *insula Principis.* Nominata est a frequenti habitatione filiarum principum, virginitatem solitariam profitentium. Cedrenus ait, Iustinum nepotem Iustiniani aedificasse solitariam vitam agentium domicilium, nominatum Principis, suburbanum Constantinopoleos. Zonaras scribit Nicephorum etc. vide cetera apud Petrum Gyllium de Bosporo Thracio libro 3. cap. 15. PONTAN.

Pag. 221, 2. *in brevia.* Graeci *βραχέα* vocant, Latini *brevia.* Sunt autem vadosa quaedam in mari spatia. Vide Miscellan. Brodaei lib. 6. cap. 24. Virgil. 1. Aeneid.: *tres Eurus ab alto in brevia et syrtes urget, miserabile visu.* PONTAN.

Pag. 223, 1. *τὰ στρατόπεδα δὲ ἀμφότερα.* Nota catachresin, castra pro numero navium. Sic supra cap. 4., ubi Orchanes gener ad socerum visendum venit Scutarium. Sic Virgil. 3. Aeneid.: *Dat clarum e puppi signum: nos castra movemus.* Sicut autem hoc loco castra dixit pro classe, ita lib. 2. classes dixit pro castris. *Classibus hic locus, hic acies certare solebant.* PONTAN.

Pag. 226, 23. *mazam.* Vilior fuit *μάζα*, quam *ἄρτος*,

cum hic ex tritico, illa ex hordeo plerumque conficeretur. Multis eam describit in thesauro suo Stephanus. Xenophon. 1. Paediae Cyri: *εἰ δέ τις αὐτοὺς οἴεται ἢ ἐσθίειν ἀηδῶς, ὅταν κάρδαμον μόνον ἔχωσιν ἐπὶ τῷ σίτῳ, ἢ πίνειν ἀηδῶς, ὅταν ὕδωρ πίνωσιν, ἀναμνησθήτω, πῶς μὲν ἡδὺ μάζα καὶ ἄρτος πεινῶντι φαγεῖν, πῶς δὲ ἡδὺ ὕδωρ διψῶντι πιεῖν.* PONTAN.

Pag. 227, 10. *simulacra.* Ex Homero Odyss. *λ'. βροτῶν εἴδωλα καμόντων*, ad cuius *νεκυίαν* alludit, de qua M. Tullius libro 1. Tusculan. PONTAN.

Pag. 230, 8. *e quibus mala semper augescerent, extitisse.* Deesse videtur aliquid ad sententiam, quod respondeat illi particulae *τε. τὴν ἀρχήν τε ἔφασκεν ὑπὸ τῶν ἀτόπων ἔργων ἀεὶ προστιθεμένων τῶν δεινῶν.* Sequi debuit *καὶ* cum ea particula: *quibus significaretur, eum sibi mortem vaticinatum.* Cui apte respondet, quod subiungitur, *ὅπερ καὶ μικρὸν ὕστερον ἐγίνετο. εἴ τε γὰρ ὑπὸ πικρίας* etc. Itaque nos, quae deesse videbantur, adiicienda putavimus ad implendam sententiam. PONTAN. Lacunam supplevit P.

Pag. 231, 21. *exitus proeliorum.* Cic. pro Milone: *Adde casus, adde incertos exitus proeliorum, Martemque communem, qui saepe spoliantem iam et exultantem evertit et perculit ab abiecto.* Homerus Iliad. 6.: *ξυνὸς ἐνυάλιος καίτοι κτανέοντα κατέκτα.* Vide proverbium: *Mars communis.* PONTAN.

Pag. 235, 3. *Mediolanensium principi.* Is fuit Ioannes Vicecomes, idem archiepiscopus quoque Mediolanensium. Hic, ut scribit Paulus Iovius, Ligustici belli causam secutus, captis armis adeo Murtham Genuensium ducem terruit, ut abdicato principatu sese civitatemque ad eius auctoritatem contulerit et praesidium praetoremque a Ioanne delectum acceperit. Sed non multo post defuncto Murtha, populus, uti semper, factiosus et mutandis consiliis repentinus et levis, Valentem ducem creavit. Ea contumelia permotus Ioannes arma parat et bellum indicit: qua periculi fama Ligures terrentur, vel ob id maxime, quod tum mari magnis classibus cum Venetis et Catalanis contendentes, circa Sardiniam infeliciter conflixerant. Itaque supplex civitas et opem implorans, ad pristinam fidem rediit et Valens suscepto temere principatu se abdicare cogitur: recipiturque Genuae Gulielmus Pallavicinus, qui rei publicae praesit, ad id munus cum praesidio equitum et peditum a Ioanne missus. Nec mora, Genuenses novam classem exornant, Ioanne in eam delectos milites, pecuniam et commeatum abunde conferente, addenteque duodecim triremes sumpto suo suoque milite egregie instructas. Eam classem Paganus Curia praefectus, cum vipe-

rae insignia in vexillis praeferret, cum Venetis ad Sphragiam insulam, quae Sapientiae nomen habet, contra Methonen usque adeo acriter et feliciter conflixit, ut debellata hostium classe, Nicolaus Pisanus, qui Sardoo in mari cladem intulerat, cum quinque millibus Venetorum militum captus, Genuam in triumphum duceretur. Genuenses autem liberati ope Ioannis se victoria potitos grato animo confitentes, novo decreto deditae civitatis iura, quae Ioannis morte finirentur, ad Galeacium pariter et Barnabam transtulerunt: ita ut toties Liguriae urbes a Corvo Lunensi promontorio ad Herculis Moeneci portum Vicecomitum imperio subderentur. Vide praeterea Petri Bizari Genuensis historiae lib. 6. haud procul a fine. PONTAN.

Pag. 252, 21. *canes ad venandum et equos.* Studia iuvenilia, venari et equitare. Horat. in Poet.: *Imberbis iuvenis tandem custode remoto gaudet equis canibusque.* Terent. Andria: *Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, ut animum ad aliquod studium adiungant, aut equos alere aut canes ad venandum.* Adrianus imperator, ut auctor est in eius vita Spartianus, equos et canes sic amavit, ut eis sepulcra constitueret. PONTAN.

Pag. 254, 2. *per id tempus modo.* Supra lib. 3. cap. 95. Theodoram filiam Orchani Turcae desponsam laudavit, nunc Helenam Palaeologi coniugem. Mariam tertiam filiam Nicephori despotae uxorem laudabit infra cap. 43. PONTAN.

Pag. 257, 17. *imperatorem designet.* Idem supra petebatur hoc libro et negabat. Hic aliter sentit; nihil tamen, ut in re maximi momenti, temere statuendum censet. PONTAN.

Pag. 258, 17. *quid imperio maius.* Ad Nicoclem Isocrates: *βασιλεία τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων μέγιστόν ἐστι καὶ πλείονος προνοίας δεόμενον.* PONTAN.

Pag. 298, 18. *magister et dux erroris, Mahometus, plane ipsis persuasit.* Non nominat Mahometum Cantacuzenus, eum tamen intelligi certissimum est ex ipsa sententia Mahometana, nempe immortale praemium consecuturum post mortem, qui de Mahometanis contra Christianos pugnans aut occubuerit, aut quam plurimos occiderit. De origine Mahometi et Mahometismi videndus Zonaras in Heraclio imperatore. PONTAN.

Pag. 312, 5. *topicam.* Probabiliter putat Gretserus noster, sic dictum hoc genus vectigalis *παρὰ τὸ τοπεῖον* seu *τοπίον* seu *τοπήϊον*, quod est funis, rudens et, ut ait Hesychius, *ὅπλα νεώς, σχοινία, κάλοι*, ex quorum venditione, ut in civitate maritima, vectigal captum esse, a verisimilitudine non

abhorret. Nisi forte a topio seu topiario opere sic dictum, ita, ut qui vel topiariam factitarent, vel topiaria opera sibi confici curarent, vectigal illud τοπικὴν penderent. PONTAN. Vid. Ducangii Glossar. Graec. p. 1584.

Pag. 314, 12. *obiit.* Strangulatum in carcere tradit Gregoras lib. 9. sub finem. PONTAN.

Pag. 326, 11. *ἔτι δὲ ἀκροβολιζομένων τῶν βαρβάρων.* Verbum ἀκροβολίζεσθαι non solum est e loco edito aut in locum editum iacula mittere, sed etiam pugnare missilibus, velitari, certamini praeludere, pugnam lacessere. Tales *rorarii* dicti Romanis, qui scilicet, antequam congrederentur acies, iaculis non multis inibant proelium; tractum inde, quod ante maximas pluvias coelum rorare incipiat. PONTAN.

Pag. 330, 2. *latere se posse.* Ut Sinon apud Virgil. 2. Aeneid.: *Limosoque lacu per noctem obscurus in ulva delitui.* Idem fecisse Marium fugientem scribit Lucanus. *Exul limosa Marius caput abdidit ulva.* PONTAN.

Pag. 337, 7. *quibusdam accidisse.* Polynici, Eteocli fratribus apud Euripidem et Statium in Thebaide. PONTAN.

Pag 354, 24. *alius alio pretiosior.* Quomodo? solane opinio facit lapides pretiosiores aut pretiosissimos? nequaquam. Est enim ad aspectum et ad effectum alius alio melior. Sic etiam aurum argento et argentum aere pretiosius est natura, non opinione et consensu hominum tantummodo. PONTAN.

Pag. 360, 23. *Cralis coniugem.* Cralis utique filii; nam patris uxor, Stephani Cralis, inquam, dicta est Helena: nisi sit μνημονικὸν ἁμάρτημα. PONTAN.

Pag. 363, 18. *in solio patriarchae constituit.* Laudatus est supra hic Philotheus cap. 16. et 29., inter patriarchas Constantinopolitanos numeratur CXXI. Multa scripsit, de quibus non pauca in Bavarica bibliotheca habentur: quae eruditis iam patefacta est insigni beneficio nobilis et magnifici domini Ioannis Georgii Hervardi, Bavariae cancellarii, viri omnium bonarum artium disciplinis excultissimi. PONTAN.

INDEX
RERUM, NOMINUM ET VERBORUM,
TAM IN CANTACUZENI HISTORIIS, QUAM IN ANNOTATIONIBUS MEMORABILIORUM *).

Abdera, oppidulum maritimum, hodie Polystylos II, 226, 17. se dedit II, 394, 22. Abderitae II, 428, 4.

Abstinentia ciborum ad tempus I, 411, 16.

Abydus oppidum III, 324, 4.

Acarnania I, 13, 5. 101, 18. 496, 1. 550, 19. II, 370, 19. III, 314, 14. 317, 2. sq. Acarnanes I, 450, 16. III, 318, 3. Acarnaniae despota I, 474, 3. 495, 24. II, 239, 11. Acarnanum de imperatore recipiendo disceptatio I, 499, 8. sqq. 500, 13. 101, 12. Acarnania iniuste ab imperio Romano abscissa I, 502, 7. restituta I, 502, 22. 504, 14. Acarnanes rebelles I, 509, 10. Acarnaniae caput Arta I, 509, 15. Acarnania principatus I, 520, 13. diu in Angelorum potestate fuit I, 524, 10. Acarnanum principes urbibus cedunt I, 529, 13. Acarnanes Tarentinis detrimentum inferunt I, 531, 6. vel ultra vires animosi I, 532, 3. Acarnanica expeditio II, 75, 22. Acarnaniae urbes direptae II, 81, 23. Acarnanes conductitii III, 88, 9. Acarnania a Triballis occupata III, 113, 23. Acarnanum intoleranda fames III, 147, 18. Acarnania ab imperatore repetitur III, 150, 22. Romanis attributa III, 155, 24.

Acclamationes imperatoriae II, 166, 10. 469, 8. 491, 11. III, 82, 11. acclamatur regi Moesorum III, 164, 9.

Accubitor III, 378, 16.

Achaiam Latini occupant III, 85, 5.

Ἀχειροποίητον III, 538, 27.

Achelous locus III, 319, 13.

Acheron II, 294, 15.

Achris I, 267, 7. 277, 20. 25. 278, 7. 279, 22. 281, 19. a Triballis obsessa I, 427, 19. populi iuxta Achridem habitantes I, 280, 1.

Achrideni I, 277, 22.

Achyraitae II, 180, 13.

Acindynus monachus Barlaami assecla II, 602, 21. Acindyni adversarii monachi et episcopi II, 604, 1. Acindynianorum antesignani III, 168, 22. Acindyniani cum Barlaamo sentiunt *ibidem*. *Vide* Gregorius Acindynus.

Aconite urbs I, 436, 1.

*) *In hoc indice, quem Iacobus Pontanus confecit, nos correctiorem et, in Geographicis praesertim, multo auctiorem hic exhibemus, numerus primus volumen, alter paginam, tertius versum editionis Bonnensis indicat.*

Ἀγρυπνεῖν [illegible] III, 564, 7.
Adagium persicum de mulieribus III, 48, 15. ibiq. annot.
Adoratur imperator I, 64, 10. 76, 18. 94. 20. adorat imperatrix imperatorem I, 199, 8. adorant episcopi imperatorem I, 247. 12. adoratur imperator cum osculo pedum I, 250, 13. adoratur Deipara Hodegetria I, 305, 11. adoratur imperator capitibus humi submissis, cum osculo pedis I, 340, 7. adoratur imperator a nobilibus Phocaeensibus; vid. Phocaea; item a Rhogiis I. 516, 15. adorabundi salutant II, 78, 20. adoratur imperatrix II, 102, 22. 105, 4. imperator II. 292, 5. 296, 1. 322, 9. 391, 14. Deipara II. 607, 16. imperator cum osculo pedum III, 65, 18. adorandi causa, loca sancta Hierosolymis petita: vid. Hierusalem; adoratus imperator III, 125, 11. 301, 18.
Adra fluvius I, 398, 15.
Adrianopolis I, 13, 14. 188, 22. II, 302, 15. 484, 11. 14. 557. 3. 561, 2. 602, 7. sqq. III, 47, 3. 63, 20. 282, 11. 283, 14. 309, 7. 313, 20. 342, 10. ampla urbs et frequens I, 23, 22. ibiq. annot., ab Adriano Augusto dicta I, 35, 10. urbes ei vicinae devastantur I, 170, 16. commeatu abundans I, 189, 21. Adrianopolitanorum seditio II, 175, 23 sqq. Adrianopolim tentat Cantacuzenus II, 187, 10. urbium Thraciae maxima II, 405, 11. eius proditio frustrata II, 485, 11. imperatori deditur II, 525, 22. a Matthaeo Cantacuzeno recipitur III, 238, 10. 240, 15. Ioannem Palaeologum recipit III. 242, 20. a Cantacuzeno capitur III, 244, 16. Matthaeo Cantacuzeno adscribitur III, 292, 17. 310, 8.
Adrianum mare I, 509, 21.
Adulterii probatio per ferrum candens II, 172, 5.
Adyta I, 197. 20. ibiq. annot.
Aediles designati II, 478, 12.
Aegaeum pelagus I, 470, 17. III, 219, 3. 234, 1.
Aegospotamus II, 576, 15.
Aegyptus II, 102, 9. 109, 18. III, 40. 21. 91. 12. 92, 23. Aegypti Sultanus III, 90, 16. 93, 13. Aegyptus Nilo alitur III, 100, 6.
Aenus II, 278, 1. 5. 415, 4. 419, 16. III, 12, 15. 237, 7. 24. 247, 9. 250, 5. 270, 17. 278, 1. ibiq. annot. 282, 10. 283, 12. 315, 17. sqq. urbs Thraciae II, 453, 14. Ioannes Palaeologus eam sibi vindicat III. 208, 14. Ioan. Palaeologo traditur III, 310, 15.
Aetines Cariae satrapa I, 388, 16.
Ἀετώνειος III, 460, 6.
Aetos civitas Mocarum I, 431, 18. 460, 23. II, 406, 22.
Africa Italis tributaria III, 18, 15.
Agricolarum officium III, 39. 20.
Aitines Ioniae satrapa I. 451, 12. II, 55, 21.
Ala flammans, velocitatis signum I, 299, 23. ibique annot.
Alani I, 173, 6.
Alanorum rex Cantacuzenus III, 94. 13.
Albani III, 318, 3. 16. 319. 9. sq. agrestes I, 279, 23. suis utuntur legibus I. 452, 16. ex Albanis auxiliarius exercitus I, 453, 8. montana Thessaliae incolunt I, 474. 11. nullum habent regem I, 574. 12. nullam urbem habitant I. 474. 16. Albanorum rebellio I, 495, 6. sq. eorum fuga et caedes I, 496. 17. 497, 1. 2. sq. mercedem pro malefactis recipiunt I. 495. 15. Albanis vastitas illata I. 500, 12. Albani Romanorum urbes incursant II. 15, 7. veniam petunt II, 15, 13. Acarnaniam incursant II, 81, 20. Albanum fossatum II. 322. 13. bellum Andronici imperatoris contra Albanos II. 394, 2. deficiunt III, 317, 11.
Alea iacta, proverb. I, 291, 17. II, 133, 10.
Alemanni torneamentorum studiosi I, 205, 22. Alemanni Latini I, 301, 2. sqq. ab imperatore Can-

stantinopolitano pecunias petunt I, 335, 17. eorum cum Romanis imperatoribus vetusta societas I, 335, 18. eorum regio strenuos alit milites I, 336, 22. eorum rex I, 336, 23. trecenti ex Alemania gravis armaturae I, 429, 17.
Alexander Moesorum rex I, 394, 8. Stranzimeri filius I, 459, 3. eius legatio ad imperatorem I, 468, 2. ei filiam suam despondet imperator I, 504, 18. nuptias Adrianopoli celebrat I, 508, 18. Sismanum exulem a Romanis petit II, 19, 14. Michaeli succedit *ibidem*. imperatoris Romani amicus atque gener. II, 52, 19. foedus sancit II, 69, 7. 88, 7. barbarus rex II, 154, 4. Adrianopolin tentat II, 179, 22. urbes Thraciae populatur II, 181, 5. pacem petit II, 181, 22. Helenae Cralaenae frater II, 260, 13. eius foedus cum Didymotichensibus II, 337, 5. dantur ei novem urbes II, 406, 17. Palaeologo imperatori opem fert II, 422, 2. Morrham ingreditur II, 426, 23. universis Romanis par II, 507, 3. a Persis vexatus III, 162, 14. eius sedes Trinobi III, 164, 6. Ioanni Palaeologo subsidium mittit III, 246, 24.
Alexander presbyter III, 534, 10.
Alexandri magni successor imperator Romanus existimatus I, 188, 12.
Alexius Angelus imp. I, 504, 5.
Alexius Bithynus, Eïones praefectus III, 114, 22.
Alexius Cabasilas I, 509, 18. eius odium et ira in imperatorem I, 512, 17. Ioannis Cantacuzeni familiaris I, 513, 3. defectionis auctor I, 514, 13. se dedit I, 516, 19. magni contostauli honore cohonestatur I, 517, 21.
Alexius dux carcere damnatus II, 543, 8.
Alexius Metochites protosebastus Thessalonicae praefectus III, 104, 10. a Palaeologo se seiungit III, 108, 11.
Alexius Palaeologus I, 268, 3.
Alexius Zamplaco magnus pappias, I, 262, 15.
Aliseres Cotyaei satrapa II, 82, 13.
Alleluia legatus Berrhoeota de plebe II, 353, 8.
Altare primarium I, 200, 1. altaria duo in ecclesiis Graecorum III, 426, 6.
Alusianus sagittarius et venator II, 377, 18.
Amadaeus IV. III, 423, 4.
Amastris urbs Romanorum ad Pontum II, 589, 13.
Amblyopus locus prope Byzantium I, 300, 20. 302, 1.
Ambo, sacer suggestus I, 197, 20. ibique annotat.
Amera praefectus Hierosolymorum III, 96, 22. ibiq. annotat.
Amiculum imperatorium I, 447, 22.
Amita, amitina III, 407, 31.
Ἀμνηστία. I, 489, 4.
Ampar legatus II, 103, 4.
Amphipolis urbs vetusta I, 542, 8. Triballis subdita III, 116, 15. ab Andronico iuniore imperatore instaurata I, 542, 9. maritima II, 323, 19. 325, 1. 327, 23.
Amurius urbium Ioniae satrapa I, 470, 16. Aitinis filius I, 481, 12. cum Ioan. Cantacuzeno congreditur I, 483, 18. imperatori militem mittit I, 496, 12. satraparum Asiae opulentissimus II, 55, 20. Ioannis Cantacuzeni auctoritati obsecundat II, 56, 23. Ioannis Cantacuzeni amantissimus II, 344, 12. recusat munera II, 384, 17. eius amor erga imperatorem II, 386, 19. Thessalonicam tentat II, 392, 16. imperatricem ad pacem hortatur II, 397, 20. aegrotat II, 405, 5. in extremo discrimine versatus II, 405, 22. solitus pugnare non armatus *ibidem*. ad Cantacuzeni praetorium excubat II, 412, 10. Sarchanae reconciliatus II, 530, 4. suadet Byzantium petendum II, 546, 24. domum redit II, 551, 11. in imperatorem benevolus II, 586, 8. sincerus et candidus II, 587, 8. dolum machinatur II, 586,

19. cum quatuor et viginti millibus Cantacuzeno adest III, 148, 5.
Amzas Persa, profugus II, 488, 10. insidias patefacit II, 489, 13.
Anabathra serico rubro strata I, 197, 11. cantorum I, 199, 4.
Anactoropolis urbs maritima Thraciae, olim Eïone dicta III, 114, 21.
Anastasiopolis Peritheorium appellatur II, 197, 9.
Anastasius imperator urbem a se dictam condidit I, 542, 11.
Anathema in Andronici iunioris studiosos contortum I, 94, 9. retractatum I, 116, 18. in Cantacuzenum et eius sequaces II, 190, 12. anathema iuramento acclamatum II, 208, 7. anathema in servantes pecuniam II, 223, 10. anathematis poena quibus infligenda II, 463, 10. in eum, qui patriarcham revocaret III, 272, 7. in calumniatorem III, 343, 19.
Anchialus I, 341, 1. 460, 19. 461, 24. sqq. civitas Moesiae I, 431, 18. Diampoli praestat I, 463, 17. capitur III, 362, 10.
Ancyra urbs Scythiae orientalis III, 284, 6.
Andreae apostoli insula parva III, 282, 18.
Andreas Catanias Genuensis Phocaeam novam subiugat I, 389, 1.
Andreas Palaeologus Zelotes II, 573, 20. laudatur *ibidem*. gravis armaturae praefectus II, 576, 13. auctor seditionis II, 581, 7. III, 108, 12. mensae imperatoriae praefectus III, 104, 11. edicta imperatoria in foro comburit III, 105, 19.
Andreas Petrila Genuensis dux III, 84, 4.
Andronicus Asanes Ioannis Cantacuzeni socer I, 367, 20. magnae amitae imperatoris filius II, 89, 5. eius duo filii capti II, 111, 5. eius laudes II, 115, 14. eius auctoritas II, 127, 22. copiarum dux declaratus II, 185, 16. quaestio de illo habita II, 421, 11. carcere detentus II, 613, 2. decipitur III, 203, 9. sebastocrator III, 293, 25.
Andronicus Asanes puer, Manuelis Asanis filius II, 248, 22.
Andronicus exotrochus I, 71, 17.
Andronicus Ioannis Cantacuzeni filius II, 136, 19. domi cum matre inclusus II, 143, 19. peste absumptus III, 49, 15. maximae spei adolescens III, 52, 19.
Andronicus Ioan. Palaeologi imperatoris filius et successor III, 238, 20.
Andronicus Palaeologus magnus stratopedarcha I, 135, 17. provinciarum Rhodopes Romanis subiectarum praefectus I, 169, 24. legatus ad regem Moesorum I, 187, 21. magnus stratopedarcha designatus II, 218, 10. Apocauchi gener II, 225, 4. Thessalonicam init II, 236, 10. protostrator II, 305, 2. supremus exercitus dux *ibidem*. ad imperium aspirat II, 323, 24. Constantini Palaeologi filius II, 329, 5. tabellarium corrumpit II, 334, 14. in Hebro praefocatur II, 435, 10.
Andronicus Palaeologus primus huius nominis III, 212, 5.
Andronicus Palaeologus protovestiarius I, 211, 20. Balagradorum praeses I, 214, 19. Andronici senioris imperatoris nepos I, 232, 23. exercitus occidentalis dux I, 260, 24.
Andronicus iunior senioris nepos, decretus iam imperator I, 13, 7. venationi et equestribus ludis addictior I, 27, 1. eius erga avum reverentia I, 48, 14. hostis ab avo iudicatur I, 93, 10. imperator coronatur I, 196, 8. eius cum Anna Sabauda nuptiae I, 204, 22. in equestribus ludis superat magistros suos I, 205, 20. sagitta in pede icitur I, 207, 4. ad iudicium provocat I, 222, 14. pecuniam contemnit I, 242, 11. sanatur mirabiliter a sancto Demetrio martyre I, 270, 10. reconciliatu facilis I, 284, 5. Constantinopolim capit I, 304, 15. eius insignis clementia in contumeliosum I, 315, 11. eius erga Ioannem Cantacuzenum amor quantus I, 329, 16. suos ad bellum

contra barbaros exhortatur I, 344, 21. vulneratus in femore I, 353, 21. Ioannem Cantacuzenum hortatur ad capessenda imperatoria insignia I, 365, 1. aegrotus cupit habitu monachorum indui I, 395, 1. 399, 22. aqua e fonte Deiparae hausta mirabiliter sanatur I, 410, 2. dolet avum monachum factum I, 414, 1. eius aspectus admirabilis I, 427, 1. mitis ingenio et promptus ignoscere I, 491, 24. tamquam divus e coelo veniens exceptus I, 499, 1. Alexandro regi Moesorum filiam suam despondet I, 505, 2. Persas vincit I, 506, 22. filiae suae nuptias celebrat I, 508, 16. Artaeos subegit I, 521, 12. aegrotat I, 525, 10. irascitur Ioanni Cantacuzeno I, 541, 2. aedificationum percupidus I, 541, 21. I, 542, 6. controversias fidei synodo committit I, 551, 5. febricitat I, 557, 12. moritur I, 560, 15. eo mortuo communis luctus II, 14, 1. eius pietas II, 17, 18. iuramento se Moesorum regi obstrinxit II, 20, 8. eius cum Ioanne Cantacuzeno perfectissimae amicitiae exemplar II, 32, 22. Cantacuzenum imperatrici commendat II, 36, 3. Ioanni Cantacuzeno vicariam gubernationem reliquit II, 91, 4. Ioannem Cantacuzenum apud matrem tuetur II, 93, 19. multa donat cum iniuria posterorum II, 190, 16. eius mortem lamentatur Gregoras III, 174, 21. eius pietas et religio *ibid.* Barlaamum cum sectatoribus damnavit III, 180, 13.

Andronicus senior imperator in nepotem impius I, 13, 11. in eundem scommata iacit I, 27, 3. prudens et potens I, 103, 1. periurus I, 124, 4. eius fratres ac sorores I, 208, 24. semet incusat I, 304, 21. imperio deiectus I, 336, 1. monachus factus, Antonius appellatus I, 399, 11. moritur I, 473, 9. domus ab eo extructa, pro carcere habita II, 164, 23. eius nepos marchio Lombardiae III, 12, 8.

Andronicus Tornices magnus cubicularius I, 195, 3. Thracia pulsus I, 259, 8.

Anemae arx I, 329, 11. ibique annot. Ἀνεψιός et ἀνεψιά III, 406, 8.

Angelitzes civis Gratianopolitanus II, 425, 23. praefectus Gratianopolitanus II, 426, 6.

Angelocastrum oppidum I, 510, 1.

Angelus Comnenus Palaeologus Cantacuzenus III, 94, 16.

Angelus pincerna II, 181, 7. 183, 13. Ioannis Cantacuzeni consobrinus II, 195, 22. dux exercitui praefectus *ibid.* praetor Acarnaniae III, 147, 22.

Angelus praeses Canicləi III, 291, 11.

Angelus protovestiarius gener Ioannis Cantacuzeni magister in re bellica I, 276, 6. Castoriae praefectus *ibid.* Castoriam Andronico iuniori imperatori tradit I, 277, 10. magnus stratopedarcha I, 334, 5. eius laudes *ibidem.*

Angeli imperatores Acarnaniae domini I, 499, 10. 514, 17. 520, 15.

Angeli Rhadipori fratres tergemini Edesseni I, 274, 17.

Animalia in sigilla cerea conversa II, 501, 2.

Anna Andronici senioris imperatoris soror, protovestiarii mater I, 211, 21. Michaelis ducis Patrae coniux I, 211, 22.

Anna Michaelis II. Palaeologi filia I, 13, 4. eius obitus I, 13, 17.

Anna protostratoris filia, Manuelis Asanis coniux I, 125, 10.

Anna regina, Ioannis despotae coniux I, 499, 13. arma dissuadet I, 500, 18.

Anna Sabauda Andronici iunioris imperatoris coniux I, 204, 5. aegrotat *ibid.* ea conscia Ioannes Cantacuzenus imperatorem agit I, 370, 3. agnoscitur pro imperatrice I, 396, 2. imperatorem morti proximum lamentatur I, 559, 13. committit Ioan-

ni Cantacuzeno rem publ. I, 560, 6. mortuum imperatorem novem diebus luget II, 14, 3. Ioannem Cantacuzenum absentem quasi praesentem alloquitur II, 32, 8. eumdem plus quam germanum fratrem diligit II, 35, 4. navi magistro carenti se comparat II, 35, 6. prae malorum magnitudine mentis inops II, 36, 18. eius lacrimae II, 38, 1. Romani ei fidem sacramento obstringunt II, 91, 12. eidem acclamatum II, 166, 12. eius filius Ioannes imp. II, 272, 23. eius legatio ad Cralem II, 305, 23. eius mentio in aurea bulla II, 321, 7. eius mentio in solemnibus sacrificiis II, 329, 16. Sarchanis opem implorat II, 591, 8. templum Sophiae instauravit III, 29, 23. Cantacuzeni consilium improbat III, 112, 20. Gregoram mendacii convincit III, 176, 10. Ioannem patriarcham exauctoravit III, 180, 16. bellum dirimit III, 209, 1.

Anni ab orbe condito I, 306, 7. 473, 8. 560, 16. II, 222, 13. quot III, 375, 16. annos Graeci a Septembri inchoant III, 401, 12. anni Mahometi III, 99, 3.

Annulus imperatoris II, 286, 4.

Antarus Pinellus nobilis Genuensis III, 82, 1.

Anthericum metere, prov. II, 460, 4. ibique annot.

Antiochia θεούπολις dicta III, 384, 13.

Antonius Grimoaldus Genuensium classi praefectus III, 234, 14. duas ac triginta triremes amittit III, 234, 18.

Antonius imp. I, 473, 9.

Antonius sanctus abbas I, 548, 15. contra daemones pugnat I, 548, 16.

Apamea castellum II, 518, 18. 20. 550, 16.

Apelmenes dux II, 138, 8. captivus II, 432, 1.

Aplesphares dux Byzantinorum captus II, 552, 7. Persice loquitur II, 552, 19.

Apocauchus (vel potius Apocaucus III, 382, 38.) rei salariae praefectus I, 25, 4. ab Andronico seniore imperatore alienior I, 43, 7. sacri cubiculi praepositus I, 116, 8. obscurus ex obscuris natus I, 117, 24. tabellarius I, 118, 25. magnus cubicularius I, 258, 24. rerum communium administrator creatus I, 339, 10. petit, ut liceat sibi fieri monachum I, 535, 7. petit Byzantii insularumque praefecturam I, 537, 15. nunquam militare aliquod facinus edidit I, 538, 19. classis contra Persas ductor I, 540, 3. popularem auram captat I, 540, 17. litteras imperatoris supprimit I, 541, 2. hortatur Io. Cantacuzenum ad imperium capessendum I, 557, 22. seditiosus II, 64, 13. triremium dux II, 66, 1. classis contra Persas praefectus II, 70, 18. imperatorem capere molitur II, 70, 22. Epibatas fugit II, 71, 13. Ioannem Cantacuzenum medicum suum appellat II, 73, 15. in Epibatis custoditur II, 74, 18. malevolentiae in imperatricem reus II, 77, 6. se ipsum multat II, 87, 22. e Bithynia oriundus II, 89, 1. vectigalium coactoribus scriptum fecit II, 89, 3. mercede servivit II, 89, 5. inter publicanos primus II, 89, 16. ab Andronico seniore imperatore deficit II, 89, 19. pecuniosus II, 90, 4. quaestor II, 90, 11. rerum administrator II, 90, 16. Apocaucho dolent oculi ex splendore Ioannis Cantacuzeni II, 92, 7. erga Io. Cantacuzenum ingratissimus II, 100, 10. in litteris imperatoriis et in pecuniis fraude usus II, 99, 7. a Cantacuzeno omni honore mulctatur II, 101, 21. pro improbo ac deliro habitus II, 101, 23. Ioanni imperatori adolescenti insidias tendit II, 102, 14. Imperatricem summisso corpore veneratur II, 105, 7. a patriarcha conservatus II, 106, 18. filiam suam filio patriarchae despondet II, 108, 11. Andronici Asanis olim servus

II, 112, 19. Ioanni Gabalae viduo filiam suam despondet II, 120, 8. Artoto Sabaudo filiam suam despondet II, 124, 2. urbi praefectus II, 136, 22. eius stipatores II, 137, 7. temerarius et impudens *ibid.* litteras scribit contumeliarum plenas II, 145, 6. Apocauchus Cantacuzeno ovum lapidi II, 170, 6. de Apocaucho divinum visum *ibid.* Apocauchus sibi suisque timet II, 203, 19. magnus dux declaratus II, 218, 11. factus est omnia *ibid.* eius in matrem et consanguineos Cantacuzeni crudelitas II, 219, 15, totius imperii rector II, 224, 22. eius arrogantia II, 278, 14. eius vita et mores *ibid.* imperatricem pervertit II, 316, 8. flammae similis II, 336, 15. eius perfidia II, 363, 8. superbia II, 364, 9. alia vitia II, 376, 9. 482, 19. 493, 9. 523, 24. duo eius filii ad Cantacuzenum transeunt II, 541, 21. a Deo mente privatus II, 543, 1. a captivis occiditur *ibid.* eius caput et cadaver ostentatur *ibid.* Apocauchus Leonem Calothetum Chio pellit III, 84, 18. Cralem pecunia corrumpit III, 146, 11. in Cantacuzenum contumeliosus III, 256, 6.

Apocrisiarius III, 97, 18.

Apostolica ecclesia Romana II, 539, 10.

Apostolis comparandi imperatores II, 564, 17. Apostolorum templum I, 432, 18.

Apri urbs Thraciae I, 123, 17. 136, 4. 138, 22. 139, 4. 7. 432, 2. 488, 9. expugnata I, 140, 19. a praefecto dedita II, 479, 22.

Aqua e salutifero fonte Dei matris hausta I, 409, 20.

Aquila domus insignis Constantinop. III, 304, 16.

Arbenus homo obscurus, Cralis legatus II, 350, 21.

Arcadiopolis urbs Thraciae antiqua I, 541, 19. condita ab Arcadio imperatore I, 541, 18. ab Andronico Iuniore Imperatore instaurata I, 542, 16.

Arcadius Theodosii magni filius imper. I, 541, 18. Arcadiopolim condidit *ibidem.*

Archimandritae religiosi I, 226, 2.

Archontes II, 143, 18. eorum in matrem et consanguineos Cantacuzeni crudelitas II, 221, 2. imperatorem maledictis lacerant II, 400, 12. mancipia et servi II, 451, 6. Augustam potestate spoliant II, 470, 23. 472, 11. in aëre piscantur II, 474, 9. cum Persis conveniunt II, 593, 4. eorum ambitio II, 598, 23. eorum collegium II, 599, 17. imperatoris familiaribus insidiantur II, 601, 12. Archontum princeps patriarcha II, 602, 10. Lazarum patriarcham a Galataeis repetunt III, 92, 6.

Archontitzes Empyrites castelli praefectus II, 556, 19.

Ἀρχοντόπουλα III, 460, 3.

Arcus Latinorum tzangri I, 174, 5.

Aregus Andreae Cataniae patruus Phocaeam tradit I, 389, 5. donis ab imperatore auctus I, 389, 17.

Aregus monachorum instituti minorum rector II, 508, 6. eius laus II, 510, 13. diu tacitus terram intuetur II, 516, 3. Latinus II, 519, 7. litterarum Graecarum expers II, 520, 21. magnum ducem reprehendit II, 524, 15. Augustam purgat II, 525, 11.

Argentea pocula Orchani ab imperatore donata I, 447, 20. vasa argentea ducenta aerario imperatorio illata II, 148, 22. argentea numismata sparsa II, 564, 20.

Argyrocastrum oppidum I, 509, 24.

Aristoteles I, 543, 7. Aristotelea philosophia II, 503, 7.

Arius a sacra synodo excommunicatus II, 444, 2.

Armenia I, 11, 24. 289, 1. II, 254, 1. 292, 17.

Arsenius Zamplaco magnus pappias I, 437, 18. eius filii a Syr-

gianne capti I, 440, 14. Syrgiannem convincit I, 448, 6. legatus ad Cralem II, 256, 11. a trierarchis illusus et irrisus II, 256, 23. Didymotichi praefectus III, 237, 10.
Arta, urbium Acarnaniae caput I, 509, 14. III, 317, 14. obsidetur I, 511, 23. 512, 7.
Artaeorum pertinacia I, 517, 24. 518, 11. voluntaria eorumdem deditio I, 522, 22. 524, 3. 525, 8. defectio I, 529, 20.
Artotus Zampeae Sabaudae filius II, 124, 2. Latinus II, 125, 2. cum matre ab imperatrice reiectus II, 126, 12.
Asanes Ioannis Cantacuzeni socer I, 471, 15.
Asanes despota II, 299, 3.
Asanes panhypersebastus II, 599, 18.
Asanina, fidiculis attracta et loris caesa II, 299, 3.
Asaniorum rex Cantacuzenus III, 94, 12.
Asia I, 345, 1. 473, 5. 521, 8. 545, 8. II, 55, 20. 186, 12. 384, 8. 11. 407, 12. sqq. 416, 3. 423, 7. 424, 22. 432, 19. 467, 17. 554, 20. 596, 24. III, 54, 8. 87, 5. 116, 5. 247, 6. 250, 16. 296, 4. 298, 14. Asiae satrapae II, 476, 13. olim sub imperio Romanorum III, 60, 15.
Asino obversa facie impositus II, 184, 10.
Ἀσωμάτων porta I, 268, 23.
Asomatus oppidulum II, 415, 15. 418, 10.
Astacenus sinus I, 446, 22. III, 321, 1.
Asteroperes Berrhoeota de primoribus II, 353, 8.
Astras magnus stratopedarcha insignis architectus III, 30, 12.
Asyli ius II, 22, 8. asyla sacra II, 23, 13. ad templum ceu ad asylum confugientes II, 307, 10.
Athenienses I, 417, 14.
Athianus legatus II, 592, 20.
Atho mons sanctus I, 149, 17. 152, 20. 455, 14. 545, 16. II, 296, 22. 515, 23. 520, 8. III, 109, 16. 177, 12. coelestis civitas I, 545, 17. apud montem Atho monasteria I, 546, 13. 552, 17. II, 209, 1. 14. 308, 5. III, 106, 3. 173, 16. 175, 18. 176, 15. 362, 2.
Athyra capta II, 518, 17.
Athyras vicus III, 320, 7. 10.
Atlanti comparantur monachi III, 176, 1.
Attica II, 80, 6.
Aulaea serica et auro intertexta appensa II, 588, 6.
Aureorum nummum quinquaginta millia numerata a quaestoribus I, 88, 1. aureorum multas myriades ad communem usum impendit Cantacuzenus I, 138, 1. aurei deni mercenariis militibus assignati I, 164, 22. aureorum triginta sex millia pro familia et coniuge imperat. assignata I, 167, 12. aurum sparsum I, 203, 10. aureorum trecenta et quinquaginta millia debita I, 237, 9. 239, 14. vicenis aureorum millibus aestimatus mundus muliebris I, 278, 15. aureorum nummum duodena millia in aeneo vase inventa I, 278, 23. quadraginta millibus aestimata gaza protovestiarii *ibid.* viginti quatuor millia Andronico seniori in annos singulos decreta I, 311, 16. centum viginti millia annua pendit Chius I, 371, 23. viginti millium annua pensio I, 387, 16. centum aureorum millia de aerario sumpta I, 540, 5. aureorum centum millia et supellex, quadraginta millibus aestimata, donata II, 62, 21. aureus nummus pretium proditionis II, 208, 14. aurea numismata sparsa II, 564, 20. aurei nummi circum vexillum imperatorium sparsi III, 79, 24. aureorum denis millibus redemptum oppidulum III, 277, 7. aureorum denorum millium vectigal III, 312, 5. aurea aeneis permutare, proverb. III, 318, 14. aureorum centum mil-

libus redemptus Orchanis filius III, 322, 15.
Auriarum familia I, 39, 3. ibique annot.
Auribus mutilati II, 394, 1.
